HAMBURGISCHES URKUNDENBUCH

HERAUSGEGEBEN

VOM

STAATSARCHIV DER FREIEN UND HANSESTADT HAMBURG



ZWEITER BAND

ZWEITE ABTEILUNG

1311—1320


HAMBURG

DRUCK UND VERLAG VON LÜTCKE & WULFF

1930

HAMBURGISCHES URKUNDENBUCH

HERAUSGEGEBEN
VOM
STAATSARCHIV DER FREIEN
UND HANSESTADT HAMBURG



ZWEITER BAND
ZWEITE ABTEILUNG
1311—1320

HAMBURG
DRUCK UND VERLAG VON LÜTCKE & WULFF
1930

227.

Das Kloster Altenwalde beurkundet, daß den beiden Nonnen, den Schwestern Adelheid und Margarethe aus Hamburg (domine Aleheydi et domine Margrete sororibus de Hamborch), *eine Kornrente, welche sie von dem Kapellan des Klosters Nikolaus gekauft haben, Zeit ihres Lebens zustehen und daß nach ihrem Ableben die Rente an das Kloster zurückfallen solle. — Altenwalde, 1311 Januar 7* (Datum et actum Wolda, anno Domini MCCCXI, in crastino epiphanie Domini).

Original, Pergament, im Stadtarchiv zu Hildesheim, mit zwei Siegeln.
Gedruckt: UB. des Klosters Neuenwalde Nr. 18.

228.

Der Domherr Marquard Rusche appelliert in einer zu Buxtehude mündlich vorgetragenen und zu Stade wiederholten Erklärung wegen des vom Erzbischof Johann von Bremen dem hamburgischen Domkapitel und den Geistlichen der hamburgischen Propstei auferlegten Zehnten an den päpstlichen Stuhl. — 1311 Januar 22 und Februar 6.[1]

Quia vos, reverende pater, domine Johannes Bremensis ecclesie archiepiscope, a.. preposito, .. decano et capitulo Hamburgensis ecclesie et ab ipsorum clericis exactionem gravem, utpote decimam partem omnium proventuum ecclesiasticorum, autoritate ordinaria petitis, tamquam eam sub nomine moderati subsidii propter necessitates, quas vobis et ecclesie vestre inminere asseritis, de iure exigere possitis, et pro ipsa decima parte, nisi solverint, pretermisso omni iuris ordine cohertiones eis graves comminamini excusationes eorum legitimas et allegationes canonicas contra huiusmodi petitionem admittere recusantes, puta vastationem bonorum suorum factam per rapinas et incendia et inundationes aquarum; item, quamvis equo iure et honore censeri debeant cum capitulo Bremensi, ipsos tamquam specialiter oneratis per dictam exactionis impositionem nulla ipsis Bremensibus canonicis exactione imposita, cum tamen specialius ipsi, quam alii, ad supportandum onera sue ecclesie teneantur; item, quia moderato subsidio vobis ex parte dictorum .. prepositi, .. decani et capituli Hamburgensium sepius oblato contentus esse non vultis, sed immoderatum, utpote decimam, sicut premittitur, extorquetis; item, quia super eo, quod moderatum subsidium dici debeat et vos de iure exigere possitis, diffinitioni iuris peritorum et maxime sedis apostolice stare recusatis comminantes, ut premissum est, ipsis inferre cohertiones et penas graves; item, quia secundum privilegia Hamburgensis ecclesie capitulo Hamburgensi litteras vestre provisionis ac confirmationis exhibere et iuramentum super servandis eorum privilegiis et iuribus prestare recusatis, sed ante exhibitionem instrumenti provisionis et confirmationis ac pretacti iuramenti prestationem de executione pontificalis officii in ipsorum ecclesia vos intromittitis in ipsorum non modicum preiudicium et gravamen: idcirco ego, Marquardus Ruscho canonicus Hamburgensis, procurator ad hec defendenda et ad appellandum, si necessitas incumberet, contra ea specialiter et legitime constitutus verisimiliter formidans, quod comminata gravamina sitis illaturus, nomine et ex parte dicti capituli, ne ea vel aliquod ipsorum inferatis,

1) *Vgl. Nr. 215 u. 216.*

appello sedem apostolicam in hiis scriptis subponens supradictos prepositum . . , decanum . . et capitulum et clericos eorundem protectioni dicte sedis, petens super hiis cum instancia mihi testimoniales literas et apostolos exhiberi. Interposita est hec appellatio anno Domini MCCC XI, XI. kalendas Februarii, in nova civitate Buckestehude, in aula archiepiscopali, viva voce ante prolationem et publicacionem quarumlibet vestrarum sententiarum et innovata et in scriptis recitata sexto die mensis eiusdem proximo subsequente in civitate Staden, in pallacio archiepiscopali, presentibus magistro Borchardo preposito Wildeshusensi, magistro Johanne dicto Parvo, magistro Everhardo ac domino Ludolfo Groven et aliis quam pluribus fide dignis.

Entwurf oder gleichzeitige Abschrift auf Pergament.
Verzeichnet: Brem. UB. II, Anh. Nr. 75.

229.

Der Rat von Boizenburg beurkundet, daß Gertrud, die Witwe des Johann Stetin, und ihre Kinder auf ihre Rechte an einem Zehnten in Billwärder zugunsten von Ida, der Witwe des hamburgischen Bürgers Hartwig von Erteneborg, verzichtet haben. — Boizenburg, 1311 Februar 22.

Nos consules civitatis Boyceneborch coram universis presencia visuris seu audituris recognoscimus et publice protestamur, quod accedentes ad nostram presenciam Ghertrudis relicta Johannis Stetin dicti quondam civis nostri bone memorie et filii eius Johannes et Hartwicus ac filia ipsius Ghertrudis cum marito suo Nicolao Vrese dicto communiter et divisim resignaverunt omne, quod habuerunt vel habere poterant iuris vel gracie in decima trium mansorum sitorum in Billenwerdere. Quam quidem decimam domina Yda relicta Hartwici de Erteneborch dicti quondam civis Hamburgensis pie recordacionis cum suis heredibus possidet nunc et habet. Promiseruntque omnes et singuli supradicti, Ghertrudis et filii eius Johannes et Hartwicus ac filia sua Ghertrudis cum marito suo Nicolao, quod predictam dominam Ydam aut aliquem suorum heredum in nullo de cetero molestabunt. In cuius rei evidens testimonium sigillum nostre civitatis presentibus est appensum. Datum et actum anno Domini MCCCXI, in civitate Boyceneborch, in die sancti Petri ad cathedram.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 145b, Privilegia civitatum XXV. Überschrift: Super decima trium mansorum in Billenwerdere.

230.

Der Rat von Hamburg überträgt auf zwei Jahre ein Fischwehr der Stadt Jacob von Kehdingen und dem Fischer Grimmeke.[1] — 1311 nach Februar 28.

Jacobus de Kedingia et Grimmeke piscator receperunt in solidum wer civitatis nostre ad duos annos proximos venturos sub ea forma, quod quicquid de ipso were venerit,

1) *Vgl. Nr. 178. — Nach einer Eintragung im Liber reddituum s. Catharinae 1300—1400, fol. 9b, verließen im Jahre 1311, zwischen Ostern (April 11) und Jacobi (Juli 25), Thibbe, die Witwe Johanns vom Berge, und ihre Erben dem Rat ihr Recht, zwei Nächte im großen Wehr zu fischen:* Domina Thibbe relicta Johannis de Berghen et heredes eius habebant in magno were duas noctes, quas nobis cum suis tutoribus libere resignarunt recognoscentes ipsas plenarie persolutas.

dimidietas cedet nobis. Dabimus quoque eis quolibet istorum duorum annorum XII marcas denariorum et nichil plus. Et si post ipsos duos annos ipsum wer nobis resignaverint, tunc omnia ligna illius nobis representabunt super siccum. Sed aliquem palum, quem quatuor viri supratrahere non possent, stare facerent, de hoc sunt minime incusandi. Quolibet etiam anno duos pramos per tres septimanas sub expensis nostris concedemus eisdem. Actum anno Domini MCCCXI, post Invocavit.

Liber pignorum et pactorum fol. 61. Die Eintragung ist durchstrichen.

231.

Graf Gerhard II. von Holstein und sein Sohn, der lübeckische Dompropst Gerhard, verlassen dem lübeckischen Bürger Johann von Cremun Geldrenten aus den Dörfern Ivendorf und Pöppendorf. — Hamburg, 1311 März 19. (Datum Hamborch, anno Domini MCCCXI, feria VI. ante Letare.)

Abschrift im Kopialbuche des St. Johannisklosters zu Lübeck, fol. 122.
Gedruckt: Lüb. UB. II, Nr. 277.

232.

Nicolaus von Ditmarschen erhält in Billwärder und Gorieswärder auf Lebenszeit Nutzungs- und Zehntenrechte, die nach seinem Tode an seine Kinder heimfallen sollen. — [1311 März 28.]

Nycolaus de Thitmarsia frui debet temporibus vite sue novem iugeribus et decima de altero dimidio manso sitis in Billenwerder et uno frusto in insula Grogeswerder. Ad Hollandos nec vendere vel obligare poterit alicui ista bona, sed ipsa ad pueros suos, videlicet Johannem, Alheydim, Nycolaum et Gretam, post obitum eius revertentur equaliter dividendo. Actum [Judica].

Liber contractuum fol. 9. Die Eintragung ist durchstrichen.

233.

Graf Gerhard II. von Holstein verkauft dem Kloster Harvestehude acht Hufen in Jersbeck. — 1311 April 4.

Nos Gerardus Dei gratia comes Holtzacie, Stormarie et Scowenborch notum facimus tam presentibus quam futuris, quod mediante consensu filii nostri Gherardi prepositi Lubicensis fideliumque nostrorum vendidimus dominabus sanctimonialibus in Valle Virginum octo certos mansos sitos in villa Yrekesbeke pro ducentis marcis denariorum Hamburgensium cum omnibus utilitatibus pratis pascuis nemoribus aquis rivulis agris cultis et incultis iudicio maiore et minore, sicut ipsos possedimus, iure hereditario in perpetuum possidendos. Hanc tamen gratiam in hac nostra venditione nobis reliquerunt, quod nos aut nostri heredes, si libet, dictos mansos pro ducentis marcis denariorum Hamburgensium reemere poterimus infra viginti annos proximos subsequentes, ita videlicet, si eis dictam pecuniam in die beati Martini presentaverimus expedite. In huius rei testimonium[a] sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCC undecimo, Ambrosii confessoris.

Abschrift im Harvestehuder Kopialbuche fol. 18b. Überschrift: De bonis in Yrekesbeke.
Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 230.

a) *Abschrift* testetimonium.

234.

Bernhard, Sohn des Heinrich von Kosfeld, erhält unter näher bezeichneten Bedingungen eine Präbende im St. Georgs-Hospital. — [1311 April 11.]

Noscant universi, quod Bernardus filius H[inrici] de Kosvelde LX marcas denariorum tradidit domui sancti Georii sub hac forma, videlicet quod, quam dudum vixerit, habere debet prebendam in ipsa domo et super hoc dabuntur ei de ipsa domo due marce denariorum annuatim. Sed post eius obitum una marca de predictis duabus marcis cedet eidem domui absolute et cum alia marca denariorum peragetur memoria fratris ipsius Bernardi, videlicet Hinrici de Kusvelde, quolibet anno in perpetuum, ut ex ea fiat refectio infirmorum. Preterea si provisores domus separari vellent ipsum Bernardum a prebenda, quocumque modo hoc contigerit, extunc sibi et amicis eius LX marcas denariorum predictas tenebuntur reddere expedite. Si vero ipse ab eadem recedere vellet, extunc eidem VI marce dabuntur annuatim tantum ad tempora sue vite. Victum et vestitum habebit de ipsa domo, quam dudum in ea voluerit habitare. Actum [in pascha].

Liber contractuum fol. 10.

235.

Teilungsvertrag zwischen den Brüdern Hermann und Konrad Steding. — [1311 April 11.]

Hermannus dictus Steding et frater eius Conradus taliter concordarunt, quod dictus Hermannus solus obtinebit omnia bona, que ipsi habuerunt invicem in insula Grogeswerder[1], Conradus vero obtinere debet illa bona, que sita sunt in Hammerbroke et census XXIIII solidorum annuatim in quadam hereditate sita apud curiam domini Johannis Militis; et dictus Hermannus[a] adhuc debet ipsi Conrado XLV marcas denariorum[a]; et per hoc ipsi separati sunt cum expensis suis. Actum [in pascha].

Liber contractuum fol. 10.

236.

Graf Gerhard II. von Holstein gestattet den Bürgern und Bauern von Crempe wegen der dort eingerissenen Unsicherheit Selbsthilfe gegen Übeltäter. — Hamburg, 1311 Mai 6.

(Datum Hamenborch, anno ab incarnatione Domini MCCCXI, in die beati Johannis ante portam Latinam.)

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 232, nach der Kopie eines Transsumpts von 1363 November 7 im Archiv der Stadt Wilster.

237.

Fürst Heinrich II. von Mecklenburg urkundet über den Verkauf der Dörfer Seedorf und Brandenhusen auf der Insel Poel durch den Ritter Conrad Dotenberg, seine Söhne und Verwandten an das Heiligen Geist-Hospital in Lübeck. — Sternberg, 1311 Mai 25.

(Datum Sterneberch, anno Domini MCCC undecimo, Urbani pape.)

a—a) *Durchstrichen.*

1) *Vgl. Nr. 198.*

Unter den Zeugen Consules Hamburgenses Bertrammus Luscus et Hinricus de Hitfelde.

Original, Pergament, in zwei Ausfertigungen im Geh. und Haupt-Archiv zu Schwerin. Gedruckt: Meckl. UB. V, Nr. 3472; Lisch, Maltzansche Urk. I, Nr. 77; Lüb. UB. II, Nr. 283.

238.

König Eduard II. von England an den Sheriff von Norfolk und Suffolk: befiehlt, mehrere deutsche Kaufleute, die wegen eines an Engländern von Deutschen, darunter Hamburgern, begangenen Seeraubs verhaftet worden sind, gegen Sicherheitsstellung wieder in Freiheit zu setzen. — Berwick upon Tweed, 1311 Juli 10.

Rex vicecomiti Norffolkie et Suffolkie salutem. Licet nuper ad querelam Johannis de Blitone, Walteri de Baiocis, Henrici de Severby, Ricardi de Scarle, Walteri de Eboraco, Roberti de Oxonia civium et mercatorum nostrorum civitatis nostre Lincolnie et Nicholai de Thymelby de Lyndeseya suggerencium nobis quosdam malefactores de partibus Estlandie, videlicet de villis de Lubyke, Hamburghe, Colonia et de Campen ac aliunde de partibus illis, quandam navem, quam predicti Johannes, Walterus et eorum socii predicti apud Sanctum Botulphum frettaverant et lanis ac aliis bonis ad valenciam mille ducentarum et quadraginta et quatuor librarum et decem solidorum oneraverant et sic oneratam per gentes suas versus partes Brebancie ad negociandum inde ibidem et suum commodum faciendum transmiserant, in costera maris inter Lennam et Brunham die nativitatis beati Johannis baptiste proximo preterito hostiliter intrasse et lanas ac omnia alia bona predicta violenter cepisse et abduxisse, precepimus tibi per breve nostrum, quod malefactores predictos et omnes alios de villis predictis, quos infra ballivam tuam tam infra libertates quam extra inveniri contingeret, per corpora sua una cum omnibus bonis et mercimoniis suis sine dilacione qualibet attachiares et ipsos cum bonis et mercimoniis illis absque aliqua diminucione seu distractione de eisdem facienda sic attachiatos custodires, quousque aliud inde a nobis haberes in preceptis, quia tamen ex parte diversorum mercatorum de villis predictis et aliunde de regno Alemannico, quos una cum bonis et mercimoniis suis virtute mandati nostri predicti infra ballivam tuam, ut dicitur, arestasti, nobis est omni instancia supplicatum, quod, cum ipsi de roberia predicta culpabiles non existant nec eidem in aliquo concessissent, ipsos sic attachiatos deliberari et bona sua sic arestata dearestari et sibi liberari faciamus ad commodum suum inde faciendum: nos certis de causis predictis mercatoribus Alemannie super supplicacione sua predicta gratiam ad presens volentes facere specialem tibi precipimus, quod accepta ab eisdem mercatoribus Alemannie bona et sufficienti securitate de respondendo prefatis Johanni et Waltero et eorum sociis predictis de lanis et bonis suis ab ipsis, ut premittitur, ablatis, quatenus per ius et racionem convinci poterit, quod ad hoc racionabiliter teneantur, omnes mercatores predictos per te virtute mandati nostri predicti attachiatos ab attachiamento huiusmodi deliberes necnon bona et mercimonia sua predicta per te similiter occasione predicta arestata sine dilacione qualibet dearestari et ipsos per securitatem

predictam deliberari facias indilate ad commodum suum inde faciendum, prout sibi melius viderint expedire. [Teste rege apud Berwicum super Twedam][a], X. die Julii.[b]

Rot. lit. claus. 5. Edw. II. 31, im Public Record Office zu London. Am Rande: Pro dearestando diversos mercatores de partibus Estlandie et aliunde.

Gedruckt: Lüb. UB. II, Nr. 1037.

Verzeichnet: Hans. UB. II, Nr. 195; Calendar of the Close Rolls, Edw. II. 1307—1313, S. 364.

239.

König Eduard II. von England an den Sheriff von Norfolk und Suffolk: befiehlt auf die Klage mehrerer angeblichen Untertanen des Erzbischofs von Köln, daß ihnen wegen eines an Heinrich von Beaumont von deutschen Kaufleuten, darunter Hamburgern, begangenen Seeraubs 150 Faß Stahl beschlagnahmt seien, diese freizugeben, sobald die genannten Kaufleute, deren Unschuld und Herkunft aus dem Gebiete des Erzbischofs von Köln eine vom Sheriff vorgenommene Untersuchung ergeben habe, Bürgschaft für den Fall geleistet hätten, daß ihnen in einer vor dem Anwalt des Heinrich von Beaumont zu wiederholenden Untersuchung der Unschuldsbeweis mißlingen sollte. — Berwick upon Tweed, 1311 Juli 20.

Rex vicecomiti Norffolkie et Suffolkie salutem. Accedentes ad nos Tidemannus de Affle, Henricus Cume, Johannes de Beyke, Johannes de Affle, Siwardus de Crane et Albertus de Affle mercatores de potestate Coloniensis archiepiscopi, sicut dicunt, nobis conquerendo monstrarunt, quod in virtute cuiusdam mandati nostri nuper tibi directi de bonis et mercimoniis hominum et mercatorum de Westfale, de Lubyke, de Staure, de Campe, de Grenynge, de Rustoke, de Gripeswolde, de Hamborghe et de Straillessounde occasione cuiusdam depredationis dilecto consanguineo et fideli nostro Henrico de Bello Monte dudum supra mare per malefactores de villis et locis predictis facte arestandis et salvo custodiendis, donec prefato Henrico esset de roberia predicta debite satisfactum vel aliud super hoc a nobis haberes in precepto, sepcies viginti et decem barellos aceri predictorum Tidemanni, Henrici, Johannis, Johannis, Siwardi et Alberti, ac si ipsi de Westfale vel Lubyke aut aliis villis predictis essent, cum non sint, arestasti et sic arestatos detines minus iuste in ipsorum dispendium non modicum et gravamen. Et quia Tidemannus, Henricus et eorum socii predicti constanter asseruerunt se non esse de villis seu locis, unde dicti malefactores existunt, vel de potestate villarum seu locorum illorum seu alicuius eorumdem et quod ipsi vel aliqui alii de potestate predicti archiepiscopi roberiam seu transgressionem aliquam prefato Henrico vel aliquibus seu alicui de hominibus suis hactenus non fecerunt, per quod nos considerantes non esse consonum equitati, quod ipsi mercatores, si de roberia predicta essent immunes et non essent de subieccione seu potestate villarum aut dominorum, de quorum dominio aut potestate dicti transgressores existunt, pro delictis transgressorum predictorum taliter

a) *Abschrift in den Close Rolls:* Teste ut supra.
b) *Es folgt in den Close Rolls die Bemerkung:* Consimiliter littere diriguntur subscriptis, videlicet vicecomiti Eboraci, vicecomiti Lincolnie, vicecomiti Notinghamie.

punirentur, tibi precepimus, quod per sacramentum tam mercatorum quam aliorum proborum [et legalium hominum de balliva tua][a], per quos [rei veritas melius sciri posset][a], in presentia attornati predicti Henrici ad hoc per te premuniendi, si interesse vellet, diligenter inquireres, si predicti Tidemannus, Henricus, Johannes, Johannes, Siwardus et Albertus essent de potestate vel dominio villarum seu locorum de Westfale, de Lubike, de Staure, de Campen, de Greninge, de Rustoke, de Gripeswold, de Hamborghe et Strailessounde vel alicuius eorumdem necne et utrum iidem Tidemannus, Henricus, Johannes, Johannes, Siwardus et Albertus vel aliquis eorumdem predicte roberie interfuerint vel interfuerit et partem bonorum ablatorum habuerint vel habuerit necne, per quam quidem inquisicionem per te factam et in cancellariam nostram retornatam est compertum, quod prefatus Tidemannus et socii sui predicti sunt mercatores de potestate archiepiscopi Coloniensis et non de potestate vel dominio villarum seu locorum predictorum nec alicuius eorumdem nec roberie predicte interfuerunt nec partem aliquam predictorum bonorum ablatorum habuerunt, tuque nobis retornasti, quod attornatus predicti Henrici de Bello Monte in balliva tua moram non fecit, postquam mandatum nostrum predictum ad te venit, propter quod in absentia ipsius attornati dictam cepisti inquisicionem: nos igitur volentes tam prefato Henrico quam mercatoribus predictis iusticie complementum fieri in hac parte tibi precipimus, quod accepta a prefato Tidemanno et sociis suis predictis sufficiente securitate, pro qua respondere volueris, de respondendo prefato Henrico de Bello Monte die Lune in crastino assumpcionis beate Marie apud Londonias de valore predictorum sepcies viginti et decem barellorum aceri, ut premittitur, arestatorum iuxta legalem appreciacionem inde per te factam vel adhuc, si necesse fuerit, faciendam, nisi tunc rationabiliter docere poterunt se non esse de potestate vel dominio villarum seu locorum predictorum nec roberie predicte interfuisse seu aliquam partem bonorum predictorum sic ablatorum habuisse, per quod bona sua occasione roberie predicte secundum consuetudinem in huiusmodi casu optentam non debeant arestari, predictos sepcies viginti et decem barellos aceri sine dilatione dearestari et prefatis Tidemanno et sociis suis liberari facias per securitatem predictam ad commodum suum inde faciendum, prefatum Henricum de Bello Monte vel eius attornatum in hac parte premuniendo, quod dictis die et loco intersit ad proponendum et ad ostendendum pro se, que in hoc negocio fuerint proponenda, si sibi viderit expedire. Et habeas ibi nomina manucaptorum et hoc breve. Teste rege apud Ber[ewycum] super Twedam, XX. die Julii.

Rot. lit. claus. 5. Edw. II. 31 d, im Public Record Office zu London.

Gedruckt: Pommersches UB. V, Nr. 2670.

Verzeichnet: Hans. UB. II, Nr. 196; Calendar of the Close Rolls, Edw. II. 1307—1313, S. 431.

240.

Die Ratsherren Johann vom Berge und Johann Ridder regeln nach dem Ableben des gleichnamigen Sohnes des letzteren im Einverständnis mit ihren Familien die Erbschaft seiner Witwe und seiner Kinder. — 1311 um Juli 25.

a) *Ergänzt aus Nr. 247. Hier steht in der Abschrift statt dessen:* etc.

Notandum, quod dominus Johannes de Monte et filius eius Nycolaus cum consensu amicorum eorum, quorum interest, ex parte filie sue Emeken relicte Johannis Militis bone memorie filii domini Johannis Militis cum ipso domino Johanne et amicis eius super divisione bonorum ipsam dominam Emeken et pueros eius, videlicet Johannem, Hinricum et Ghesam, tangensium (!) taliter concordarunt: Primo dicta domina Emeke et pueri eius soluti et quiti esse debent ab omnibus debitis usque nunc contractis in testamento ipsius Johannis Militis et extra, que prefatus Johannes Miles pater eius solvet solus. Item prenominatus Johannes de Monte dedit nomine dotis genero suo Johanni et filie sue Emeken XX marcas denariorum redditus in theloneo et ungeldo Hamburgensi redimendos per comitem pro CC marcis, qui redditus cedere debent ipsi domine Emeken prenotate. Preterea[a] dabit eidem domine Emeken dominus Johannes Miles predictus Vc marcas denariorum, sed id in suo stabit arbitrio, utrum in festo sancti Mychaelis proximo dictas Vc marcas dare velit aut hereditates suas ut sitas, videlicet in qua moratur et aliam apud ipsam, pecunia pro eadem. Si vero placeret ei has hereditates reservare, tunc ab ipso festo sancti Mychaelis ultra ad annum eodem festo pagabit pecuniam supradictam et de eadem dabit censum, videlicet de XV marcis I marcam, secundum iusticiam civitatis. Pro hac vero pecunia atque censu obligavit hereditates ut sitas subsequentes, videlicet duas iam predictas, granarium ex opposito et pistrinum in platea pistorum. De predictis vero Vc marcis ipsa domina pueris eius predictis XXXIII marcas denariorum et V solidos cum IIII denariis [debet][b] reddere expedite. Item quivis predicet alteri ad quartam partem anni, quando census redimendus sit vel restituendi sint denarii supradicti.[a] Preterea dictus dominus Johannes Miles assignavit prefatis pueris Johanni, Hinrico et Ghesen duos choros salis sitos in salina Luneborg et XX marcas redditus annuatim de primis proventibus, videlicet LXX marcis, solvendos de theloneo et ungeldo. Per hanc autem ordinationem prefatus Johannes Miles et heredes eius ab ipsa domina Emeken et pueris eius predictis et dicti pueri a matre sua et mater a pueris ratione bonorum et hereditatum sunt amicabiliter separati. Actum anno Domini MCCCXI, circa Jacobi.

Liber contractuum fol. 10b.

241.

Das hamburgische Domkapitel beurkundet die Erklärung von Marquard Kattescroch, daß er an den Dörfern Langelohe, Stellau und Holenhorst (?) keine Rechte habe, sondern daß sie dem Kloster Reinbeck gehören. — 1311 Juli 26.[1]

Verzeichnet: Register der Siegel und Briefe auf die Reinbeckschen Güter, im Staatsarchiv zu Kiel: Testimonium Capituli Hamburgensis, quod Marquardus Catteskroch coram illis fassus sit, nihil sibi iuris esse in villis Langelohe, Stilloge[c], Hilnerhorst[d], sed illas proprie ad castrum[e] Reinebecke pertinere. Anno 1311, feria secunda post festum Jacobi apostoli.

a—a) *Durchstrichen.* b) *Vorlage* den. c) *So statt Stenloge.* d) *So statt Holenhorst? Über die Namen vgl. die Urkunde von 1303 Nov. 30, Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 152.* e) *So statt claustrum.*

1) *Vermutlich aus derselben Zeit stammte eine Urkunde, die im Kopialbuche des Klosters Reinbeck stand und deren Regest Westphalen, Mon. ined. IV, Sp. 3427 folgendermaßen verzeichnet:* Hartwicus de Hartslohe bekennet, ehme keine Gerechtigkeit tho sinde im Langelohe, Stillage (!), Hilmenhorst (!) etc. *Aussteller dieser Urkunde war wohl der Domherr Hartwig von Herslo.*

242.

Das bremische Domkapitel ladet unter Mitteilung eines erzbischöflichen Schreibens vom 30. Juli 1311 das hamburgische Domkapitel auf den 6. September nach Stade zum Provinzialkonzil ein und erteilt ihm den Auftrag, die Ladung auch den Geistlichen der hamburgischen Propstei und dem Propst des Klosters Neumünster zukommen zu lassen. — Bremen, 1311 August 9.

. . Prepositus . . totumque sancte Bremensis ecclesie capitulum dilectis in Christo . . preposito, . . decano . . totique Hammemburgensis ecclesie capitulo salutem et sinceram in Domino caritatem. Litteras reverendi in Christo patris ac domini, domini nostri Johannis sancte Bremensis ecclesie archiepiscopi, recepimus in hec verba: Johannes miseratione divina sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus dilectis in Christo . . preposito totique capitulo eiusdem ecclesie Bremensis salutem et sinceram in Domino caritatem. Olim a sanctis patribus non inprovide noscitur institutum, metropolitani singulis annis cum suffraganeis suis non obmittant provincialia concilia celebrare, in quibus de corrigendis excessibus et moribus reformandis presertim in clero diligentem habeant cum Dei timore tractatum, canonicas regulas et maxime, que super premissis statute sunt in concilio generali, studiosius relegentes eas faciant observari debitam penam transgressoribus infligendo. Cupientes igitur predictorum patrum documenta sectari provinciale concilium VIII. ydus Septembris una cum nostris suffraganeis ac universo clero nostre provincie iuxta statuta generalis concilii Stadis intendimus celebrare. Quare vobis auctoritate metropolitica mandando precipimus, quatenus ad prefatum concilium VIII. ydus Septembris, hoc est feria secunda ante nativitatem beate virginis, quem diem vobis pro termino peremptorio assignamus, ad locum predictum personaliter veniatis citantes citandos vestre dyocesis, ut ibidem veniant, si penas inflictas in generali concilio voluerint evitare. In signum vero debite executionis facte vestrum sigillum presentibus apponatis. Datum Bremis, anno Domini MCCCXI, III. kalendas Augusti. Nos igitur volentes huiusmodi mandatum dicti domini nostri archiepiscopi nobis directum exequi fideliter, ut tenemur, auctoritate nobis commissa vobis mandando precipimus, quatinus ad prefatum concilium VIII. ydus Septembris, hoc est feria secunda ante nativitatem beate virginis, quem diem vobis pro termino peremptorio assignamus, ad locum predictum personaliter veniatis citantes citandos vestre preposituro necnon . . prepositum monasterii de Novomonasterio, ut ibidem veniant, si penas inflictas in generali concilio voluerint evitare. In signum vero debite executionis facte vestrum sigillum presentibus apponatis. Datum Bremis, anno Domini MCCCXI, in vigilia beati Laurentii martiris.

Original, Pergament, mit einem Bruchstück des anhängenden Siegels des bremischen Domkapitels. Das Siegel des hamburgischen Domkapitels fehlt, der Siegelstreifen ist vorhanden. Rückaufschrift (17. Jahrh.): No. 94.

243.

Die Ritter Hermann von Hoyersdorp, Detlev Wulf, Ludolf von Scarpenberg, Johann Lasbeke sowie die Knappen Heinrich Scarpenberg und Johann von Luttekense bezeugen, daß ihr Oheim, der hamburgische Domkustos Heinrich von Hamm, zusammen mit dem

Domherrn Friedrich Dannenberg und dem Vikar Werner das Gericht Großensee von den Grafen von Holstein gekauft habe.[1] — *1311 August 25.*

Omnibus presentia visuris nos Hermannus de Hoyersdorpe, Thetlevus Wlf et Ludolfus de Scarpenberghe et Johannes dictus Lasbeke milites, Hinricus Scarpenbergh et Johannes de Lutthekense famuli recognoscimus nobis satis notorium esse dominum Hinricum de Hamme custodem ecclesie Hamburgensis, scilicet patruelem nostrum, et dominum Fredericum dictum Dannenbergh canonicum loci eiusdem et Wernerum vicarium sub cripta iudicium sive ius in Magno Stagno a nobilibus viris dominis nostris comitibus Holtsatie pro ducentis marcis denariorum emptionis titulo comparasse, ita videlicet quod ad dictum iudicium persolvendum idem dictus Hinricus custos exposuit quadraginta marcas denariorum tantum, que ad custodiam pertinent,quas de orto humulario a consulibus ad dicte custodie [usus][a] receperat in restaurum[2]; alterius vero pecunie summam ad idem iudicium prenominatus dominus Fredericus Dannenbergh centum marcas denariorum solus erogavit et predictus Wernerus sexaginta marcas similiter dinoscitur erogasse. Ne igitur amicis sepedicti domini custodis de hoc in posterum dubium aliquid oriatur, in huius rei sufficiens testimonium sigilla nostra, qui sigillis utimur, una cum sigillo supradicti custodis presentibus sunt appensa. Datum anno Domini MCCCXI, in crastino Bartholomei apostoli.

Original, Pergament. Angehängt waren vier Siegel; nur von dem zweiten und dritten sind Bruchstücke erhalten. Beide zeigen als Siegelbild eine Pfeilspitze, die als Abzeichen der Familie Scharpenberch und der mit ihr verwandten Familien Wulf und Lasbeke bekannt ist. Vgl. Milde, Siegel des Mittelalters aus den Archiven der Stadt Lübeck, Holst. u. Lauenb. Siegel adeliger Geschlechter S. 112 ff., 122, 123 f. Rückaufschrift (14. Jahrh.): Super iudicio ville Grotense, *darunter von späterer Hand:* 1311. No. 25.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 131 b, Privilegia militum et armigerorum XIX b. Überschrift: Super iudicio ville Grotense.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 236.

244.

König Eduard II. von England an den Sheriff von Norfolk: befiehlt die Freilassung eines zwei Kaufleuten aus Stavoren gehörenden Schiffes, das in Veranlassung des an Heinrich von Beaumont von Hamburgern und andern Deutschen begangenen Seeraubs mit Arrest belegt worden ist. — London, [1311] August 27.

Rex vicecomiti Norffolkie salutem. Cum nuper per breve nostrum sub privato sigillo nostro tibi mandaverimus, quod omnia bona et catalla hominum et mercatorum de Westfale, Lubyke, Stavere, Campe, Grenynge, Rustoke, Grippeswolde, Hamburghe et Strallesounde de Alemannia, que infra ballivam tuam invenires, arestari faceres usque ad summam quingenta(!) librarum occasione depredationis cuiusdam navis dilecti et fidelis nostri Henrici de Bello Monte supra mare facte, ad quam summam navis predicti

a) *Fehlt im Original, ergänzt aus Nr. 210.*

1) *Vgl. Nr. 203.*
2) *Vgl. Nr. 210.*

Henrici cum bonis in eadem inventis estimabatur, et bona et catalla illa sic arestata predicto Henrico vel eius attornato in hac parte per rationabile precium ad summam predictam liberares, ac tu virtute mandati nostri predicti quandam navem Tidemanni Wellinge et Petri Scultet (!) mercatorum de Stavere cum atillio et aliis bonis et mercimoniis suis in eadem navi inventis et que ad triginta et unam libras et decem solidos appreciantur, apud Lenne arestaveris, sicut ex querela predictorum Tidemanni et Petri accepimus: nos ad requisitionem predictorum Tidemanni et Petri de assensu attornati predicti Henrici coram nobis personaliter constituti tibi precipimus, quod navem predictam una cum atillio, bonis et mercimoniis in eadem navi tempore arestationis predicte inventis, ad quorumcunque manus postmodum devenerint, prefatis Tidemanno et Petro ita integre et plene restituas et habere facias, sicut illa arestasti, ita tamen, quod predicto Henrico vel eius attornato in hac parte per prefatos Tidemannum et Petrum satisfiat de viginti libris occasione arestacionis predicte et ipsos Tidemannum et Petrum vel navem suam predictam aut alia bona seu catalla sua de cetero non arestes seu arestari facias quovismodo occasione depredationis predicte. Teste rege apud Londonias, XXVII. die Augusti.

Rot. lit. claus. 5. Edw. II. 27, im Public Record Office zu London. Am Rande: Pro Tydemanno Wellynge etc.

Gedruckt: Kunze, Hanseakten aus England, Nr. 44.

Verzeichnet: Calendar of the Close Rolls, Edw. II. 1307—1313, S. 373.

245.

König Eduard II. von England an den Sheriff von Nottingham und Derby: befiehlt, nachdem sich die Unschuld mehrerer Kaufleute, die wegen des an Engländern von Deutschen, darunter Hamburgern, begangenen Seeraubs angeklagt waren, durch eine Untersuchung in der Königlichen Kanzlei am 9. September herausgestellt habe, die Bürgen der Kaufleute ihrer Verpflichtung zu entledigen und den Arrest auf die beschlagnahmten Güter aufzuheben. — London, 1311 Oktober 1.

Rex vicecomiti Notinghamie et Derbie salutem. Cum nuper ad querelam Johannis de Blitone, Walteri de Baiocis, Henrici de Severby, Ricardi Scarle, Walteri de Eboraco, Roberti de Oxonia civium et mercatorum nostrorum civitatis nostre Lincolnie et Nicholai de Thymelby de Lindeseia suggerencium nobis quosdam malefactores de partibus Estlandie, videlicet de villis de Lubike, Hamburghe, Colonia et de Campen ac aliunde de partibus illis, quandam navem, quam predictus (!) Johannes, Walterus et eorum socii predicti apud Sanctum Botulphum frettaverant et lanis ac aliis bonis ad valenciam mille ducentarum quadraginta et quatuor librarum et decem solidorum oneraverant et sic oneratam per gentes suas versus partes Brabancie ad negociandum inde ibidem et suum commodum faciendum transmiserant, in costera maris inter Lennam et Burnham die nativitatis sancti Johannis baptiste proximo preterito hostiliter intrasse et lanas ac omnia alia bona predicta violenter cepisse et abduxisse, precepimus tibi per breve nostrum, quod malefactores predictos et omnes alios de villis predictis, quos infra ballivam tuam tam infra libertates quam extra inveniri contingeret, per corpora sua una cum omnibus bonis et mercimoniis suis sine dilacione qualibet attachiares et ipsos cum bonis et mercimoniis illis absque aliqua

diminucione seu detractione de eisdem facienda sic attachiatos custodires, quousque aliud a nobis
inde haberes in preceptis, et nos postmodum ad sectam diversorum mercatorum de villis predictis
et aliunde de regno Alemannico per te virtute mandati nostri predicti una cum bonis ipsorum infra
ballivam tuam, ut dicitur, arestatorum asserencium se culpabiles non esse de roberia predicta nec
eidem in aliquo consensisse nobisque supplicancium, ut ipsos sic attachiatos ab attachiamento
huiusmodi deliberari et bona sua, ut premittitur, arestata dearestari et ipsis reddi et restitui face-
remus, tibi precepimus, quod accepta ab eisdem mercatoribus bona et sufficienti securitate de respon-
dendo prefatis Johanni et Waltero et eorum sociis predictis de lanis et bonis suis ab ipsis, ut premittitur,
ablatis, quatenus per ius et rationem convinci posset, quod ad hoc racionabiliter tenerentur, omnes
mercatores predictos per te virtute mandati nostri predicti attachiatos ab attachiamento illo deliberares
ac bona et mercimonia sua predicta per te similiter occasione predicta arestata sine dilatione qualibet
dearestari et ipsis per securitatem predictam deliberari faceres indilate ad suum inde commodum
faciendum, nosque postea ex parte Johannis, Walteri et sociorum suorum predictorum
accipientes, quod homines et mercatores villarum de Lubyke, Hamburghe, Colonia et
Campen, quos per te dearestari precepimus, ut predictum est, ad respondendum prefatis
Johanni, Waltero et eorum sociis de lanis et aliis bonis suis ab ipsis, ut premittitur,
depredatis iure et racione exigentibus tenerentur et quod iidem Johannes, Walterus et eorum
socii parati erant(!) hoc idem ostendere et predictos mercatores inde rationabiliter convin-
cere coram nobis, tibi precepimus, quod scire faceres mercatoribus antedictis vel eorum
manucaptoribus, quod essent coram nobis in cancellaria nostra die Jovis in crastino
nativitatis beate Marie virginis proximo preterito, ubicumque tunc essent in Anglia, quem
diem prefatis Johanni, Waltero et eorum sociis super hoc dedimus ad ostendendum, si
quid iidem mercatores pro se haberent vel dicere scirent, quare eisdem Johanni, Waltero
et sociis suis de lanis et bonis suis predictis respondere minime tenerentur, quo die
partibus predictis coram nobis in cancellaria nostra comparentibus examinatoque plenius
in presencia earumdem negocio supradicto invenimus in negocio illo quoad attachia-
mentum corporum predictorum mercatorum Alemannie et arestacionem bonorum et mer-
cimoniorum suorum minus rite fuisse processum, per quod ipsos mercatores occasione
predicta attachiatos ab attachiamento illo deliberari et bona et mercimonia sua sic arestata
dearestari et eis ordinavimus liberari: et ideo tibi precipimus, quod manucaptores, si
quos iidem mercatores tibi pro deliberacione corporum suorum sic attachiatorum et
dearestatione bonorum suorum predictorum invenerint, a manucapcione illa penitus ab-
solvens ipsos inde quietos esse permittas et bona et mercimonia eorumdem mercatorum,
si que virtute mandati nostri supradicti adhuc destines sub aresto, sine dilacione qua-
cumque dearestari et eis ad commodum suum inde faciendum integre facias liberari.
Teste rege, apud Londonias, primo die Octobris.[a]

Rot. lit. claus. 5. Edw. II. 24, im Public Record Office zu London. Am Rande: Pro mercatoribus Alemannie de dearestacione facienda. — *Die in Petit gedruckten Teile sind der Urkunde von 1311 Juli 10, Nr. 238, entnommen.*

Verzeichnet: Hans. UB. II, Nr. 198; Calendar of the Close Rolls, Edw. II. 1307—1313, S. 378.

a) *Es folgt in den Rot. lit. claus. die Bemerkung:* Eodem modo mandatum est subscriptis, videlicet vicecomiti Eboraci, vicecomiti Norffolkie et Suffolkie, vicecomiti Lincolnie, maiori et ballivis Eboraci.

246.

Das hamburgische Domkapitel an Papst Clemens V.: ernennt die beiden Domherren Heinrich von Klutz und Markward Rusche zu Bevollmächtigten in seinem Rechtshandel mit dem Erzbischof Johann von Bremen. — Hamburg, 1311 Oktober 4.

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo, domino Clementi sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici, Lodewicus prepositus, Bruno cantor, Hinricus thesaurarius, Hermannus scolasticus, Hartwicus de Herslo, Lupus de Kyl, Nycolaus Thideri[1], magister Hinricus de Bucholt, Bertrammus de Hemichuden electus in decanum[2], Wnnerus de Staden, Hermannus de Hillegenstede, magister Peregrinus de Hamborch, Leo de Ertheneborch et magister Johannes de Campo canonici ecclesie Hamburgensis Bremensis dyocesis cum omni reverencia devota pedum oscula beatorum. In curia sanctitatis vestre nos omnes et quilibet nostrum pro nobis omnibus et quolibet nostrum et pro nostra ecclesia facimus constituimus et ordinamus discretos viros dominos Hinricum de Klutz et Marquardum Ruschen nostros concanonicos, licet absentes, tanquam presentes et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior conditio occupantis, sed, quod unus ipsorum inceperit, alter vel alii valeant mediare, prosequi et finire, nostros et cuiuslibet nostrum et ecclesie nostre veros et legitimos procuratores actores defensores et nuncios speciales in omnibus causis litibus et controversiis motis et movendis, quas habemus vel habere possumus nos omnes et quilibet nostrum ac vice et nomine ecclesie nostre et nostro proprio nomine et cuiuslibet nostrum, quacumque occasione et causa, cum quibuscumque personis et locis et maxime cum venerabili patre domino Johanne archiepiscopo Bremensi, ad prosequendum coram quibuscumque iudicibus vel auditoribus appellationem seu appellationes per nos seu pro parte nostra et cuiuslibet nostrum ac nomine et vice ecclesie nostre interpositam seu interpositas et in posterum interponendam seu interponendas a sentencia sive sentenciis excommunicationis suspensionis et interdicti in nos et quemlibet nostrum seu in capitulum nostrum et ecclesiam nostram latis, ut dicitur, per dictum dominum archiepiscopum Bremensem et ad impetrandum et obtinendum a sanctitate vestra iudicem seu iudices vel auditorem seu auditores super huiusmodi causa seu causis appellationis seu appellationum et negocii principalis seu negociorum principalium et nullitatis seu nullitatum et etiam super contingentibus huiusmodi causam seu causas communiter vel divisim et dependentibus ab eadem seu ab eisdem necnon super omnibus et singulis causis motis et movendis contra nos et quemlibet nostrum seu capitulum nostrum et dictam ecclesiam nostram ac in omnibus et singulis causis nostris et cuiuslibet nostrum seu nostri capituli et ecclesie nostre predicte motis et movendis in eadem

1) *Nicolaus Thideri, dessen Todestag der 5. Januar war (Necrol. Cap. Hamb., Ztschr. für hamb. Gesch. VI, S. 30), starb also nicht, wie a. a. O. Anm. 4 angegeben ist, im Jahre 1311, sondern erst 1312. In einer Urkunde des Domkapitels vom 1. Dezember 1312 erscheint er nicht mehr.*

2) *Der bisherige Dekan Gotschalk war am 22. Januar 1311 gestorben, wie aus der folgenden Eintragung in das Necrol. Cap. Hamb., Ztschr. für hamb. Gesch. VI, S. 34, hervorgeht:* XI. kal. Febr. anno Domini MCCCXI obiit Gotscalcus de Travenemunde huius ecclesie decanus, pro quo dabitur memoria de uno frusto in Ollenborch. *Sein Nachfolger Bertram von Heimichude war zugleich Schweriner Domherr; vgl. Mecklenb. UB. XI, S. 149.*

curia contra dictum dominum archiepiscopum et contra quascumque alias personas ecclesi-
asticas vel seculares, collegia seu universitates, ad agendum defendendum excipiendum
replicandum libellum seu libellos dandum petendum et recipiendum litem contestandum
iurandum de calumpnia et veritate dicenda et cuiuslibet alterius generis iuramentum pres-
tandum in animas nostras et cuiuslibet nostrum ponendum respondendum confitendum
negandum articulandum articulos adverse partis repellendum et reprobandum testes
instrumenta litteras acta iura et munimenta et quodlibet genus probationis producendum
et videndum produci dicendum et protestandum contra personas et dicta testium adverse
partis crimina et defectus opponendum restitutionem in integrum petendum principaliter
et incidenter ac petendum et recipiendum nomine nostro et cuiuslibet nostrum et nomine
ac vice ecclesie nostre beneficium absolutionis ad cautelam a sentencia seu sentenciis ex-
communicationis suspensionis et interdicti latis, ut dicitur, in nos et quemlibet nostrum
seu capitulum nostrum et nostram ecclesiam per dictum dominum archiepiscopum vel alium
quemcumque ac prestandum in animas nostras et cuiuslibet nostrum et nomine et vice
ecclesie nostre iuramentum de parendo mandatis ecclesie seu dicti archiepiscopi, si con-
stiterit, dictas sentencias excommunicationis suspensionis et interdicti legitime fore latas et
ad petendum et recipiendum nomine nostro proprio et cuiuslibet nostrum ac nomine et vice
dicte ecclesie nostre absolutionem et relaxationem a dictis sentenciis excommunicationis
suspensionis et interdicti latis, ut dicitur, in nos et quemlibet nostrum seu nostrum
capitulum et dictam nostram ecclesiam communiter vel divisim necnon ad allegandum et
concludendum sententiam seu sententias audiendum appellandum, si et quociens opus
fuerit, et appellationem seu appellationes innovandum notificandum et prosequendum et in
audientia publica curie sanctitatis vestre ad impetrandum litteras tam simplices quam
legendas iusticiam vel gratiam continentes et eis contradicendum et ad conveniendum
de locis et iudicibus et eis contradicendum causam vel causas suspitionis vel suspitionum
allegandum et, si necesse fuerit, appellandum alium seu alios procuratorem seu procura-
tores substituendum loco sui et cuiuslibet eorum, qui in premissis omnibus et quolibet
premissorum similem habeant proprietatem et revocandum eosdem ante litem contestatam
vel post et procurationis officium resumendum, quociens et quando eis et cuilibet eorum
videbitur expedire, et generaliter ad omnia et singula faciendum exercendum et procu-
randum, que in predictis et quolibet predictorum fuerint oportuna et que merita causarum
exigunt et requirunt, eciam si mandatum exigant speciale, et que veri et legitimi pro-
curatores actores defensores et nuncii speciales facere possunt et debent et que nos et
singuli nostrum facere possemus et exercere, si presentes essemus. Promittentes omnia
et singula supradicta et que acta et procurata fuerint per ipsos procuratores nostros vel
eorum alterum aut substituendum vel substituendos ab eis vel eorum altero perpetuo
habere rata grata et firma sub ypotheca et obligatione omnium bonorum nostrorum et
ecclesie nostre predicte, volentes insuper predictos procuratores nostros et substituendum
vel substituendos ab eis vel eorum altero relevare ab onere satisdationis promittimus
pro omnibus et singulis, quorum interest vel intererit, de iudicio sisti et iudicatum solvi
cum omnibus suis clausulis oportunis. In quorum omnium testimonium et evidenciam
pleniorem sigilla nostra omnia et singula una cum sigillo ecclesie nostre presentibus sunt

appensa. Et ego Lupus de Kyl predictus, quia proprio sigillo careo, usus sum sigillo
domini Brunonis cantoris ecclesie supradicte. Actum et datum Hamborch, anno Domini
MCCCXI, quarto nonas Octobris.

*Original, Pergament. Von den angehängten 15 Siegeln sind die mehr oder weniger beschädigten des
Domkapitels, des Propstes Ludwig, des Kantors Bruno, des Scholastikers Hermann, der Domherren Hartwig
von Herslo, Lupus von Kiel, der das Siegel des Kantors Bruno angehängt hat, Nicolaus Thideri, Heinrich
von Bucholt, Bertram von Hemichude, Hermann von Hillegenstede, Peregrinus von Hamborch und Johannes
vom Campe erhalten. Rückaufschrift (14. Jahrh.), nur noch zum Teil lesbar:* Causa Hamburgensis. Procu-
ratorium capituli contra archiepiscopum . . die . . . mensis . . . magister Matheus de Modoecia pro . . . exh [ibuit];
ferner (17. oder 18. Jahrh.): Procuratorium quoddam generale; *darunter, von etwas älteren Händen:* Capi-
tulum Hamburgense contra archiepiscopum de dato 1311. 4. nonas Octobris, *und: M.*

Gedruckt: Anfang und Schluß von Lisch, Maltzahn. Urk. I, S. 182 und im Mecklenb. UB. V, Nr. 3487.

247.

König Eduard II. von England an den Sheriff von Norfolk: befiehlt, die Kaufleute, deren Güter wegen eines an Heinrich von Beaumont von deutschen Kaufleuten, darunter Hamburgern, begangenen Seeraubs beschlagnahmt waren — vgl. Nr. 239 —, und ihre Bürgen nicht länger zu behelligen, da sich in wiederholten Untersuchungen herausgestellt habe, daß die Angaben über ihre Herkunft aus dem Gebiete des Erzbischofs von Köln zutreffend seien. — London, 1311 Oktober 6.

Rex vicecomiti Norffolkie salutem. Cum nuper ad querelam Tidemanni de Affle,
Henrici Cume, Johannis de Beyke, Johannis de Affle, Siwardi de Grane et Alberti de
Affle mercatorum de potestate Coloniensis archiepiscopi, sicut dicunt, nobis suggeren-
tium, quod tu virtute cuiusdam mandati nostri tibi nuper directi de bonis et mercimoniis hominum et
mercatorum de Westfale, de Lubyke, de Staure, de Campe, de Grenyng, de Rustok, de Gripeswolde, de
Hamburgh et de Strailessounde occasione cuiusdam depredacionis dilecto et consanguineo et fideli nostro
Henrico de Bello Monte dudum supra mare per malefactores de villis et locis predictis, ut dicitur,
facte arestandis, donec prefato Henrico esset de predicta roberia debite satisfactum vel aliud a nobis super
hoc haberes in mandatis, septies viginti et decem barellos aceri predictorum Tidemanni, Henrici, Johannis,
Johannis, Siwardi et Alberti, ac si ipsi de Westfale, Lubike aut aliis villis predictis essent, tamen non
sint, arestasti et sic arestatos detinuisti minus iuste in ipsorum dispendium non modicum et gravamen
et pro eo, quod ipsi Tidemannus, Henricus et eorum socii predicti constanter asseruerunt se non esse
de villis seu locis, unde dicti malefactores existunt, vel de potestate seu dominio dominorum, villa-
rum seu locorum illorum seu alicuius eorundem et quod ipsi vel aliqui alii de potestate predicti archi-
episcopi roberiam seu transgressionem aliquam prefato Henrico de Bello Monte vel aliquibus vel
alicui de hominibus suis hactenus non fecerunt et nos considerantes non esse consonum equitati, quod
ipsi mercatores, si de roberia predicta essent immunes et non essent de subiectione seu potestate
dominorum villarum et locorum, de quorum dominio et potestate dicti transgressores existunt, pro
delictis transgressorum predictorum taliter punirentur, tibi precepimus, quod per sacramentum tam merca-
torum quam aliorum proborum et legalium hominum de balliva tua, per quos rei veritas melius sciri posset,
in presencia attornati predicti Henrici de Bello Monte ad hoc per te premuniendi, si interesse vellet,
diligenter inquireres, si predicti Tidemannus, Henricus Cume, Johannes, Johannes, Siwardus et Albertus

essent de potestate vel dominio dominorum villarum seu locorum de Westfale, de Lubyk aut aliis villis predictis vel alicuius earundem necne, nosque pro eo, quod per inquisicionem inde per te factam et in cancellaria nostra retornatam compertum erat, quod prefatus Tidemannus et socii sui predicti sunt mercatores predicti archiepiscopi Coloniensis et non de potestate vel dominio dominorum, villarum seu locorum predictorum nec alicuius eorundem nec roberie predicte interfuerunt nec partem aliquam dictorum bonorum ablatorum habuerunt, quodque tu nobis retornasti, quod attornat[u]s[a] predicti Henrici de Bello Monte in balliva tua moram non fecit, postquam mandatum nostrum predictum ad te venit, propter quod in absencia ipsius attornati dictam cepisti inquisicionem: volentes tam prefato Henrico de Bello Monte quam mercatoribus predictis iusticie complementum fieri in hac parte tibi precipimus, quod accepta a prefato Tidemanno et sociis suis predictis sufficiente securitate, pro qua respondere velles, de respondendo prefato Henrico de Bello Monte die Lune in crastino assumpcionis beate Marie apud Londonias de valore septies viginti et decem barellorum aceri, ut premittitur, arestatorum iuxta legalem apreciacionem inde per te faciendam, nisi tunc racionabiliter docere possent se non esse de villis et locis predictis nec culpabiles de roberia predicta, per quod bona sua[b] ea occasione secundum consuetudinem in huiusmodi casu optentam deberent arestari, predictos septies viginti et decem barellos aceri sine dilacione dearestari et prefato Tidemanno et sociis suis predictis liberari faceres per securitatem predictam ad comodum suum inde faciend[u]m[c] prefato Henrico de Bello Monte vel eius attornato in hac parte premuniendo, quod dictis die et loco interessent ad ostendendum pro se que in hoc negocio forent ostendenda, si sibi videret expedire, virtute cuius mandati nostri dictos barellos aceri dearestasti et dicto Tidemanno et sociis suis predictis liberasti[d] per securitatem inde tibi in forma predicta factam, sicut nobis significasti, cumque Johannes de Hakyngthorpe attornat[u]s[e] predicti Henrici de Bello Monte coram nobis in cancellaria nostra ad diem predictum in presencia mercatorum predictorum comparens asseruerit[f] inquisicionem illam esse minus sufficientem eo, quod in absencia predicti Henrici de Bello Monte et de eius attornati parte facta fuit, de assensu predictorum attornati mercatorum inquisicionem super premissis in presencia eorundem per te super hoc premuniendorum, si interesse vellent, ordinavimus fieri iterato tibique precepimus, quod inquisicionem super premissis in presencia attornati predicti Henrici ac mercatorum predictorum inde per te premuniendorum, si interesse vellent, faceres diligentem et eam distincte et aperte factam nobis sub sigillo tuo et sigillis eorum, per quos facta esset, mitteres et hoc breve, ita quod eam haberemus coram nobis in cancellaria nostra in crastino sancti Michaelis iam preterito, quem diem eisdem attornato et mercatoribus prefiximus ad faciendum et recipiendum, quod tunc contingeret ordinari, et quia per inquisicionem per te virtute mandati nostri predicti inde in presencia predictorum attornati et mercatorum iterato factam et in cancellaria nostra predicta retornatam sufficienter est compertum, quod mercatores illi sunt de potestate archiepiscopi Coloniensis ac non de villis et locis predictis nec de potestate dominorum villarum seu locorum eorundem et quod nullus eorum interfuerit roberie predicte nec partem dictorum bonorum habuerint ablatorum: nos volentes mercatoribus predictis plenam iusticiam fieri in hac parte tibi precipimus, quod mercatores predictos ac manucaptores suos predictos de manucapcione sua absolvas et ipsos inde quietos esse permittas ipsos mercatores occa-

a) *Vorlage* attormatos. b) *Folgt in der Vorlage* et. c) *Vorlage* faciendam. d) *Vorlage* liberastis. e) *Vorlage* attornatos. f) *Vorlage* asseruerint.

sione premissorum non gravans in aliquo seu molestans. Teste rege, apud Londonias, VI. die Octobris.

Rot. lit. claus. 5. Edw. II 25, im Public Record Office zu London. Am Rande: Pro Tydemanno Affle et aliis mercatoribus de potestate Coloniensis archiepiscopi. — *Die in Petit gedruckten Teile sind der Urkunde von 1311 Juli 20, Nr. 239, entnommen.*

Verzeichnet: Hans. UB. II, Nr. 196 Anm. 1, mit unrichtiger Inhaltsangabe; Calendar of the Close Rolls, Edw. II. 1307—1313, S. 376.

248.

Graf Johann II. verkauft mit Zustimmung seiner Söhne Christoph und Adolf dem Kloster Harvestehude Korn- und Geldrenten aus den Mühlen und der Vogtei zu Hamburg. — Hamburg, 1311 November 11.

Omnibus presentia visuris Johannes Dei gratia comes Holtsatie salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, ad quos presens scriptum pervenerit, quod nos de maturo consilio et pleno consensu filiorum nostrorum Christofori et Adolphi vendidimus . . preposito et conventui claustri in Valle Virginum prope Hamborgh quatuor choros tritici et duos choros siliginis et quartam partem unius chori siliginis et redditus unius talenti in novo molendino nostro Hamborgh, in antiquo vero molendino tres choros siliginis et quartam partem unius chori siliginis et quinque marcarum redditus in advocatia civitatis eiusdem pro sexcentis marcis denariorum Hamburgensium percipiendos singulis annis in terminis consuetis sine contradictione qualibet expedite hoc adiecto, quod eosdem redditus infra quinquennium proximum reemendi non habebimus facultatem. Quo revoluto in quolibet festo beati Martini, cum nobis placuerit, eosdem reemere poterimus pro pecunia memorata. Si autem dicti . . prepositus et claustrum in eisdem redditibus aliquem defectum habuerint, in reemptione ipsorum bonorum restaurum eis plenarie faciemus, ita quod de bonis eisdem nos non intromittemus, quousque de defectu, quem probare poterint, ipsis ad plenum fuerit satisfactum. Testes huius rei sunt dilectus patruus noster Adolphus comes Holtsacie et in Scowenborgh, dominus Johannes prepositus in Segheberch, Johannes Ryke miles, Johannes de Monte, Bertrammus Luscus consules Hamburgenses et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium presentem litteram eidem conventui dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum Hamborch, anno Domini MCCCXI, in die beati Martini confessoris.

Abschrift im Harvestehuder Kopialbuch fol. 9b. Überschrift: Item de quinque marcis in advocatia; *später hinzugefügt:* et unius talenti, *und:* Litera super Vɫ choris siliginis et redditibus I talenti necnon IIII choris tritici et V marcis redditus in advocacia. *Die ganze Eintragung ist durchstrichen.*

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 239.

249.

Werner, Sohn Erichs von Bederkesa, verläßt seine Güter in Berensch dem Kloster Altenwalde. — Elmlohe, 1311 November 25.

Omnibus Christi fidelibus hoc presens scriptum intuentibus seu audientibus Wernerus filius Erici de Bederkesa castri inferioris servicii et honoris, quantum potest. Noverit

tam presens quam futuri temporis posteritas, quod maturo[a] consilio et favore meorum heredum bona mea sita in Bernesch, videlicet unum mansum singulis annis solventem duas mesas siliginis et aream cum omni iure, sicuti ego libere possidebam, sancte Cruci in Wolde iure hereditario dimisi et dimitto sine ulla contradictione in lumen perpetuum possidendum. Ne huius laudabilis rei factum, quod ob salutem mee anime ordinavi, ab ullis meis heredibus valeat irritari, presentem paginam feci in perpetuam congnitionem meo sigillo communiri. Datum Elmelo, anno Domini MCCCXI, in die sancte Katerine virginis, coram domino Hincone et domino Marquardo filio Johannis clerici militibus et Ditmaro et Hinrico filio domini Hinconis et aliis quam pluribus fide dignis.

Original, Pergament, in der Beverinschen Bibliothek zu Hildesheim, mit abhangendem, eingenähtem Siegel. Rückaufschriften: 1. (14. oder 15. Jahrh.): [Donatio aree?] in Berensche. *2. (16. Jahrh.):* Donatio areae et mansi unius in Bernsche sub dato 1311. *Nr. 46. 3. Eine Hand des 17. Jahrh. hat über* Donatio *hinzugefügt:* facta a Wernero de Berdekesa (!), *und über* mansi unius: valentis 2 mesas siliginis, *ferner den Zusatz gemacht:* Donat libere possidenda, sicut ipse possedit.

Gedruckt: UB. d. Klosters Neuenwalde Nr. 19.

250.

Graf Johann II. von Holstein beurkundet, daß die Provisoren des Heiligen Geist-Hospitals zu Hamburg sich mit den Ratmannen von Crempe über die Entrichtung eines von diesen jährlich zu bezahlenden Haferzehnten verständigt haben. — Segeberg, 1311 Dezember 6.

Nos Johannes Dei gratia comes Holtzatie et Stormarie coram universis presentia visuris seu audituris recognoscimus et publice profitemur, quod in nostra presencia constituti dilecti nostri viri honorabiles . . consules civitatis nostre Hamburgensis, qui fuerunt eo tempore provisores domus sancti spiritus ibidem, ex parte una necnon . . consules oppidi nostri in Crempa super decima quadam avene, que vulgariter grunthure dicitur, ad usus domus predicte annis singulis exsolvenda concordaverunt amicabiliter in hunc modum, quod videlicet consules opidi predicti, scilicet Crempe, pro predicta decima tutoribus sepedicte domus in Hamborg, qui pro tempore domui prefuerint, aut eorum certis nunctiis viginti et unam marcas cum quinque solidis denariorum legalium anno quolibet in festis beati Martini sine contradictione aliqua in suo proprio oppido ministrabunt. Si vero ipso termino assignato huiusmodi censum solvere neglexerint, extunc statim die proxima duplum persolvere sunt astricti. Quod autem nos concordie et placitis prescriptis voluntatem bonam et assensum adhibuerimus, presentibus protestamur. Ne autem succedente tempore super prehabitis inpedimentum aliquod subsequatur, presentem litteram iussu nostro scriptam sigilli nostri munimine roboramus. Huius rei testes affuerant dominus Johannes Seghebergensis prepositus et dominus Hinricus prepositus Poretzensis cum pluribus aliis fide dignis. Actum et datum Segheberghe, anno Domini MCCC undecimo, in festo beati Nicolai episcopi et confessoris.

Original, Pergament, mit dem an roten Seidenfäden anhängenden, leicht beschädigten Reitersiegel des Grafen. Rückaufschrift: E.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 241.

a) *Or.* matuturo.

251.

Graf Adolf VI. von Holstein verspricht, weder den Hamburgern noch irgendwelchen Kaufleuten von der Hatzburg aus Schaden zufügen, auch vor Ausbruch einer Fehde mit dem Erzbischof von Bremen, dem Herzog von Lüneburg und der Stadt Lübeck Hamburgs Vermittlung anrufen und, falls diese erfolglos bleibe, die Lübecker auf der Elbe und überhaupt zu Wasser nicht belästigen zu wollen. — 1311 Dezember 13.

Adolphus Dei gratia comes Holtzatie et Schowenborg omnibus presencia visuris vel audituris salutem in Domino sempiternam. Noscat imperpetuum [presens][a] etas et futura, quod propter speciales amicicias et favores, quibus ex merito amplectimur consules nostre civitatis Hamburgensis, eis et universis eorum concivibus atque cunctis mercatoribus undecunque venientibus pro nobis, nostris heredibus atque nostris successoribus libertates et gracias subsequentes damus et conferimus perpetuo duraturas, videlicet quod de castro nostro dicto Hatesborch ad terras vel aquas ipsos consules et eorum concives atque mercatores quoscunque nunquam in personis vel bonis dampnificabimus, aggravabimus vel quomodolibet molestabimus nec dampnificari, aggravari vel molestari aliqualiter faciemus, sed a nobis, nostris heredibus ac successoribus de ipso castro perpetuo sint defensi. Preterea si contigerit, quod absit, oriri inimicicias et gwerras generales inter dominum archiepiscopum Bremensem, dominum ducem Luneborgensem ac consules Lubicenses ex parte una et nos ex alia, ita quod aliquis ex nobis alium persequi vellet erecto vexillo incendiis et rapinis, tunc consulibus nostris Hamburgensibus predictis huiusmodi gwerras et inimicicias diebus octo, antequam ipsas aggrediamur, intimabimus ad placitandum inter partes pro bono concordie atque pacis. Et si medium amicabilis composicionis inter partes per eos inveniri non possit, non obstantibus predictis libertatibus et graciis dominum archiepiscopum Bremensem, . . dominum ducem Luneborgensem predictos et eorum homines possumus in aquis et terris, si volumus, impedire, verum consules et cives Lubicenses non debemus in personis vel bonis in Albea vel aquis dampnificare, aggravare vel quomodolibet molestare. In premissorum namque testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes eciam huius facti sunt Bertrammus Kule advocatus noster, Johannes Rike frater eius milites et plures alii fide digni. Actum et datum anno Domini millesimo CCC undecimo, in die sancte Lucie virginis et martiris.

Abschrift im Kopiar des Albrecht von Bardewik im Staatsarchiv zu Lübeck, fol. 205. Der Abschrift sind hinzugefügt die Worte: Et hec littera apud dominos consules Hamborgenses est reservata. *Die Urkunde befand sich in der ersten Hälfte des 17. Jahrhunderts noch in der Trese des Hamburger Rats, wie sich aus einem damals angelegten, im Staatsarchiv befindlichen „Register derjenigen Acten, Documenten und Schrifften, so unten auff dem Rahthause in der Thresae in denen holzern Capsulen verwahret werden“ ergibt, das sie unter „Dännemarkischen und Holsteinischen Sachen“ folgendermaßen aufführt:* Adolf Graf zu Holstein gib (!) denen von Hamburg, das man sie von der Hatzburg nicht solle beschädigen, sondern beschirmen und die von Lübeck nicht auff der Elbe beschweren.

Gedruckt: Lüb. UB. II, Nr. 290.

Verzeichnet: Hans. UB. II, Nr. 200.

a) *Fehlt in der Abschrift.*

252.

Vier benannte sächsische Adlige geloben dem Herzog Erich von Sachsen, daß einer von ihnen, Otto Holste, Eigentum und Zehnten zweier Hufen in Neuengamme, die er an das Kloster Reinbek verpfändet habe, innerhalb dreier Jahre wieder einlösen werde. — Lauenburg, 1311 Dezember 27.

Nos Hinricus de Wittorpe, Albertus Zabel, Otto Holzste, Ludolfus Scorleke milites omnibus presentia visuris salutem in Domino. Tenore presentium recongnoscimus pubplice protestantes, quod domino nostro Erico duci Saxonie fide data promisimus, quod dominus Otto Holzste infra triennium redimere debet heghendum et decimam de duobus mansis expositam scitam in Nova Gamma, quam exposuit preposito et claustro sanctemonialium in Rengnebeke. Promittimus et promisimus dicto domino Erico firmiter et fideliter observare redimendo heghendum infra tempus iam prescriptum. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum Lovenburch, anno Domini MCCCXII in die beati Johannis ewangeliste.

Original, Pergament, im Staatsarchiv zu Kiel. Von den angehängten Siegeln sind nur noch die beschädigten der beiden erstgenannten Ritter, ferner der Pergamentstreifen des dritten Siegels erhalten. Rückaufschriften: 1. (14. Jahrh.): Dominus Otte Holste promisit duci Erico, quod vellet redimere hegendum et decimam duorum mansorum in Nova Gamma monialibus in Reinebeke expositam, *ferner von anderer Hand:* XIII c unde XII. *2. (15. Jahrh.):* Bergerdorppe.

Gedruckt: Sudendorf, UB. IX, S. 182.

Verzeichnet: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 258.

253.

Das hamburgische Domkapitel urkundet über die Aufnahme des Schweriner Klerikers Johannes von Campe unter die Domherren der hamburgischen Kirche und über seine Versorgung. — Hamburg, 1311.

Universis presentes litteras inspecturis Lodowicus Dei gratia prepositus necnon capitulum Hamburgensis ecclesie salutem in eo, qui est omnium vera salus. Insistentibus nuper nobis utilitatibus ecclesie nostre tractatibus diligentibus et variis venit in medium fama discreti viri magistri Johannis dicti de Campe clerici venerabilis in Christo patris domini Godefridi Zverinensis episcopi prosequens ipsum de scientia iuris utriusque, canonici videlicet et civilis, unde similiter de ipso tractare incepimus et tractavimus diligenter. Tandem concorditer, libere et motu proprio inspecta tantum utilitate ecclesie nostre et ydoneitate sue persone ipso ad nos accersito canonicatum in ecclesia nostra predicta cum voce capituli, stallo chori et plenitudine iuris canonici sibi obtulimus et contulimus absque alicuius hominum interventu. Providimus etiam sibi de prebenda, que tunc vacavit per dimissionem sive resignationem honorabilis viri domini Hermanni scolastici nostri[1], cum maiorem prebendam secundum observatam ecclesie nostre consuetudinem adoptasset. Verum lapsis deinde non multis diebus idem Johannes nobis exposuit, quod sibi post provisionem huiusmodi relatum extitisset, quod prebenda iam

1) *Über seine Ernennung zum Scholastikus vgl. Nr. 152, 153 und 153 Anm. 1.*

dicta collata sibi per provisionem sedis apostolice aut alio modo forsan alteri deberetur, petens super hoc sibi a nobis aliquo modo licito de speciali gracia provideri. Quam ob rem utilitatem ecclesie nostre et sue persone ydoneitatem, sicut prius, intuentes et, ne nomen inane canonici gerere et militare suis stipendiis cogeretur, prehabito denuo diligenti tractatu duodecim marcarum denariorum Hamburgensium redditus, quos eidem annis singulis in festo beati Martini episcopi expedite de nostris bonis seu proventibus communibus sive fructibus excrescentibus exsolvemus, libere et motu proprio debita iuris sollempnitate servata sibi assignavimus pro sustentacione sua ab ipso percipiendos et habendos, quoadusque in ecclesia nostra sepedicta prebendales redditus percipiat pacifice et quiete, volentes collatum sibi per nos canonicatum cum voce capituli et stallo chori et ceteris iuribus canonicalibus totis vite sue temporibus conservare et de prebenda, nullo capitulari auctoritate interposito, cum primum ad nos spectaverit, providere. Datum sub sigillo nostre ecclesie Hamborgh, anno Domini millesimo trecentesimo undecimo.

Original, Pergament, mit abhangendem Siegel des Domkapitels. Rückaufschrift (14. Jahrh.): Per istam litteram prohibitur opcio prebendarum; *darunter von späterer Hand:* de anno 1311. M. M. M. N. 35.

254.

Die Brüder Marquard, Johannes und Heinrich Stake verkaufen dem hamburgischen Domkapitel ihren Zehnten in Osdorf. — Hamburg, 1312 Februar 13.

Nos Marquardus, Johannes et Hinricus fratres dicti Staken recognoscimus tenore presencium firmiter[a] protestantes, quod de maturo consilio amicorum nostrorum decimam nostram in Oslevesdorp[1] solventem in odingo annis singulis decem et octo modios siliginis et quatuordecim modios avene cum omni iure et utilitate, qua eam possedimus, vendidimus ecclesie Hamburgensi pro septuaginta[b] marcis denariorum Hamburgensium nobis datis et integraliter persolutis quiete et pacifice possidendam. In cuius rei testimonium et certitudinem pleniorem sigilla militum[c], videlicet domini Hinrici senioris de Wedele et domini Hinrici iunioris de Wedele[c], una cum sigillo nostro presentibus sunt appensa. Testes sunt dominus Johannes Ryke[d] miles et Hinricus dictus Kowt[e][2] famulus et alii fide digni. Datum et actum Hamborgh[f], anno Domini MCCC duodecimo[g], dominica, qua cantatur Invocavit.

Zwei Ausfertigungen. Original A, Pergament. Drei Siegelstreifen, Siegel fehlen. Auf der Falte: XIII. *Rückaufschrift (14. Jahrh.):* Super decima Oslevestorpe, *und von späterer Hand (15. Jahrh.):* ad vicariam altaris sanctorum Symonis et Jude, quam habuit Johannes Brunonis et postea Johannes Schellepeper. — *Original B, Pergament. Besiegelung: 1. ein Siegelstreifen, Siegel fehlt; 2. Beschädigtes Siegel des Marquard Stake; 3. Reste des Siegels des Johannes Mildehovet. Auf der Falte:* XIII. *Rückaufschrift (14. Jahrh.):* Super decima Oslevestorpe, *ferner (15. Jahrh.):* super decima in Oslevestorpe.

a) *Fehlt in B.* b) *B* octoginta. c-c) *B* domini Hinrici de Wedele militis ac Johannis dicti Mildehovet. d) *B* dictus Rike. e) *B* Kowt. f) *B* Hamborch. g) *B* XII.

1) *Daß Oslevesdorp nicht Ohlsdorf, wie Lappenberg und alle folgenden Historiker und Topographen angenommen haben, sondern Osdorf ist, hat Chr. Walther in den Mitteilungen des Vereins f. Hamb. Gesch. 7. Band (20. Jahrgang), S. 372ff. gezeigt.*

2) *Lies* Kovot.

Abschrift (aus A) im Liber copialis Capituli, fol. 130b, Privilegia militum et armigerorum XIII. Überschrift: Super decima in Oslevestorpe.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III., Nr. 247 *(mit dem unrichtigen Datum Februar 12).*

Verzeichnet: Niehusens Inventar der Domurkunden in Staphorsts Hamb. Kirchengesch. I1, S. 493, Nr. 365.

255.

Graf Adolf VI. von Holstein verzichtet auf die Lehnshoheit über den der hamburgischen Kirche von den Brüdern Stake verkauften Zehnten zu Osdorf. — Hamburg, 1312 Februar 20.

Nos Adolfus Dei gracia comes Holtsacie et in Scowenborch omnibus, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, salutem in Domino sempiternam. Cum Marquardus et Johannes et Hinricus fratres dicti Staken famuli decimam suam in villa Oslevestorpe sitam solventem annis singulis in odingo XVIII modios siliginis et XIIII modios avene ecclesie Hamburgensi vendiderint, quam a nobis in pheodo tenuerunt, nos ad honorem Dei et beate virginis ac pro salute animarum nostrarum de consensu heredum nostrorum feodum remittimus et proprietatem eiusdem decime dicte ecclesie damus et concedimus perpetuo possidendum. In cuius rei testimonium presentem litteram sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum Hamborch, anno Domini MCCCXII, dominica, qua cantatur Reminiscere.

Abschrift im Liber copialis Capituli, fol. 118, Privilegia comitum CIX. Überschrift: Super decima in Oslevestorpe.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 248 *(mit dem unrichtigen Datum Februar 19).*

256.

Graf Johann II. von Holstein und seine Söhne Christoph und Adolf verkaufen ihre Zehnten im Dorfe Sommerland im Kirchspiel Süderau in der Cremper Marsch an die hamburgischen Domherrn Hermann von Heiligenstedten und Johann Bertrams Sohn und an den ständigen Vikar im Dom Nicolaus, den Sohn Volzekos von der Mühlenbrücke. — 1312 März 12.

In nomine Domini amen. Johannes Dei gracia comes Holtsacie et Stormarie necnon Christoforus et Adolfus eius filii universis presencia visuris vel audituris salutem cum noticia veritatis. Propter hominum labilem memoriam expedit acta, que fiunt in tempore, voce testium et scripti patrocinio perhennari. Idcirco ad noticiam tam presencium quam futurorum cupimus lucide pervenire nos de consensu nostro unanimi ac consilio nostrorum fidelium vasallorum Hermanno de Hilghenstede necnon Johanni notario filio Bertrammi canonicis ecclesie Hamburgensis atque Nicolao filio Volcekonis de Ponte Molendini perpetuo vicario dicte ecclesie dimisisse resignasse et vendidisse pro legitimo precio, quod ab ipsis recepimus in pecunia numerata, decimas nostras tocius ville dicte Somerland site in parrochia Suderowe et in palude Crimpen. Pro quibus quidem decimis annis singulis temporibus ad hoc statutis dantur quadraginta marce denariorum Hamburgensium racione census perpetui, quod odingh dicitur, iure hereditario ac vigore proprietario libere absque ullo impedimento perpetuo possidendas. Is vero census medius dabitur in festo Walburgis virginis et medius in festo Jacobi proximo subsequente. Damus eciam predictis

Hermanno, Johanni et Nicolao omnem libertatem proprietatem usufructum utilitatem ac iusticiam, quas nos in eisdem decimis hactenus habuimus, et in ipsos earundem decimarum proprietatem, que egendum dicitur, similiter et omne ius, quod nobis et nostris successoribus competit et in futurum quomodolibet competere poterit, in totum et integraliter transferentes. Insuper adicimus, ut predicti divisim vel coniunctim in parte vel in toto has decimas et earundem decimarum redditus licite vendere donare dimittere seu obligare poterunt pro omni sua utilitate et voluntate cuicunque vel quibuscunque eis visum fuerit expedire, eciam ecclesiis personis ecclesiasticis sive secularibus, iure et proprietate superius annotata. Preterea hec proprietas ac libertas apud quemlibet vel quoslibet harum decimarum ac reddituum earundem possessores perpetuo permanebit, quibus eciam presens scriptum in omnibus articulis volumus suffragari, nec a nobis et nostris successoribus alio scripto indigent super isto. Harum eciam decimarum seu reddituum earundem medietas ad Nicolaum prefatum et quarta pars ad Hermannum et alia quarta pars ad Johannem predictos dinoscitur pertinere. Testes huius rei sunt Bruno cantor ecclesie Hamburgensis, Hellericus de Wesenberghe miles, Marquardus advocatus dictus de Horst, Marquardus Kattescruch, Johannes de Monte, Alardus Unververdhe, Ludolfus filius Volcekonis cum pluribus aliis fidedignis. Insuper in predictorum testimonium et signum perpetuum presentem litteram sigillorum nostrorum munimine roboramus. Actum et datum anno Domini MCCC duodecimo, in dominica Judica me Deus.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 105b, Privilegia comitum LXVIII. Überschrift: Super decima in Somerlande pertinente ad vicarias per Nicolaum Volcekini fundatas. *Diese Vikarien gehörten zum St. Mauricius-altar im Dom. Vgl. Necrol. Cap. Hamb., Ztschr. f. hamb. Gesch. VI, S. 72, 83, 122, 140; Stöter, Der Dom zu Hamburg, S. 124.*

Gedruckt: Staphorst, Hamb. Kirchengeschichte I2, S. 233f., fehlerhaft, nach einer vom Notar Albert Oldehorst beglaubigten Abschrift des Originals (Hamb. Staatsarchiv Cl. I Lit. Oc Nr. 1a); Schlesw. Holst. *Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 249.*

Verzeichnet: Schütze, Chronol. Verz. Nr. 240; Nordalb. Stud. V, S. 182.

257.

König Eduard II. von England an Hamburg: fordert Genugtuung für den von Hamburgern, Kampenern und Lübeckern an Bürgern von Lincoln und Lindsey begangenen Seeraub. — York, [1312] März 17.

Rex dilectis suis . . consulibus et scabinis civitatis de Hamburghe salutem. Querelam dilectorum mercatorum nostrorum Johannis de Blytone, Walteri de Baiocis, Henrici de Severby, Ricardi de Scarle, Walteri de Eborum et Roberti de Oxonia civium civitatis nostre Lincolniensis ac Nicholai de Thymelby de Lyndeseya, nuper dum eramus in expedicione guerre nostre in partibus Scocie, recepimus continentem, quod quidam malefactores seu pocius depredatores de civitate vestra et de villis de Campen et Lubyk et aliunde de partibus Estlandie quandam navem, quam predicti Johannes et Walterus ac eorum socii predicti apud Sanctum Botulphum frettaverant et lanis ac aliis bonis suis ad valenciam mille ducentarum et quadraginta et quatuor librarum et decem solidorum oneraverant et sic oneratam per gentes suas versus partes Brabancie ad negociandum

inde ibidem et suum commodum faciendum transmiserant, die nativitatis sancti Johannis baptiste proximo preterito in costera maris nostri prope terram nostram hostiliter intraverunt et lanas ac omnia alia bona predicta cum violencia rapuerunt et eciam abduxerunt, propter quod nos subsequenter post reditum nostrum Londonias a partibus Scocie supradictis habita super facto predicto cum illis de consilio nostro deliberacione pleniori inquisitionem inde fieri fecimus diligentem, per quam evidenter compertum extitit et existit, quod predicti Johannes de Blytone et Walterus ac socii eorundem depredati fuerunt die predicto in costera maris nostri in partibus Norffolkie iuxta Crumere prope terram per malefactores mercatores marinarios et alios de dictis villis de Hamburghe Campen et Lubyke de lanis et aliis bonis suis ad valenciam mille ducentarum quadraginta et quatuor librarum et decem solidorum predictorum et quod malefactores illi se ad dictas villas de Hamburghe Campen et Lubyke cum bonis predictis diverterunt et ibidem receptantur, quodque malefactores ipsi manutenebantur per mercatores villarum predictarum infra regnum nostrum commorantes et ibidem ac alibi cum bonis malefactorum eorundem ad cambi partem mercimonia exercentes. Licet itaque mercatores vestros de Hamburghe et similiter de Campen et Lubyke infra nostrum dominium commorantes equitate suadente distringere possemus, quousque mercatoribus nostris predictis de bonis suis predictis ac dampnis, que occasione illa sustinuerunt, esset plenarie satisfactum, sicut ex premissis satis liquet, nos tamen ipsis mercatoribus vestris volentes adhuc ex benignitate regia parcere in hac parte, vos rogamus cum affectu, quatinus mercatoribus nostris predictis vel eorum attornatis seu attornato ipsorum nomine super recuperacione lanarum et bonorum suorum predictorum vel valoris eorundem ac eciam dampnorum, que se occasione predicta docere poterunt incurrisse, festinum complementum iusticie exhibentes ipsis inde, prout iustum fuerit, satisfieri faciatis, ne querelam inde amplius audiamus pro defectu iusticie in hac parte, per quod oporteat nos ipsis mercatoribus nostris de alio super hoc remedio providere. Et de eo, quod ad hunc rogatum nostrum pro predictis mercatoribus nostris duxeritis faciendum, nos reddere velitis per latorem presencium certiores. Datum apud Eborum, XVII. die Marcii.

Rot. lit. claus. 5. Edw. II. 10d im Public Record Office zu London. Hinzugefügt ist: Eodem modo mandatum est consulibus et scabinis civitatis de Campen [1]), consulibus et scabinis civitatis de Lubyke.
Verzeichnet: Hans. UB. II, Nr. 207; Calendar of the Close Rolls Edw. II. 1307—1313, S. 452.

258.

Der Rat von Hamburg überträgt den Turm auf Neuwerk für die Dauer von zwei Jahren an Gerhard von Cöln. — 1312, vor März 26.[2]

Sciendum, quod Gherardus de Colonia recepit turrim in Nova O ad duos annos. Pro quolibet anno dabuntur eidem CC marce denariorum. De primo anno recepit C marcas denariorum et C marce denariorum dabuntur sibi in festo sancti Jacobi. Ipsam

1) *Weitere Schreiben Eduards an Kampen in dieser Angelegenheit sind vom 23. und 30. Juli 1312 datiert. Gedruckt: Kunze, Hanseakten aus England Nr. 48 und 49. In Nr. 48 ist in Zeile 8 anstatt des in der Vorlage irrtümlich geschriebenen Wortes* Campe *zu lesen:* Hamburghe. *Vgl. auch Calendar of the Close Rolls Edw. II. 1307—1313, S. 541, 543.*
2) *Vgl. dazu Kurt Ferber, Der Turm und das Leuchtfeuer auf Neuwerk, Ztschr. f. Hamb. Gesch. XIV, S. 21.*

turrim tenebit cum decem viris valentibus. Item si contigerit aliquam speluncam fieri per aquas circa turrim, ad implendum illas cum arena sive terra cum viris suis dictus Gherardus faciet, quicquid potest. Item de ipsa turri non recedet, nisi cum licentiam nostram habere possit, quod in festo pasche et in festo sancti Mychaelis ad nos veniat. Postquam autem ad nos pervenerit, manebit per dies octo et non magis. Si vero diutius maneret, dare debet civitati pro quolibet die unam marcam denariorum. In festo sancti Mychaelis ascendere ad nos potest, nisi talia perciperemus, propter que ipsi significaremus, ut non ascendat. Preterea infra quatuor dies festi pasche de turri se intromittat et ex prelato tempore suo infra ipsos dies pasche resignet eandem. Actum anno Domini MCCCXII, ante pascha.

Liber pignorum et pactorum fol. 61b. Die Eintragung ist durchstrichen.

259.

Der päpstliche Auditor Magister Bertrand von Mailand erteilt in einer von dem Notar Johannes Servati geschriebenen Urkunde dem hamburgischen Domkapitel in seiner Streitsache mit dem Erzbischof von Bremen die absolutio ad cautelam. — Vienne, 1312 Mai 5.

In nomine Domini nostri Jhesu Christi amen . . Orta olim inter reverendum patrem, dominum Johannem archiepiscopum Bremensem ex parte una et honorabiles viros dominos . . prepositum, . . decanum, . . cantorem, . . scolasticum totumque capitulum ecclesie Hamburgensis dicte diocesis Bremensis ex altera materia questionis super eo et ex eo, quod dictus dominus archiepiscopus imposuit predictis viris et singulis de capitulo collectam seu talliam de decima parte fructuum et reddituum beneficiorum predictorum prepositi decani cantoris scolastici et aliorum canonicorum dicte ecclesie decimamque partem reddituum ipsius et ad ipsam decimam partem persolvendam predictos singulares ipsumque capitulum conpellebat excommunicacionis suspensionis et interdicti sentencias proferendo. Ex quibus omnibus pro parte predictorum prepositi decani cantoris scolastici tociusque capituli fuit, ut dicitur, ad sedem apostolicam appellatum . . Cuius appellationis seu appellationum et negocii principalis et eciam nullitatis causam et causas sanctissimus pater et dominus noster dominus Clemens digna Dei providencia papa quintus nobis magistro Bertrando de Mediolano archipresbytero canonice decumanorum Mediolanensium cappellano suo suique sacri palacii causarum auditori audiendas commisit et fine debito terminandas et quod ad cautelam possemus absolvere, si de iure foret. Conparentibus igitur coram nobis domino Marquardo dicto Rusche nomine suo et procuratorio nomine predictorum et dicti capituli et domino Johanne Bulle procuratore prefati reverendi patris archiepiscopi, quilibet pro parte sua instrumentum sue procuracionis exhibuit. Quibus procuratoriis exhibitis pro parte dicti Marquardi procuratoris fuit ab eodem domino pape ad nos auditorem predictum secunda commissio impetrata et nobis presentata. Obtulitque idem procurator libellum coram nobis in causa seu negocio principali seu super nullitate predictarum sentenciarum. Et per partem aliam contra dictum libellum quedam excepciones fuerunt proposite. Et tunc dictus dominus Marquardus magistrum Matheum de Modoecia

et dictus dominus Johannes magistrum Nicholaum de Verulis in suos procuratores substituerunt. Tandem super ipso libello fuit per utramque partem lis legitime contestata et iuramentum de calumpnia et veritate dicenda hinc inde prestitum. Deinde uterque procurator pro parte sua posiciones exhibuit et responsionibus subsecutis ad eas et dicto magistro Nicholao viam universe carnis ingresso et magistro Petro de Piperno in procuratorem per dictum dominum Johannem substituto, comparentibus coram nobis ipso magistro Petro et dicto domino Marquardo principali procuratore, idem dominus Marquardus cum protestacione, quod non intendebat per aliquam sui comparicionem vel aliquem suum actum in iudicio factum vel faciendum revocare magistrum Matheum de Modoecia per eum substitutum, exhibuit quandam peticionem pro absolucionis beneficio ad cautelam a dictis sentenciis latis per predictum dominum archiepiscopum obtinendo. Cuius peticionis tenor talis est:

Coram vobis venerabili viro domino Bertrando de Mediolano archipresbytero canonice decumanorum Mediolanensium domini pape cappellano eiusque causarum sacri palacii et eciam infrascripte auditore a domino papa specialiter deputato proponit Marquardus canonicus ecclesie Hamburgensis Bremensis diocesis suo nomine et procuratorio nomine dominorum Ludovici prepositi, Brunonis cantoris, Henrici thesaurarii, Hermanni scolastici, Hartvici de Herslo, Lupi de Kil, Nicholay Thideri, magistri Hinrici de Bocholt, Bertrammi de Heymichude electi in decanum, Wuneri de Staden, Hermanni de Hilegenstede, magistri Peregrini de Hamborg, Leonis de Erteneborg et magistri Johannis de Campo canonicorum dicte Hamburgensis ecclesie contra venerabilem patrem dominum Johannem Bremensem archiepiscopum et legitimam personam intervenientem pro eo, dicens quod dictus dominus Johannes archiepiscopus, quando primo accessit ad dictam ecclesiam Bremensem, dicens sibi per sedem apostolicam de archiepiscopatu Bremensi fore provisum, antequam literas huiusmodi capitulo Bremensi et aliis clericis civitatis et diocesis Bremensis et specialiter predictis preposito decano cantori scolastico canonicis et capitulo dicte Hamburgensis ecclesie ostendisset, nullaque facta eis fide et per eos non habita noticia de literis ipsis, dicitur mandasse dictis preposito decano cantori scolastico canonicis et capitulo Hamburgensi, quod decimam partem omnium reddituum proventuum et obvencionum ecclesiasticorum beneficiorum suorum infra certum terminum sibi solverent, et pretendens eos infra ipsum terminum, ut asserebat, elapsum non solvisse in dictos prepositum decanum cantorem et scolasticum excommunicacionis et in dictos canonicos suspensionis et ecclesiam predictam Hamburgensem interdicti sentencias contra Lateranense consilium et alias contra canonicas sancciones dicitur promulgasse de facto, cum de iure non posset. Quas sentencias excommunicacionis suspensionis et interdicti dictus Marquardus nomine suo et procuratorio nomine quo supra predictorum omnium et singulorum et nomine dicte Hamburgensis ecclesie asserit esse nullas. Quare petit dictus procurator nomine suo et procuratorio nomine quo supra predictorum omnium et singulorum et nomine dicte Hamburgensis ecclesie per vos se procuratorio nomine [pro][a] predictis preposito decano cantore scolastico et dictos prepositum decanum cantorem scolasticum a prefatis sentenciis excommunicacionis iuxta formam ecclesie[b] ad cautelam absolvi. Petit eciam se per vos

a) *Fehlt im Or.* b) *Folgt durch Unterpunktierung getilgt:* absolvatis.


nomine suo proprio et procuratorio nomine pro dictis canonicis et dictos canonicos a prefatis sentenciis suspensionis iuxta formam ecclesie ad cautelam absolvi. Petit eciam per vos se procuratorio nomine [pro][a] predicta Hamburgensi ecclesia[a] a prefata sentencia interdicti iuxta formam ecclesie ad cautelam absolvi. Predicta quidem petit omni iure, quo melius potest.

Contra quam peticionem per magistrum Petrum procuratorem predictum fuerunt quedam excepciones exhibite, quarum excepcionum copiam alteri parti petenti decrevimus et fieri mandavimus. Idemque dictus dominus Marquardus quoddam procuratorium sigillatum sigillo capituli et aliis pluribus sigillis singulorum de capitulo, inter alia continens potestatem absolucionis beneficium ad cautelam petendi et eciam obtinendi, ipse dominus Marquardus dictum magistrum de Modoecia virtute eciam ipsius mandati procuratorem substituit ad ea, que habet in mandatis.[1] Datique fuerunt articuli per partem utramque in predicto negocio principali et quedam raciones seu excepciones contra articulos hinc inde date. Postea, cum sepius esset allegatum per advocatos et procuratores predictarum parcium, utrique procuratori certum terminum assignavimus ad producendum et ostendendum omnia ea, per que dicta absolucio esset danda vel deneganda. In quo termino neutra pars aliquid produxit, set ea, que alias verbo allegaverant, et alia allegaverunt et verbo proposuerunt. Postea procurator dicti domini archiepiscopi duas literas sigillatas, unam sigillo domini[b] Arnaldi Pictaviensis[b] episcopi et domini pape camerarii et aliam sigillo capituli Bremensis, dictus vero dominus Marquardus procurator predictus quoddam instrumentum publicum, ut prima facie videbatur, quilibet pro parte sua produxit. Qua produccione sic facta super ipsa absolucione danda vel non danda iterato allegatum dictusque magister Petrus predicti domini archiepiscopi procurator quandam appellacionem a futura absolucione danda seu, ne ipsa absolucio ad cautelam daretur, in scriptis interposuit et exhibuit. Unde visis et diligenter consideratis et examinatis commissionibus nobis factis et libello in principali ac peticione super beneficio absolucionis ad cautelam per ipsum dominum Marquardum procuratorem nomine suo et procuratorio nomine predictorum et nomine ecclesie sue predicte exhibitis et datis ac racionibus et allegacionibus utriusque partis et super predictis omnibus habitis consilio et deliberacione, in Christi nomine prefatum dominum Marquardum coram nobis in iudicio constitutum, recepto prius ab eo iuramento tam pro se quam pro eis, quorum procurator existit, de stando in iudicio usque ad finem cause et de parendo mandatis ecclesie atque nostris et de observando ac faciendo observari tam per se quam per alios prefatas sentencias in eum et in alios, quorum procurator est, et ecclesiam suam predictam per predictum dominum archiepiscopum latas, si eas constiterit rite latas, tam nomine suo et pro se quam eciam procuratorio nomine illorum, quorum est procurator legitimus, absolvimus ad cautelam a predictis sentenciis per predictum dominum archiepiscopum latis easque relaxamus et tollimus ad cautelam. In cuius rei testimonium has presentes literas seu hanc nostram absolucionem ad cautelam scribi et publicari mandavimus per Johannem Servati clericum Petragoricensis diocesis, publicum apostolica et imperiali auctoritate notarium et scribam nostrum, et sigilli nostri appensione muniri.

a-a) *Or.* predictam Hamburgensem ecclesiam. b-b) *Auf Rasur.*

1) *Fehlerhafter Satz, insbesondere vermißt man hinter* obtinendi *das zum Vordersatz gehörende Verb.*

Data et impensa fuit dicta absolucio dicto domino Marquardo nominibus, quibus supra, per dictum dominum auditorem pro tribunali sedentem mane hora causarum Vienne, in ecclesia cathedrali, ubi domini auditores sacri palacii sedent ad iura reddendum, anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo duodecimo, indictione decima, die Veneris, quinto mensis Madii, pontificatus domini Clementis pape quinti anno septimo, presentibus venerabilibus et discretis viris magistris Nicholao de Mevania, Matheo Canoria in Romana curia notariis et Petro Michaelis clerico Nemausensi et domino Philippo Gerardi canonico Portugalensi et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.



Et ego Johannes Servati clericus Petragoricensis diocesis publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius et dicti domini auditoris scriba dacioni dicte absolucionis, impencioni ac omnibus aliis et singulis supradictis una cum dictis testibus presens interfui et ea propria manu scripsi et in hanc publicam formam redegi signoque meo solito signavi rogatus.

Original, Pergament, mit anhängendem rotem Wachssiegel an roter Seidenschnur. Rückaufschrift (14. Jahrh.): Absolutio capituli ecclesie (?) Hamburgensis ad cautelam (?) a sententiis in eos latis per archiepiscopum ex eo, quod decimam non solverunt pro mandato (?) subsidio, *ferner: L und N 2, endlich von einer Hand des 17. Jahrhunderts:* Absolutio capitularium Hamburgensium ad cautelam a sententiis per archiepiscopum in eos latis ex eo, quod decimam non solverunt pro postulato subsidio. Anno 1312, 5. May. — *Die Urkunde wurde im Jahre 1804 dem Archiv des Domkapitels entfremdet und blieb bis 1879 verschollen. S. darüber Koppmann, Eine Urkunde des Domkapitels, Mitt. des Vereins für Hamb. Gesch. 2. Jahrgang S. 54f.*

260.

Hamburg an König Eduard II. von England: weist mit Entrüstung die Beschuldigung zurück, daß Hamburger an dem an englischen Kaufleuten begangenen Seeraub beteiligt seien, und bittet um gnädige Behandlung der hamburgischen Kaufleute. — [1312 Mai 15] [1]).

Excellenti principi domino Edwardo regi Anglie.[a]

Excellenti principi domino Edwardo illustri regi Anglie et domino Hibernie . . consules Hammenburgenses mero obsequio quicquid poterint et honore favorabiliter.

a) *Adresse auf der Rückseite des Schreibens.*

1) *Vgl. das wahrscheinlich um dieselbe Zeit an den englischen König gesandte Schreiben Lübecks, das die Unschuld der Lübecker beteuert, gedruckt Lüb. UB. II, Nr. 1038, verzeichnet Hans. UB. II, Nr. 211.*

Litteras regie maiestatis vestre recepimus continentes, quod quidam malefactores seu depredatores dicte civitatis nostre, ut ex relatu dicitis, vestros mercatores lana et rebus aliis depredaverint ad valenciam mille ducentarum quadraginta .quatuor librarum et XII solidorum, cum in veritate, que Deus est, infamia[a] de facto huiusmodi ad nos numquam pervenerit, licet de nobis audieritis secus dici, et quamquam per alios istud maleficium in vestros mercatores sit perpetratum temere, si eciam sint cives de Campis, qui longe per tres terras dominorum . . distant a nobis, et nil commune sit nobis cum eis, quia reguntur motu sue proprie voluntatis. Petimus siquidem, ut vestra serenitas nos nostrosque concives de hoc maleficio reddat innocuos, quia diligentem inquisitionem fecimus, per quam investigare non potuimus nostros concives in huiusmodi maleficio aliqualiter irretitos. Verumptamen vobis precipue vestrisque mercatoribus honorem, profectum et commodum volumus aucmentare pro tanto ex regia benignitate vestra non advertentes, si qui . . de nobis sinistre dicant, quia in gracia vestra dictum, ut fecem populi, omnes sceleratos respuimus, et absurdum esset, quod nos, qui Deo duce alios in iure fovemus, transgressores iudicii videremur. Supplicamus bonitati vestre nichilominus, ut concives nostros ad meliorationem terre vestre expositos in promotione et iure suo ac gracia hactenus a vobis et vestris progenitoribus habita conservare et a vestris officialibus dignemini pietatis oculo conservari, prout honor regis iudicium diligens secundum dictum propheticum expostulat et requirit et pro eo ad honorem vestrum nostro obsequio utique in perpetuum cupimus obligari. Datum sub sigillo nostre civitatis, die Lune festi pentecostes.

Original, Pergament, im Public Record Office zu London, Ancient Correspondence XVIII, Nr. 80, mit geringen Spuren des briefschließenden Siegels.

Verzeichnet: Hans. UB. II, Nr. 210.

261.

Die Bischöfe von Lübeck, Schwerin und Ratzeburg sowie das hamburgische Domkapitel beurkunden eine zwischen ihnen geschlossene Übereinkunft zur Verteidigung ihres Privilegs, daß sie zum Besuche eines Provinzialkonzils jenseits der Elbe nicht gezwungen werden können. — Gadebusch, 1312 Juni 7.

Nos Dei gracia Borchardus Lubicensis, Godefridus Zverinensis et Marquardus Raceborgensis ecclesiarum episcopi et ecclesia Hamborgensis recognoscimus in hiis scriptis, quod, cum nuper nos episcopi personaliter cum procuratoribus eiusdem Hamborgensis ecclesie Godebuz congregati essemus, post diligentes tractatus in hoc convenimus unanimiter, quod secundum proporcionem reddituum cuiuslibet nostrum communibus expensis defendere volumus privilegium, quo libertamur, ne inviti cogamur venire ultra Albiam ad provinciale concilium celebrandum, et cum hoc alios articulos, qui ad libertates nobis competere poterunt, principaliter vel incidenter sub expensis similibus defendemus nec retrahemus nos communiter vel divisim a defensionibus huiusmodi, quoadusque predicta per diffinitivam sentenciam fuerint terminata. In quorum testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum loco predicto, anno Domini MCCCXII, VII. ydus Junii.

a) *Folgt im Original, ohne Beziehung und daher unverständlich:* reticemus.

Original, Pergament, im Hauptarchiv zu Neustrelitz. Die Siegel sind nicht mehr erhalten; vorhanden ist nur noch das erste und das vierte Siegelband. Auf der Falte und auf dem Rücken: 18.
Gedruckt: Mecklenb. UB. V, Nr. 3534.

262.

Das hamburgische Domkapitel bevollmächtigt den Thesaurarius Heinrich und den Domherrn Pelegrinus, sein Privileg, zum Besuche eines Provinzialkonzils oder eines Synodalkapitels jenseits der Elbe nicht gezwungen werden zu können, dem Erzbischof von Bremen gegenüber zu verteidigen. — Hamburg, 1312 Juni 20[1]*.*

Universis presentes litteras inspecturis, quorum interest vel interesse poterit, nos Lodowicus Dei gracia prepositus et capitulum Hamburgensis ecclesie cupimus esse notum, quod cum ratione privilegiorum nobis et ecclesie nostre et clero nostre prepositure competentium ad concilium provinciale et synodale capitulum Stadis vel alibi ultra Albeam celebrandum inviti venire minime teneamur, honorabiles viros dominos Heinricum thesaurarium et magistrum Pelegrinum canonicum nostre ecclesie exhibitores presentium pro nobis et clero nostre prepositure constituimus nostros procuratores et nuncios speciales, unumquemque eorum in solidum ita, quod non sit melior conditio occupantis, sed quod per unum ipsorum inceptum fuerit, per eorum alterum exerceri valeat et finiri, dantes et concedentes eisdem nostris procuratoribus et eorum cuilibet potestatem liberam et mandatum speciale coram venerabili patre domino Johanne Bremensi archiepiscopo seu eius vices gerenti vel gerentibus idem privilegium seu eadem privilegia, quo vel quibus

1) *Am 17. Juni 1312 hatte Bischof Gottfried von Schwerin den Schweriner Domherrn Johann von Campe, der zugleich Hamburger Domherr war (vgl. Nr. 252), in derselben Sache zu seinem Bevollmächtigten ernannt, wie aus folgender, im Hamb. Staatsarchiv aufbewahrten, im Mecklenb. UB. V, Nr. 3536, gedruckten und im Niehusenschen Inventar (Staphorst, Hamb. Kirchengesch. I1, S. 516 Nr. 799) verzeichneten Urkunde, die von derselben Hand, wie die obige geschrieben ist, hervorgeht:*

Universis presentes litteras inspecturis, quorum interest vel interesse poterit, nos Godefridus Dei gracia Zwerinensis ecclesie episcopus cupimus esse notum, quod, cum racione privilegii nobis conpetentis ad provinciale concilium Stadis vel alibi ultra Albeam celebrandum inviti venire minime teneamur, familiarem nobis discretum virum Johannem dictum de Campe canonicum nostre Zwerinensis ecclesie exhibitorem presencium constituimus nostrum procuratorem et nuncium specialem, dantes et concedentes eidem nostro procuratori potestatem liberam et speciale mandatum coram venerabili in Christo patre domino Johanne sancte[a] Bremensis ecclesie[a] archiepiscopo seu ipsius vices gerenti vel gerentibus dictum privilegium, quo nobis huiusmodi libertas cum suis articulis principaliter vel incidenter conpetit, allegandi proponendi defendendi nos et ecclesiam nostram Zwerinensem tuendi petendi excipiendi appellandi appellacionem prosequendi apostolos petendi cuiuslibet generis sacramentum in animam nostram, si fuerit necesse, prestandi et generaliter omnia et singula faciendi, que secundum iuris ordinem quomodolibet oportuna fuerint et que nos personaliter facere possemus, si presentes essemus, et que verus et legitimus procurator facere potest, eciam, si mandatum exigant speciale, ratum et gratum habituri quicquid per prefatum Johannem nostrum procuratorem actum et procuratum fuerit in premissis et quolibet premissorum. Ad quod nos efficaciter obligamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Warin, anno Domini MCCC duodecimo, XV. kalendas Julii.

Original, Pergament. Das abhangende Siegel fehlt. Rückaufschrift (14. Jahrh.): Procuratorium episcopi Zverinensis de non veniendo Stadis ad concilium provinciale.

a) *Über der Zeile.*

nobis et dicto clero huiusmodi libertas competit, allegandi proponendi defendendi nos et nostrum clerum tuendi petendi excipiendi appellandi appellacionem prosequendi apostolos petendi cuiuslibet generis sacramentum, si fuerit necesse, prestandi et generaliter omnia et singula faciendi, que secundum iuris ordinem fuerint oportuna et que nos facere possemus, si presentes essemus, etiam, si mandatum exigant speciale, ratum et gratum habituri quicquid per dictos nostros procuratores vel eorum alterum actum et procuratum fuerit in premissis et quolibet premissorum. Datum Hamborgh sub sigillo nostre ecclesie anno Domini MCCC duodecimo, XII. kalendas Julii.

Original, Pergament. Das abhangende Siegel fehlt. Rückaufschrift (14. Jahrh.): Procuratorium extinctum.

263.

Der Rat von Hamburg vidimiert zwei Urkunden vom 8. September 1303 über den Verkauf von Zehnten zu Halstenflet an das Kloster Harvestehude. — 1312 Juli 16.

Nos consules civitatis Hammenburgensis tenore presentis scripti recognoscimus publice, quod honorabilis viri domini Bertoldi prepositi, domine Elizabeth abbatisse tociusque conventus sanctimonialium monasterii Porte Celi et felicis recordationis domini Ghyselberti sancte Bremensis ecclesie archiepiscopi privilegia seu verius instrumenta suis sigillis propriis sigillata non abolita, non cancellata nec in aliqua sui parte viciata nos vidisse plenius in hec verba: [folgen die Urkunden des Klosters Himmelpforten von 1303 September 8, s. Nr. 43, und des Erzbischofs Giselbrecht von Bremen von 1303 September 8, s. Nr. 42[a]]. Et hec sigilli nostri appositione diligentius protestamur. Datum anno Domini millesimo CCCXII, in crastino divisionis apostolorum.

Abschrift im Harvestehuder Kopialbuch, fol. 15. Überschrift: Item de ipsa decima in Halstenvlete.
Verzeichnet: Schlesw. Holst. Lauenb Reg. u. Urk. III, Nr. 51, S. 28.

264.

Das Lübecker Domkapitel bestellt die Domherren Heinrich Goldoge und Leo zu Bevollmächtigten in seinem vor dem Kantor der hamburgischen Kirche Bruno als vom Papste ernannten Richter zu führenden Prozeß mit dem Bützower Domherrn Heinrich von Hattorp. — Eutin, 1312 Juli 21.

Honorabili viro domino Brunoni cantori ecclesie Hammenburgensis iudici unico, ut asserit, a sede apostolica delegato magister Henricus decanus totumque capitulum ecclesie Lubycensis cum reverencia paratam ad beneplacita voluntatem. Noveritis, quod nos in causa, quam nobis dominus Henricus de Hattorpe canonicus ecclesie Butzowensis coram vobis movere intendit, vocatis ante, qui fuerant evocandi, presentibus, qui debuerunt voluerunt et potuerunt comode interesse, fecimus constituimus et ordinavimus magistrum Henricum Goldogen presentem et mandatum sponte suscipientem ac dominum Leonem nostros concanonicos veros et legitimos procuratores nostros et nuncios speciales, quemlibet eorum in solidum ita, quod non sit melior condicio occupantis, ad agendum et defendendum litem contestandum excipiendum in animas nostras iurandum sentenciam audiendum

a) *Das Vidimus setzt in der Datumzeile dieser Urkunde ein:* Stadis.

appellandum appellacionem prosequendum in integrum restitucionem petendum alium procuratorem substituendum et eundem revocandum, quando et quociens videbitur expedire, et generaliter ad omnia et singula faciendum, que veri et legitimi procuratores facere possunt, et si mandatum exigant speciale, ratum habituri, quod per ipsos seu ipsorum aliquem aut substitutum ab ipsis actum fuerit in premissis vel aliquo premissorum. Volentes eciam dictos procuratores nostros relevare ab onere satisdandi promittimus pro ipsis iudicio sisti et iudicatum solvi in omnibus suis clausulis, nisi fuerit provocatum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ad negocia presentibus duximus apponendum. Datum et actum Uthyn, anno Domini MCCCXII, in vigilia beate Marie Magdalene, presentibus dominis Hyldemaro cantore, Johanne Krech preposito Uthynensi, magistro Segebando thesaurario, Johanne de Clutze, magistro Helemberto scolastico, Alardo cellerario, Henrico de Hattorpe, Johanne Haken, Wernero Hunen, Rotchero de Kamene, magistro Henrico Goldogen predicto, Arnoldo de Brylon et Jordano ecclesie nostre canonicis ad hoc specialiter convocatis.

Original, Pergament. Das abhangende Siegel fehlt. Rückaufschrift (15. Jahrh.): Mandatum capituli Lubicensis in quadam causa vertenti coram cantore Hamburgensi; *und von späterer Hand:* Super decimam collegendam.

Gedruckt: Meckl. UB. V, Nr. 3550, im Auszug.

265.

König Erich von Dänemark sagt den Hamburgern in seinem Reiche sicheres Geleit und freien Handelsverkehr unter der Bedingung zu, daß sie seinen Gegnern in Deutschland in keiner Weise Vorschub leisten. — Warnemünde, 1312 August 20.

E[ricus] Dei gracia Danorum Sclavorumque rex omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam. Noverint universi nos viris discretis exhibitoribus presencium consulibus et civibus in Hamborgh securum dedisse conductum et plenam securitatem ad partes regni nostri, quocunque locorum voluerint, accedendi, ibidem standi et mercimonia sua libere excercendi, rogantes omnes et singulos aliquid facere vel omittere volentes causa nostri, ad quos eosdem vel aliquem de ipsis declinare contingat, ut ipsos promoveant in omnibus causa nostri, dummodo predicti consules et cives bona, que partibus nostris detulerint, ad partes emulorum nostrorum in Alemania non deducant et eisdem non adhereant quoquomodo. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum apud portum Wernemynne, anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo, dominica proxima infra octavam assumpcionis beate virginis, in presencia nostra.

Original, Pergament. Das angehängte Königssiegel abgerissen, aber noch ziemlich gut erhalten. Rückaufschrift: D, *darüber:* 4.

Gedruckt: Urk. Gesch. d. Ursprungs d. Deutschen Hanse II, S. 262f., aus dem Original. Danach: Mecklenb. UB. V, Nr. 3554. Wieder nach dem Original: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 253.

Verzeichnet: Hanserecesse I^1, Nr. 55; Hans. UB. II, Nr. 218; Regesta diplomatica historiae Danicae I, S. 213, Nr. 1759.

266.

Bertram von Distorp verkauft den sechsten Teil des Zehnten und der Einkünfte aus dem Hofe Borstel an den Ratsherrn Bruno von Glovescin. — [1312] September 29.

Bertrammus de Distorpe habuit sextam partem decime et proventuum curie Borstelde pro C marcis denariorum, quam quidem partem cum eo iure, quod ipse habuit, domino Brunoni de Glovescyn pro eisdem C marcis vendidit et resignavit promittens sibi, si archiepiscopus Bremensis vel capitulum Bremense ipsi domino Brunoni aliquod impedimentum inferrent, quod ipse eum de hiis C marcis indempnem debeat conservare. Actum Mychaelis.

Liber pignorum et pactorum, fol. 62.

267.

Das hamburgische Domkapitel bestätigt den Verkauf eines Zehnten bei Bekhof im Kirchspiel Heiligenstedten durch Johann von Distorp an das Kloster Itzehoe. — Hamburg, 1312 Oktober 14.

Nos capitulum ecclesie Hamburgensis recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod empcionem decime apud Beke situatam in parrochia Hillegenstede a domino Conrado preposito in Etseho ex parte sui conventus cum domino Johanne de Distorp factam ratam tenemus atque gratam et perpetuo duraturam, quam idem dominus Johannes recognoscit sibi nomine ecclesie esse totaliter persolutam. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Hamborch, anno Domini MCCC duodecimo, in die beati Kalixti pape.

Original, Pergament, im Archiv des Klosters Itzehoe, mit abhangendem Siegel. Rückaufschrift: Nr. 29.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 254.

Verzeichnet: Ztschr. f. Schlesw. Holst. Lauenb. Gesch. VIII, Rep. 7 Nr. 13.

268.

Das Ratzeburger Domkapitel verkauft in Anwesenheit von je drei Mitgliedern des hamburgischen Domkapitels und des hamburgischen Rats als Zeugen dem Kloster Reinbek in Hinschendorf und Wentorf Güter, die bisher der Kirche zu Bergedorf gehört haben. — Ratzeburg, 1312 November 11.

Marquardus Dei gratia episcopus, Johannes prepositus, Johannes prior totumque capitulum Raceborgensis ecclesie omnibus, ad quos pervenerit presens scriptum, salutem in Domino sempiternam. Que geruntur in tempore ne simul labantur cum tempore, ea solent scripturarum testimonio perhennari. Notum igitur esse cupimus tam presentibus quam futuris nos de maturo consilio unanimique consensu tres mansos in villa Huncinghedorp ad ecclesiam Bergherdorpe dudum pertinentes, insuper decimam totius ville Wenedorp cum duobus mansis ibidem sitis etiam ad eandem ecclesiam pertinentibus sanctimonialibus in Reynebeke vendidisse cum lignis pratis paschuis aquis aquarumque decursibus viis et inviis agris cultis et incultis cum omnibus attinentiis cum dimensione

terminorum, prout distincti et disterminati sunt et certis limitibus circumscripti, perpetuo possidendum. Si vero predictum coenobium Reynebeke et ibidem sanctimoniales ab aliquibus personis, clericis vel laicis, super hac nostra vendicione ratione dictorum bonorum alienatorum ab ecclesia supradicta preiudicium passe fuerint vel gravamen, nos huiusmodi obstacula iure spirituali debemus et volumus removere. Testes sunt domini Hermannus de Hilghenstede, magister Pelegrinus et Leo canonici Hamborgenses necnon Johannes de Monte, Bertrammus de Distorpe et Conradus de Holdenstede consules Hamborgenses et alii quam plures clerici et laici fide digni. In huius igitur facti evidentiam pleniorem presens scriptum nostris sigillis duximus muniendum. Datum et actum Raceborg, anno Domini MCCCXII, die beati Martini episcopi.

Zwei Abschriften aus dem 16. Jahrhundert, Papier, im Staatsarchiv zu Kiel, die ältere mit dem Jahresdatum MCCCXII, *die jüngere mit der Jahreszahl* 1314.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 255.

Verzeichnet: Westphalen, Mon. ined. IV, S. 3422, *Nr.* 27; *Mecklenb. UB. X, Nr.* 7271.

269.

Das hamburgische Domkapitel trifft Bestimmungen über die Verteilung der ihm an Vikarien in den hamburgischen Kirchen zustehenden Patronats- und Präsentationsrechte unter seine Mitglieder. — 1312 Dezember 1.

In nomine Domini amen. Lodewicus Dei gracia prepositus totumque capitulum ecclesie Hamburgensis ad perpetuam rei memoriam. Cum olim ad mentis examen revocaremus, que et quante dissensiones et vexaciones propter precum importunitatem nobis et ecclesie nostre super conferendis vicariis tam in ecclesia nostra maiori quam in ecclesiis parrochialibus civitatis Hamburgensis, quarum collaciones ad capitulum nostrum communiter spectare dinoscuntur, hactenus suscitate fuerant et verisimiliter suscitande inantea presumebantur, inter multos tractatus super huiusmodi dissensionum et vexacionum materia radicitus exstirpanda sepe inter nos habitos tandem de omnium et singulorum consensu deliberavimus iura patronatus et presentandi dictarum vicariarum inter maiores prebendas dividere prefigentes terminum sextam feriam proximam post festum beati Andree apostoli sub anno Domini MCCC duodecimo ad ordinacionem talem effectui mancipandam. Vocatis igitur interim, qui vocandi erant, et presentibus in ipso termino omnibus, qui de iure vel consuetudine interesse debebant poterant et volebant, omnium et singulorum assensu non solum in maiori, sed eciam in minori stipendio tunc existencium accedente, expresse cuilibet maiori prebende, que sunt duodecim numero, ius patronatus duarum vicariarum sive ius presentandi ad duas vicarias exstitit asscriptum, ita videlicet ut, cum aliquam dictarum vicariarum ad collacionem nostri capituli communiter spectantem vacare contigerit, patronus eius secundum dictam asscripcionem eam persone ydonee secundum Deum et conscienciam suam nullius alterius, nec capituli nec alicuius de capitulo, requisito consensu, nomine tamen capituli conferre valeat et ipsam personam decano presentare sine omni difficultate instituendam, si aliud canonicum non obsistat. Hee autem sunt vicarie seu vicariarum possessores tempore huius statuti et ordinacionis, quarum collaciones singulis

prebendis a capitulo singulariter sunt concesse. Prebende domini Hartwici de Herslo: capella sancti Georgii et vicaria Hinrici de Buxtehude. Prebende Brunonis cantoris: vicaria Manegoldi et Petri de Rokesberghe. Prebende Hinrici thesaurarii: vicaria Segestappe ad sanctum Nicolaum et Nicolai Advocati. Prebende Hinrici de Bucholte:[a] vicaria Nicolai Decani et Johannis de Area. Prebende Bertrammi de Hemichude decani: vicaria Frederici de Dannenberghe et Cusfelt[b]. Prebende Wnneri: vicaria Reyneri et Veresti. Prebende Hermanni Moltsan scolastici: vicaria Thethardi et Ludolfi Wlfhaghen. Prebende Hermanni de Hilghenstede: vicaria God[fridi] de Nesse ad sanctum Jacobum et Lutberti ad sanctum Nicolaum. Prebende Hinrici Ducis: vicaria Frederici de Brunswich et Potecowe. Prebende Pelegrini: vicaria Johannis Dargentin et Latecop, scilicet altare kalendarum in ecclesia sancti Petri. Prebende Hinrici Clutz[1]: vicaria Nortmanni et Toke. Prebende Marquardi Ruschen: vicaria Stuven et cripta. Istarum vicariarum collaciones prebendis predictis statuto nostri capituli ita sunt annexe, ut cuicumque perpetuis temporibus aliqua predictarum prebendarum, cum vacaverit, assignata fuerit, simul cum ipsa prebenda ius patronatus vicariarum eidem prebende asscriptarum in ipsum transferatur modo supradicto. Ceterum dictis vicariis taliter distinctis et divisis inter prebendas, quia adhuc aliquot vicarie superfuerunt, non tamen tot, que sufficerent numero duodecim prebendarum maiorum, de communi omnium nostrum consensu statutum fuit, ut seniores de capitulo, non habito respectu ad dignitates vel personatus, sed tantum ad ordinem introitus uniuscuiusque ad capitulum, prout ius in re, non ad rem habere incepit, eas conferant secundum ordinem non vacacionis ipsarum vicariarum, sed secundum ordinem situacionis et numeri, qui talis est: Prima est vicaria Dannenbergh, secunda Johannis de Arnesvelt, tercia Conradi de sancta Katherina, quarta Johannis Braschen, quinta Arnoldi Curlant, sexta Nicolai de Equo, septima Johannis dicti Mons, octava Frederici de Nesse, nona Godfridi de sancta Katherina, decima Alberti Camerarii. Iste decem vicarie sunt ad conferendum concesse decem senioribus de capitulo, quicumque pro tempore fuerint, ita ut senior primam secundum numerum predictum quandocumque et quocienscumque vacaverit conferre valeat libere eodem modo, qui suprascriptus est de vicariis prebendis annexis, sequens inter seniores secundam et sic unusquisque illorum decem seniorum suam secundum ordinem et numerum supradictos. Per huiusmodi tamen ordinacionem illis, qui ad tempora vite sue ius presentandi habent in omnibus vicariis predictis sive aliqua earum, nullum intendimus preiudicium generare. Postquam vero ultimis duobus in maiori stipendio constitutis similiter due vicarie, si instaurari contingat, fuerint assignate, quecumque postea prima instaurabitur, iterum eius collacio applicabitur seniori, secunda sequenti et sic semper in infinitum secundum ordinem procedendo. Et ego Lodewicus Dei gracia prepositus adhuc in minori stipendio constitutus interfui consensi et sigillum meum apposui. Et ego Hartwicus de Herslo interfui consensi et sigillum meum apposui. Et ego Bruno cantor interfui consensi et sigillum meum apposui. Et ego Hinricus

a) *Stat.* Bocholte. b) *Stat.* Cůsfelt.

1) *Über die Zuteilung dieser Präbende, die durch den am 22. Januar 1311 eingetretenen Tod des Dekans Gottschalk von Travemünde erledigt worden war, war ein Prozeß zwischen dem hamburgischen Domherrn Heinrich Clutz und dem lübeckischen Domherrn Ludwig von Lüneburg geführt worden, s. die folgende Urkunde.*

thesaurarius interfui consensi et sigillum meum apposui. Et ego Hinricus de Bůcholt[a] interfui consensi et sigillum meum apposui. Et ego Wnnerus interfui consensi et sigillum meum apposui. Et ego Hermannus Moltsan scolasticus interfui consensi et sigillum meum apposui. Et ego Hermannus de Hilleghenstede[b] interfui consensi et sigillum meum apposui. Et ego Hinricus prepositus Bruneswicensis interfui consensi et sigillum meum apposui. Et ego Pelegrinus interfui consensi et sigillum meum apposui. Et ego Marquardus Rusche interfui consensi et sigillum meum apposui. Et ego Leo interfui consensi et sigillum meum apposui, et pro domino Bertrammo de Hemichude decano tunc in Romana curia existente consensi et similiter nomine suo sigillum meum apposui. Et ego Joannes de Campo consensi et sigillum meum apposui. Et ego Johannes de Gorithz[c] consensi et sigillum meum apposui. Et ego Joannes[d] prepositus Butzowensis consensi et sigillum meum apposui. Et ego Hinricus de[e] Crummendik interfui consensi et sigillum meum apposui. Ad maiorem autem firmitatem et facti evidenciam sigillum capituli nostri eciam presentibus est appensum. Et quia hec omnia pro communi utilitate ecclesie nostre et evidenti necessitate sopiende dissensionis et sedande vexacionis sunt statuta, omnibus servantibus ea et defendentibus sit pax et animi exultacio, corporis sanitas, vite diuturnitas, rerum affluencia et omnium bonorum incrementum, contradicentibus autem et contravenire volentibus sit tribulacio et angustia, mentis hebetudo, dierum brevitas, rerum penuria et condempnacio maledictionis eterne. Et dicant omnes, qui has litteras legerint vel audiverint, amen, amen. Acta sunt hec anno et die predictis.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 68; Privilegia capitularia XXXVIII. Überschrift: Super divisione vicariarum. *Die Abweichungen der Abschrift im Statutenbuch des Domkapitels sind angemerkt.*
Gedruckt: Lisch, Maltzan. Urk. I 191, im Auszuge, wiederholt: Meckl. UB. V, Nr. 3575.

270.

Beweisartikel des hamburgischen Domherrn Heinrich von Cluz in seinem vor der päpstlichen Kurie gegen den lübeckischen Domherrn Ludwig, den Sohn des Herzogs von Lüneburg, geführten Prozeß über die Zuteilung einer durch den Tod des Dekans Gottschalk erledigten großen Präbende im Dom zu Hamburg. — Vienne, 1312 Februar 21[1]).

In nomine Domini amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo CCCXII, indictione duodecima,[f] pontificatus sanctissimi patris et domini domini Clementis divina providencia pape quinti anno septimo, mensis Februarii die vicesima prima. Hec sunt atestationes recepte sub examine viri venerabilis et discreti domini Bernardi Roiardi archidiaconi Xanctonensis, domini pape capellani et ipsius sacri palatii [auditoris] causarum et cause,

a) *Stat.* Bocholt. b) *Stat.* Hilghenstede. c) *Stat.* Gorith. d) *Stat.* Johannes. e) de *fehlt im Stat.* f) *Lücke.*

1) *Diese Urkunde hätte chronologisch hinter Nr. 255 eingereiht werden müssen. Der Umstand, daß sie dem Bearbeiter des Urkundenbuches erst bekannt wurde, nachdem der vorhergehende, bis Nr. 258 reichende Bogen bereits ausgedruckt war, hat veranlaßt, daß sie an den Schluß des Jahres 1312 gestellt worden ist.*

que vertitur inter dominum Henricum de Clucz canonicum ecclesie Hamburgensis ex una parte et dominum Ludovicum filium nobilis viri ducis Luneburgensis absentem[a] ex altera super maiori praebenda olim in ecclesia Hamburgensi vacante per mortem G[oscalci] olim ipsius Hamburgensis ecclesie canonici prebendati, in qua uterque ipsorum se ius habere pretendit, producte pro parte dicti Henrici de Clucz, qui exhibuit articulos infrascriptos, quos etiam exhibuerat in processu cause, et petiit testes infrascriptos examinari super eisdem, qui testes infrascripti iuraverunt dicere veritatem coram dicto domino auditore[b] in contumaciam dicti Ludovici ad audiendum iurare eos citati et non comparentis pro tribunali sedente in maiori ecclesia Viennensi in loco, in quo sedere consuevit.

Tenor vero dictorum articulorum pro parte dicti Henrici exhibitorum talis est:

Infrascriptos articulos dat et exhibit Lappus Ricuperi de Florentia procurator discreti viri Henrici Clucz canonici prebendati Hamburgensis ecclesie Bremensis diocesis in causa et causis, quam et quas habet cum venerabili patre domino Johanne Dei gratia archiepiscopo Bremensi et Ludovico filio nobilis viri ducis Luneburgensis canonico Lubicensi super maiori prebenda, que vacavit ultimo in dicta Hamburgensi ecclesia per mor[tem][c] domini Goyscalci olim dicte ecclesie decani et canonici coram venerabili domino Bernardo Royardi archidiacono in ecclesia Xanctonensi domini pape capellano ac ipsius sacri palatii causarum et dicte cause et causarum auditore specialiter deputato.

In primis intendit probare dictus Lapus procuratorio nomine quo supra, quod in dicta ecclesia Hamburgensi sunt et fuerunt iam sunt XL anni et plus et per ipsum tempus et a tanto tempore et citra et supra, quod de eis contraria memoria hominum non existit, maiores et minores prebende.

Item quod antiquiores canonici dicte ecclesie Hamburgensis habentes in dicta ecclesia Hamburgensi minores prebendas de consuetudine ipsius ecclesie per spatium quadraginta annorum et amplius pacifice et quiete et inconcusse observata in ipsa ecclesia, vacantibus maioribus prebendis in dicta ecclesia, gradatim secundum assignationem minoris prebende eis factam, si volebant, consueverunt prebendas maiores vacantes ibidem et sibi optare.[d]

Item quod antiquiores canonici dicte ecclesie Hamburgensis habentes minores prebendas in dicta ecclesia gradatim secundum assignationem minoris prebende eis factam optaverunt sibi maiores prebendas vacantes olim in dicta ecclesia per tempora supradicta.

Item quod dicta consuetudo est et fuit in dicta ecclesia Hamburgensi per spatium XL annorum et amplius pacifice et quiete et inconcusse observata.

Item quod capitulum dicte Hamburgensis ecclesie antiquioribus canonicis ipsius ecclesie habentibus minores prebendas in ipsa ecclesia, [qui] secundum assignationem minoris prebende eis factam gradatim optaverunt maiores prebendas vacantes in dicta ecclesia per tempora supradicta, dictas prebendas maiores[e] et earum possessionem assignavit.

Item quod dicti canonici virtute dictarum optationis et assignationis et inductionis in possessionem receperunt fructus redditus et proventus dictarum maiorum prebendarum eis assignatarum per dictum capitulum.

a) *Über der Zeile.* b) *Folgt* ad sancta *durchgestrichen.* c) *Lücke.* d) *Or.* opotare. e) *Or.* minores.

Item quod de predictis est et fuit in dicta ecclesia Hamburgensi publica vox et fama et fuit dictis temporibus.

Item intendit probare dictus procurator nomine quo supra, quod dominus Goscalcus decanus ipsius ecclesie fuit canonicus ipsius ecclesie et in possessione canonicatus usque ad mortem suam.

Item quod dominus Goscalcus habuit in dicta ecclesia primo minorem prebendam.

Item quod vacante in dicta ecclesia maiore prebenda ipsius Goscalcus dictam maiorem prebendam optavit.

Item quod dictus Goscalcus erat tempore vacationis dicte maioris prebende antiquior canonicus secundum assignationem eidem factam minoris prebende omnium canonicorum dicte ecclesie habentium in eadem minores prebendas tempore vacationis dicte maioris prebende et etiam optationis facte per dictum Goscalcum de dicta maiori prebenda.

Item quod capitulum dicte ecclesie dictam maiorem prebendam per dictum Goscalcum optatam eidem assignavit.

Item quod dictus Goscalcus tenuit et possedit dictam maiorem prebendam et fructus et redditus ipsius percepit usque ad mortem suam.

Item quod dicta maior prebenda vacavit ultimo per mortem olim dicti Goscalci decani et canonici ipsius ecclesie Hamburgensis.

Item quod dicta maior prebenda vacavit anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, die vicesima secunda vel vicesima tertia mensis Januarii.

Item quod dicta maior prebenda erat separata ac divisa a dignitate decanatus.

Item quod dictus Goscalcus obtinuit et tenuit dictam maiorem prebendam ratione canonicatus et non decanatus.

Item probare intendit dictus procurator nomine quo supra, quod dictus Henricus de Clucz est et fuit antiquior canonicus minorem prependam habens in dicta Hamburgensi ecclesia secundum assignationem prebende minoris ipsius ecclesie sibi factam.

Item quod dictus Henricus de Clucz obtinet in dicta Hamburgensi ecclesia minorem prebendam iam sunt VIII vel IX anni et plus et eam tenuit et possedit per dictum tempus.

Item quod anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, die vicesima tertia mensis Martii, primo ad ipsius Henrici pervenit notitiam, quod maior prebenda vacavit per mortem dicti Goscalci decani et canonici olim dicte ecclesie Hamburgensis.

Item quod dictus Henricus dicto anno Domini, die penultima dicti mensis Martii, dictam maiorem prebendam in dicta ecclesia Hamburgensi vacante[m] per mortem dicti Goscalci decani et canonici ipsius ecclesie optavit sibi, et nulli alii deberetur iuxta ipsius ecclesie constitutionem supradictam.

Item quod dictus Henricus erat tempore vacationis dicte maioris prebende in curia Romana et fuerat ante continue per plures annos.

Item quod capitulum dicte Hamburgensis ecclesie post optationem per dictum Henricum factam de dicta maiori prebenda vacante per mortem dicti Goscalci decani et canonici eiusdem ecclesie Hamburgensis prefatum Henricum de Clucz ad dictam maiorem prebendam sic per eum optatam et ad possessionem eiusdem prebende maioris vel quasi admisit et domino Henrico custodi dicte Hamburgensis ecclesie nomine et vice ipsius Henrici de Clucz et ad manus eius dictam maiorem prebendam Henrico de Clucz debitam secundum consuetudinem predictam et possessionem ipsius prebende maioris assignavit.

Item quod dictus Henricus de Clucz est clericus et in possessione clericatus incedendo et portando vestes clericales et tonsuram et fuit iam sunt XX anni et plus et per ipsum tempus.

Item quod est et erat tempore dicte optationis dicte prebende maioris sacerdos et etatis XXXV annorum et plus et habilis et ydoneus ad dictam maiorem prebendam obtinendam.

Item quod de predictis est et fuit in dicta Hamburgensi ecclesia publica vox et fama.

Item probare intendit, quod dictus reverendus pater dominus Johannes archiepiscopus Bremensis dictam maiorem prebendam vacantem per mortem dicti Goscalci decani et canonici dicte Hamburgensis ecclesie dicto Lodowico filio ducis Luneburgensis canonico Lubicensi de facto contulit, ut dicitur, contra consuetudinem eiusdem ecclesie predictam et quantum in ea fuit, ipsum dominum Ludowicum vel procuratorem suum in possessionem ipsius prebende maioris induxit seu induci fecit in grave[a] dampnum et preiudicium dicti Henrici de Clucz.

Item quod a predictis collatione et inductione in possessionem dicte prebende maioris fuit pro parte dicti Henrici de Clucz ad sedem apostolicam appellatum.

Item quod infra decem dies computandos a die scientie et notitie predictarum collationis et inductionis in possessionem dicti Henrici fuit ad sedem apostolicam appellatum.

Item quod apostoli fuerunt petiti instanter et iterum cum instantia per XXX dies a die dictarum appellationum interpositarum.

Item quod dicte appellationes et quelibet earum fuerunt dictis archiepiscopo et Ludovico debito tempore notificate.

Item quod dictus dominus archiepiscopus et Ludowicus sciverunt et scire potuerunt pro parte dicti Henrici a predictis collatione et inductione fuisse ad sedem apostolicam appellatum.

Item quod Johannes quondam magistri Cambii de Castello, Johannes de Mollomonte Beluacensis diocesis et Bolto perpetuus vicarius in ecclesia Bremensi sunt notarii publici et in possessione officii notarie et fuerunt, iam sunt quatuor anni et plus, et per ipsum tempus et quod ad ipsos et quemlibet eorum recurritur et recurrebatur dictis temporibus pro instrumentis conficiendis et quod instrumentis confectis per dictos notarios et eorum quemlibet fides adhibetur et adhibebatur dictis temporibus in iudicio et extra tamquam instrumentis confectis per publicos notarios.

Item intendit uti in dicta causa et causis instrumentis confectis per dictos notarios vel aliquem eorundem.

Item quod sigilla appensa quibusdam litteris, quibus intendit uti in dicta causa et causis, sunt et fuerunt vera sigilla illorum, quorum esse dicuntur.

Item quod dicta sigilla fuerunt apposita dictis litteris de mandato eorum, quorum esse dicuntur.

Item protestatur, quod liceat sibi dictos articulos declarare, ampliare, corrigere et emendare et eis et cuilibet eorum detrahere et alios de novo dare, negativos in affirmativos resolvere et, quod si in eis est aliqua manifesta contrarietas, quod ab illius usu desistat

a) *Or.* gravem.

et quod det eos in quantum pro dicto Henrico fuerunt et non aliter et quod astringet se ad eos omnes predictos articulos probandos, set ad eos tantum, qui sibi et parti sue sufficiunt ad victoriam dicte cause et causarum.

Original, Pergament, im Vatikanischen Archiv zu Rom, Instrumenta Miscellanea Nr. 5088.

Gedruckt: E. Göller, Aus einem Hamburger Pfründeprozeß unter Clemens V. im Jahre 1312, Römische Quartalschrift, 36. Band (1928), S. 114ff. Danach hier wiederholt.

271.

Die Herzogin Margaretha von Sachsen urkundet, daß ihr Vogt Otto Holste dem Kloster Reinbek einen Zehnten in Neuengamme verkauft hat. — Ratzeburg, 1313 Januar 20.[1]

[Nos Margareta relicta qu]ondam domini Alberti ducis Saxonie literis presentibus protestamur, [quod advocatus noster . . Otto] dictus Holsthe vendidit claustro et conventui in [Reynebeke decimam de du]obus mansis in Nova Gamma pro centum marcis denariorum [Hamburgensium. Et iam dictus dominus] Otto reempcionem ad viginti annos in gratiam dicti conventus [optinebit et istis annis] transactis, si non dicta decima reemitur, claustrum [predictum ipsam libere perpet]uo possidebit. Et nos Margareta ducissa acta ista grata [servabimus et rata, que] nostro sigillo fecimus muniri. Datum Raceborch, anno [Domini MCCCXIII, in d]ie sanctorum martyrum Fabiani et Sebastiani.

Original, von dem nur noch die rechte Hälfte vorhanden, im Reichsarchiv zu Kopenhagen, Membranea Gottorpensia, ergänzt aus einer Abschrift von Ulrich Petersen. Siegel fehlt. Rückaufschrift (15. Jahrh.): Decima duorum mansorum in Nova Gamma, *(16. Jahrh.):* monasterio Reynebeck venditorum 1313.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Urkundensammlung II, Nr. 29; Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 260.

Verzeichnet: Westphalen, Mon. ined. IV, Sp. 3422, Nr. 28.

272.

Heinrich und Nikolaus von der Lith verkaufen ihren Zehnten in Twielenfleth an das Kloster Harvestehude unter Vorbehalt eines Rückkaufsrechts nach sechs Jahren. — Stade, 1313 Januar 25.

Nos Hinricus et Nicolaus fratres dicti de Lith universis presentia visuris et audituris cupimus notum esse, quod requisito et habito fratris nostri Thiderici consensu et ceterorum amicorum et heredum nostrorum pleno assensu ac quorum de iure interest decimam nostram sitam in Twilenvlet, quam a comite Adolpho in Scowenborch viro nobili tenemus in pheodo, sicut cum suis pertinentiis emolumentis proventibus magnis et parvis ac cum omni iure et proprietate ad nos et ad nostros heredes pertinere dinoscitur, viro honorabili domino Johanni preposito et cenobio suo in Valle Virginum prope Hamburch pro quadringentis marcis denariorum Hamburgensium nobis plenius persolutis vendidimus

1) *In demselben Jahre 1313 soll das Kloster Reinbek von Johann Grube 20 Morgen Landes in Neuengamme gekauft haben. Westphalen, Mon. ined. IV, Sp. 3422, Nr. 29:* Johannes Grube verkauft dem Closter zwantzig Morgen Landes in der Niengamme a. 1313. *Die Urkunde selbst oder eine Abschrift war nicht mehr aufzufinden. Vgl. auch ebendort Sp. 3426, Nr. 24.*

simpliciter iusto tytulo libere et pacifice possidendam. Sed idem dominus Johannes nomine et auctoritate sui claustri predicti in premissis nobis graciam talem fecit, quod decimam prelibatam et prehabitam nunc in proximo festo purificationis Marie virginis ultra ad sex annos abhinc continuo numerandos pro memorata pecunia reemere possumus, fructibus antedicte decime tamen medio tempore perceptis in sortem pecunie principalis nullatenus computando. Quam etiam pecuniam termino prefixo tunc Hamborch sepedicto domino Johanni aut qui pro tempore fuerit dicti claustri provisori coram . . consulibus ibidem presentabimus sine dilatione qualibet expedite. Si autem prefatis sex annis revolutis cum antescriptis conditionibus appositis memorato claustro aut eius provisori sepefatas quadringentas marcas denariorum totaliter non solveremus, extunc, ut condictum est, idem claustrum per suum provisorem nobis et nostris heredibus centum marcas denariorum Hamburgensium in cathedra sancti Petri purificationi beate Marie virginis proxima finaliter solvat et addat coram consulibus Stadensibus. Et extunc, prout nunc, cum plena warandia nostra prelibatam decimam, prout cum omnibus pertinentiis suis est, sepedictum claustrum cum suis, quorum interest, sine cuiuslibet nostra vel nostrorum successorum impetitione tranquilla fruitione memorata decima eius propria fuerit pro pheodo optinendo cooperari debemus fideliter sine recusatione aliqua propriis sub expensis.[1] In cuius rei ac facti nostri testimonium sigilla nostra cum appensione sigilli fratris nostri Thiderici presentibus sunt appensa. Testes sunt Hinricus de Borch, Conradus Monych, Hermannus de Edzelendorpe, Bertoldus de Stadis milites, Danyel de Cimiterio, Johannes Bossonis, Hinricus de Hitzewede, Volcmarus de Arena cives Stadenses et alii fide digni. Datum Stadis, anno Domini MCCCXIII, in conversione sancti Pauli apostoli.

Abschrift im Harvestehuder Kopialbuche, fol. 20. Überschrift: Item de decima in Twilenvlete.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 262.

273.

Graf Adolf VI. von Holstein bestätigt den Verkauf des halben Zehnten in Twielenfleth durch die Brüder von der Lith an das Kloster Harvestehude.[2] *— 1313 Februar 1.*

Omnibus presens scriptum cernentibus sive audientibus nos Adolphus Dei gracia

1) *Fehlerhafter Satz. Nach* fruitione *scheint etwas ausgefallen zu sein, vielleicht dadurch, daß der Abschreiber eine Zeile des Originals irrtümlich übersprungen hat.*

2) *Über weitere Einkünfte und Besitzungen des Klosters in Twielenfleth geben folgende auf fol. 17b, 18, 19 des Kopialbuches unten am Rande eingetragenen Bemerkungen Auskunft: Fol. 17b.* Volcidis de Twilenvlete donavit nostro monasterio III marcas annuatim post obitum suum sitas in bonis Kattestreke et in Mathiasstreke, item in magna curia Mathie. De hiis bonis supradictis tres marcas iam dictas sublevabimus in chathedra sancti Petri apostoli singulis annis perpetuis temporibus. — *Fol. 18.* Bernardus de Twilenvlete contulit nobis in nostro monasterio IIII hunt terre, quos (!) uxor eius suis temporibus possidebit et post mortem uxoris apud nos permanebunt pro anima eius. Et illa IIII hunt sunt situata prope bona nostra in Twilenvlete iacencia boven deme redweghe. — *Fol. 19.* Item habemus in Twilenvlete redditus XXIIII solidorum in Buckes (Backes?) morghen buten dike, de us heft gheset Henneke Swager, de dar lecht bi Heynen dicgreven ghode unde Buseneres kyndere ghode, unde de mach me losen to allen sunte Mertens daghe vor XVI½ marc. Hir heft wul tosecht to donde Mathias Pape unde Clawes Wolcidensone. — *Die Eintragung auf fol. 19 ist durchstrichen.*

comes Holsacie et Scowenborch notum esse volumus et constare, quod Hinricus, Thidericus et Nycolaus fratres dicti de Lith nostri vasalli in nostra constituti presentia cum nostro beneplacito et consensu dimidietatem decime in villa Twilenvlete, quam a nobis in pheodo tenuerunt, cum omni iure et utilitate vendiderunt domino Johanni preposito et ecclesie in Valle Virginum ad sex annos proxime subsequentes pro quadringentis marcis denariorum Hamburgensium, tali adiecta conditione, quod dicti fratres eandem decimam dictis sex annis revolutis predictis quadringentis marcis reemere debebunt in festo purificationis beate Marie virginis gloriose. In cuius venditionis et reemptionis testimonium et evidentiam sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini MCCCXIII, in vigilia purificationis beate Marie.

Abschrift im Harvestehuder Kopialbuche, fol. 18. Überschrift: Item de decima in Twilenvlete.
Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 263.

274.

Bischof Marquard von Ratzeburg bestätigt eine von dem Ritter Johann von Bülow gestiftete und mit Hufen in Griben und in Pötrau dotierte Vikarie im Kloster Rehna. — Rehna, 1313 März 8 (Datum et actum Rene, anno Domini MCCCXIII, feria V. post dominicam Invocavit). — *Unter den Zeugen:* magister Peregrinus canonicus Hamburgensis, magister Johannes de Campe.

Original, Pergament, im Geh. u. Haupt-Archiv zu Schwerin.
Gedruckt: Mecklenb. UB. VI, Nr. 3594.

275.

Lincoln an König Eduard II. von England: klagt, daß die Bemühungen, für den an Bürgern aus Lincoln und Lindsey begangenen Seeraub von Kampen, Lübeck und Hamburg Genugtuung zu erhalten, bisher vergeblich gewesen seien, und bittet, den geschädigten Kaufleuten zu helfen. — Lincoln, 1313 April 3.

Excellentissimo principi et domino suo reverendo domino Edwardo Dei gratia regi Anglie, illustri domino Hybernie et duci Aquitanie sui humiles maior et communitas civitatis sue Lincolnie salutem in eo, per quem reges regnant et principes dominantur. Cum Johannes de Blytone, Walterus de Baiocis, Henricus de Severby, Ricardus de Scarle, Walterus de Eborum et Robertus de Oxonia concives nostri et Nicholaus de Thimelby de Lyndesey quandam navem Walteri Tymberman del Exclus in Flandria per predictos Johannem, Walterum, Henricum, Ricardum, Walterum, Robertum et Nicholaum apud villam de Sancto Bothulfo fretatam lanis pellibus lanutis et argento ad valenciam mille et ducentarum quadraginta et quatuor librarum et decem solidorum onerassent et easdem lanas pelles lanutas et argentum per gentes suas sic in eadem navi positas versus partes Brabancie ad negociandum inde ibidem et commodum suum faciendum transmisissent, videlicet Johannes de Blytone lanas et pelles lanutas ad valenciam trescentarum et sexaginta et trium librarum, Walterus de Baiocis et Walterus de Eborum lanas ad valenciam ducentarum librarum, Henricus de Severby lanas et pelles lanutas ad valenciam

CIIIIXII[a] librarum et in pecunia numerata LX solidos sterlingorum, Ricardus de Skarle lanas et pelles lanutas ad valenciam ducentarum et quatuordecim librarum, Robertus de Oxonia lanas et pelles lanutas ad valenciam IIII[b] librarum et X solidorum et Nicholaus de Thymelby lanas ad valenciam CIIIIXV[c] librarum: quidam malefactores seu potius depredatores de villis de Campe Lubyke et Hamburghe lanas et bona predicta in costera maris vestri prope terram vestram iuxta Cranmere in comitatu Norffolk hostiliter depredati fuerunt et se ad dictas villas de Campe Lubyk et Hamburghe cum lanis et bonis predictis divertendo voluntatemque suam inde faciendo nulla[m] satisfactione[m] seu restitutione[m] de eisdem lanis et bonis prefatis mercatoribus vestris hactenus [fecerunt].[d] Ac vos ad requisitionem dictorum mercatorum vestrorum consules et scabinos villarum predictarum de Campe Lubyk et Hamburghe, ut eisdem mercatoribus vestris de lanis et bonis suis predictis sibi, ut premittitur, depredatis ac de dampnis, que occasione depredacionis illius sustinuerunt, restitutionem competentem necnon emendas rationabiles absque dilationis deffugio vestrorum rogaminum intuitu facerent exhiberi, per litteras vestras plures rogaveritis (!)[e] speciales. Et, licet Johannes Spane attornatus predictorum mercatorum vestrorum in hac parte litteras vestras prefatis consulibus et scabinis cuiuslibet dictarum villarum similiter directas pluries vicissim liberaverit et restitucionem ac emendas debitas sibi nomine mercatorum vestrorum predictorum fieri cum instancia petierit et effectum, iidem tamen consules et scabini cuiuslibet villarum predictarum dictis mercatoribus vestris aut attornato suo predicto super restitutione lanarum et bonorum suorum predictorum ac de dampnis predictis nichil facere curaverunt, sed sibi in exhibenda iustitia penitus defuerunt, sicut ex testimonio tam mercatorum quam aliorum virorum fide dignorum de concivibus nostris et aliorum coram nobis specialiter super hoc iuratorum et diligenter examinatorum accepimus. Quod vestre celsitudini regie tenore presentium innotescimus humiliter supplicantes, quatinus dictis mercatoribus vestris in defectum predictorum consulum et scabinorum super premissis de oportuno remedio dignemini providere. Vestram regiam maiestatem altissimus conservet et accrescat, qui vobis omnium inimicorum vestrorum victoriam sua pietate concedat. Datum apud Lincolniam, tercio die Aprilis, anno regni vestri sexto.

Original, Pergament, im Public Record Office zu London, Ancient Correspondence XXXIV, Nr. 13.
Nicht ersichtlich, ob besiegelt gewesen.
Gedruckt: Kunze, Hanseakten aus England, Nr. 51.

276.

Die Ritter Heinrich und Hasso von Wedel verkaufen dem hamburgischen Domkapitel und dem Pfarrer zu Rahlstedt ihre Mühle zu Ost-Steinbek. — Hamburg, 1313 Mai 13.

Nos Hinricus et Hasso fratres dicti de Wedele milites omnibus presens scriptum visuris cupimus esse notum, quod de consilio et consensu omnium heredum nostrorum ac amicorum molendinum nostrum in Osterstenbeke cum omni iure et proprietate, quo nos ipsum possedimus, vendidimus capitulo Hamburgensi et plebano in Radolvestede,

a) *Lies* CXCII. b) *Lies* LXXX. c) *Lies* CXCV. d) *Vorlage:* faciendo. e) *Man erwartet:* rogavistis.

qui pro tempore fuerit, quiete et pacifice perpetuo possidendum, ita videlicet quod molendinarius eiusdem molendini det dicto plebano singulis annis quolibet festo Michaelis XVIII solidos monete usualis, reliquum censum eodem festo, videlicet XIIII solidos, ad memoriam cuiusdam de capitulo ministrando. Et ipsis warandiam prestabimus infra diem et annum secundum terre consuetudinem plenarie duraturam. Super qua warandia una nobiscum Hinricus de Wedele iunior, Johannes frater suus, Reymbernus de Wedel et Thetlevus de Wensyne milites fide data promiserunt fideliter observanda. Si vero dicto capitulo et plebano in predicta warandia aliquid deperiret, nos et predicti milites Hamborch intrabimus ad iacendum, inde non exituri, nisi sepedicto capitulo et plebano fuerit satisfactum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Hamborch, anno Domini MCCCXIII, dominica, qua cantatur Cantate.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 130b, Privilegia militum et armigerorum XII. Überschrift: Super molendino in Osterstenbeke pertinente capitulo et plebano in Radolvestede. *Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 271.*

277.

Das Bremer Domkapitel erklärt sein Einverständnis mit der von dem ehemaligen Erzbischof Giselbrecht gutgeheißenen Beschränkung der Zahl der Präbenden im Hamburger Dom. — Bremen, 1313 Mai 25.

Universis presencia visuris Volquinus prepositus, Fredericus decanus et capitulum ecclesie Bremensis salutem in Domino. Cum reverendus pater dominus noster Gyselbertus felicis recordacionis quondam ecclesie nostre archiepiscopus restrictioni prebendarum in ecclesia Hamburgensi ex iustis et legitimis causis suam licenciam et auctoritatem impenderet et eam approbaverit, sicut ex litteris suis suo sigillo patenti signatis apparet evidenter,[1] nos ad instanciam honorabilium virorum dominorum prepositi, decani ac tocius capituli ecclesie Hamburgensis predicte restrictioni prefate in hiis scriptis consensum, quantum de iure possumus, adhibemus. In cuius rei testimonium sigillum capituli nostri presentibus est appensum. Datum Breme, anno Domini MCCCXIII, in crastino ascensionis Domini.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 75, Privilegia capitularia LXI. Überschrift: Consensus capituli Bremensis super restrictione prebendarum.

278.

Graf Adolf VI. von Holstein schenkt dem Kloster Harvestehude einen Platz bei Ottensen. — Frauental, 1313 Mai 26.

Omnibus presens scriptum cernentibus Adolphus Dei gracia comes Holtzacie et Scowenborch salutem in Domino sempiternam. Cum ecclesia sanctimonialium in Herverdeshude a nostris progenitoribus sit fundata et ab ipsis ad nos taliter devoluta,

1) *Vgl. Nr. 20.*

quod ipsam in omnibus, quibus poterimus, defensare teneamur et promovere, et quia dicta ecclesia de bonis suis in antiqua villa Herverdeshude, quibus primitus fuit dotata, propter ipsius ville destructionem et aquarum carenciam fructum debitum non percipiat, nos ad instanciam domini Johannis prepositi et devotarum virginum in eadem ecclesia Domino serviencium ob honorem omnipotentis Dei et gloriose matris eius virginis Marie ac ob salutem animarum nostre et progenitorum et heredum nostrorum cum bona voluntate et unanimi consensu ipsorum dimisimus et contulimus liberaliter iam dicte ecclesie spacium quoddam iuxta villam nostram Tottenhusen construendi domos habiles et sufficientes ad culturam dictorum agrorum in Herverdeshude cum proprietate iudicio maiore et minore iuribus et utilitatibus quibuscumque, nullam nobis vel nostris successoribus in eisdem domibus iurisdicionem reservantes. Sed ad defensionem terre, que lantwere dicitur, cum aliis nostris hominibus tenebuntur. Concedimus etiam predicte ecclesie, ut homines in predictis domibus morantes in pascuis lignis et cespitibus fodiendis utantur eadem gracia, qua et alii homines nostre terre. Et ne huiusmodi nostra donacio tempore procedente a quoquam infringatur, presens scriptum sepedicte ecclesie contulimus sigilli nostri munime roboratum. Datum in Valle Virginum presentibus domino Bertrammo Kulen advocato et Johanne Riken militibus nostris ac Johanne nostro notario plebano in Petessen atque aliis fide dignis, anno Domini MCCC tercio decimo, in crastino beati Urbani martiris.

Abschrift im Harvestehuder Kopialbuch, fol. XLI. Überschrift: De spacio iuxta villam Tottenhusen. *Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 272. Im Auszug: Ztschr. f. Hamb. Gesch. VII, S. 91 Anm. 1, ferner, in niederdeutscher Übertragung: Westphalen, Monumenta inedita IV, S. 41 Anm. e.*

279.

Die Bischöfe Marquard von Ratzeburg und Gottfried von Schwerin und das hamburgische Domkapitel, die in ihrer Streitsache mit dem Erzbischof von Bremen über ihre Verpflichtung zum Besuche der Provinzialkonzile jenseits der Elbe an den päpstlichen Stuhl appelliert haben, ernennen den hamburgischen Domherrn Hermann von Heiligenstedten und den Wismarer Pfarrer Nicolaus Pren zu ihren Bevollmächtigten. — 1313 Juni 23.

Universis presentes litteras inspecturis nos Marquardus Dei gracia Raceburgensis et Godefridus Czverinensis ecclesiarum episcopi ac capitulum Hamburgense cupimus esse notum, quod, cum nuper reverendus in Christo pater dominus noster Johannes archiepiscopus Bremensis et officiales sui nos ad provinciale concilium Stadis tunc celebrandum evocassent et nos ibidem, personaliter quidam, per procuratores quidam, comparuissemus allegantes privilegium, quo libertamur, ne ultra Albeam inviti possimus ad huiusmodi concilium evocari, et obtulissemus eiusdem privilegii copiam et petivissemus idem pervideri seu examinari privilegium tuto loco et competenti tempore, quibus nos obtulimus ipsum originale privilegium cum confirmacionibus papalibus exhibere, nec in hiis aliqualiter admitteremur vel audiremur, ad sedem apostolicam appellavimus, in cuius appellacionis prosecucione dudum stetimus et stamus nec recedere intendimus ab eadem. Quia igitur

. . officiales antedicti domini . . archiepiscopi non obstantibus premissis omnibus denuo et iterum nos ad provinciale concilium ultra Albiam contra indultum pretacti privilegii citare temere presumpserunt gravantes nos indebite multiplicibus laboribus et expensis, discretos viros Hermannum de Hillegenstede Hamburgensem canonicum et Nycolaum dictum Pren rectorem ecclesie beate Marie virginis in Wismaria Raceburgensis dyocesis procuratores nostros et speciales nuncios et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, constituimus dantes et concedentes eisdem nostris procuratoribus et eorum cuilibet plenariam potestatem appellacionem supradictam innovandi et denuo predictum privilegium allegandi et iterum et iterum appellandi et apostolos petendi, quociens necesse fuerit aut eis vel eorum alteri videbitur expedire, proponendi eciam de ceteris illatis nobis gravaminibus, que fuerint oportuna, ratum et gratum habituri, quicquid per dictos nostros procuratores aut eorum alterum procuratum sive factum fuerit in premissis et quolibet premissorum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini MCCC tercio decimo, nono kalendas Julii.

Original, Pergament, drei Siegelstreifen, die Siegel fehlen. Rückaufschrift (14. Jahrh.): Procuratorium quoddam, *später hinzugefügt (15. Jahrh.):* de non veniendo ad concilium ultra Albeam, *und von noch späterer Hand:* de dato 1313, 9. Julii (!); *darunter:* 22.

Gedruckt: Mecklenb. UB. VI, Nr. 3627.

280.

Der Rat von Crempe urkundet, daß fünf benannte Eingesessene des Dorfes Grönland im Kirchspiel Süderau sich zur Zahlung eines Schmal- und Ackerzehnten an das hamburgische Domkapitel verpflichtet haben. — 1313 Juli 26.

Omnibus hoc scriptum visuris nos consules civitatis in Crimpa notum facimus, quod constituti coram nobis Nicolaus Vetce, Gherbrant, Willemer et filius suus Meyner, minor Gūriz de Gronlande parrochie Suderow pro testimonio obligaverunt se coram nobis sub pena dupli quolibet anno in perpetuum dare ecclesie Hamburgensi duo talenta denariorum in nostra civitate Crimpa procuratori ipsius ecclesie infra octavam beati Martini in odinggo perpetuo pro decima minuta et agresti XXIIII iugerum, que ipsi dinoscuntur possidere. Quod si non fecerint, in crastino ipsius octave duplum solvent, et pro eodem duplo in civitate nostra sufficiencia pignora presentabunt eidem procuratori sine querimonia iudicii secularis, aut scultetus, qui pro tempore fuerit, sine iudicio ipsum duplum pandabit iure suo sibi in pandando reservato. Pro quorum obligacione pro eis et eorum heredibus seu successoribus in perpetuum facta humiliter rogati sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum in crastino beati Jacobi, anno Domini MCCC tercio decimo.

Original, Pergament, mit anhangendem, beschädigtem Siegel der Stadt Crempe. Rückaufschrift (17. Jahrh.): Civitatis Crempe attestatum super reditus annuos 2 talentorum capitulo Hamburgensi solvendorum. 1313.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 273.

Verzeichnet: Niehusens Inventar der Domurkunden, Staphorst, Hamb. Kirchengesch. I[1], S. 492, Nr. 330.

281.

Der Dekan Friedrich [Boch] und die Domherrn der bremischen Kirche Borchard [Grelle] und Franz Doneldey, Zehntensammler für das Heilige Land, weisen den hamburgischen Domkantor Bruno und den Thesaurarius Heinrich an, die Äbte, Pröpste und Pfarrer in der hamburgischen Propstei und der übrigen Bremer Diözese nördlich der Elbe zusammenzuberufen und zur Entrichtung des Zehnten von allen kirchlichen Einkünften aufzufordern. — Bremen, 1313 August 5.

Fredericus Dei gracia decanus, magister Borchardus archidiaconus Rustringie et Franciscus Doneldey canonici ecclesie Bremensis, collectores decime in Terre Sancte subsidium deputate a venerabili patre domino Johanne Bremensi archiepiscopo a sede apostolica deputato deputati honorabilibus viris et discretis dominis Brunoni cantori et Henrico thesaurario ecclesie Hamburgensis salutem et sinceram in Domino caritatem. Cupientes mandatum domini nostri archiepiscopi, immo verius apostolicum, exequi diligenter copiam litterarum nostre iurisdiccionis ad prefatam decimam per Bremensem dyocesin colligendam vobis per discretum virum dominum Franciscum nostrum collegam supradictum transmittimus volentes, ut vobis det copiam earundem, mandantes vobis et cuilibet vestrum sub pena excommunicacionis, quam in vos et quemlibet vestrum legitima monicione premissa ferimus in hiis scriptis, si mandatum nostrum, immo verius apostolicum, neglexeritis adimplere, quatenus infra mensem proximum post recepcionem presencium continue computandum die festivo ad hoc convenienti . . abbatibus, . . prepositis, ecclesiarum et cappellarum rectoribus, curatis et non curatis, exemptis et non exemptis, in prepositura Hamburgensi et trans Albiam in Bremensi dyocesi constitutis per vos auctoritate nostra ad aliquem locum congruum convocandis predictas litteras legatis, exponatis, per vos aut per alios seu alium legi vel exponi fideliter ordinetis mandantes omnibus et singulis sic vocandis seu vocatis, ut secundum litterarum apostolicarum continenciam de omnibus proventibus et redditibus ecclesiasticis solvant decimam, si sentenciam excommunicacionis, quam in quoslibet contradictores et rebelles legitima monicione premissa exnunc ut extunc ferimus in hiis scriptis, voluerint evitare. In hiis exequendis alter alterum non expectet, sed quilibet vestrum mandatum nostrum fideliter exequatur. Datum Breme, anno Domini millesimo CCCXIII, nonas Augusti.

Original, Pergament. Von den angehängten Siegeln ist nur ein Bruchstück von dem des Franz Doneldey erhalten; außerdem zwei Siegelbänder. Rückaufschrift (15. Jahrh.): Littera procuratoria archiepiscopi ad certos de ecclesia Hamburgensi super decima *und von späterer Hand (17. Jahrh.):* de dato Bremae anno 1313 nonis Augusti. *Darunter:* H.

282.

Der Dekan [Friedrich Boch] und die Domherrn der bremischen Kirche Borchard [Grelle] und Franz [Doneldey] befehlen unter Berufung auf ein päpstliches und ein erzbischöfliches Schreiben den Geistlichen in der Stadt und der Diözese Bremen, während der nächsten sechs Jahre einen Zehnten zum Besten des Heiligen Landes zu zahlen. — Bremen, 1313 September 10.

Universis . . abbatibus, . . prioribus, decanis, archidiaconis, . . prepositis, archipresbiteris et aliis ecclesiarum prelatis, capitulis, collegiis et conventibus Cisterciensis, Cluniacensis, Premonstratensis, sanctorum Benedicti et Augustini, Cartusiensis, Grandimontensis et aliorum ordinum ceterisque personis ecclesiasticis, secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, per Bremensem civitatem et dyocesin, prioribus seu preceptoribus et magistris ac personis aliis et locis hospitalis sancti Johannis Jerosalimitanensis et aliorum militarium ordinum dumtaxat exceptis, constitutis . . decanus, magister Borchardus archidiaconus Rustringie et Franciscus canonici ecclesie Bremensis salutem in Domino sempiternam. Litteras sanctissimi patris domini Clementis pape quinti sub vera bulla plumbea et filo canapis non viciatas nec in aliqua sui parte corruptas recepimus, quarum litterarum tenorem, ne causare possitis nostre iuridicionis ignoranciam, vobis universis et singulis, a quibus requisiti fuerimus, in loco ad hoc conquisito volumus exhiberi et nichilominus pro ipsarum copia omnibus de earum tenore esitantibus fideliter facienda in publicam formam redegi (!) fecimus et transcribi. Quibus visis et perlectis super execucioni (!) eiusdem negocii recepimus quasdam alias litteras sigillo maiori venerabilis patris domini nostri Johannis Bremensis archiepiscopi similiter in nulla sui parte viciatas, quas vobis faciemus una cum presentibus recenceri (!). Forma autem dictarum litterarum dinoscitur esse talis:

Johannes miseracione divina Bremensis archiepiscopus dilectis sibi decano, magistro Borchardo archidiacono Rustringie et Franconi eiusdem ecclesie canonicis salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos recepisse litteras[1] sanctissimi patris [domini nost][a]ri domini Clementis quinti sancte Romane ac universalis ecclesie summi pontificis sub vera bulla et filo canapis in nulla sui parte viciatas [de][a] decima o[mnium][a] ecclesiasticorum reddituum et proventuum in subsidium Terre Sancte et fidei christiane convertenda et cetera, prout ex tenore predictarum litterarum vobis liquere poterit evidenter.

Volentes igitur mandatum apostolicum et eiusdem domini nostri . . archiepiscopi iuxta formam nobis traditam exequi rever[enter][a], vobis universis et singulis sub pena excommunicacionis, quam in vos et quemlibet vestrum ferimus in hiis scriptis, si mandatum nostrum, immo verius apostolicum, contempseritis adimplere, districte precipiendo mandamus, quatenus iuxta predictarum litterarum apostolicarum continenciam proximis sex annis solvatis decimam de omnibus redditibus fructibus et proventibus vestrorum beneficiorum ecclesiasticorum, videlicet medietatem in kalendis Octobris et reliquam medietatem in kalendis Aprilis, ubicumque fueritis requisiti, in terre sancte subsidium convertendam. Datum Breme, anno Domini millesimo CCCXIII, IV. idus Septembris.

a) *Loch im Pergament.*

1) *Der Wortlaut des päpstlichen Schreibens, das vom 1. Dezember 1312 aus Avignon datiert war, ist abgedruckt im Regestum Clementis papae V, annus octavus, S. 412ff., die Adresse ebendort, S. 417. Ihm ist auch die Aufzählung der Adressaten in der Inscriptio der vorliegenden Urkunde entnommen; vgl. a. a. O S. 413f. — Zur Geschichte des auf einem Konzil zu Vienne beschlossenen Zehnten s. Kirsch, Die päpstlichen Kollektoren in Deutschland während des 14. Jahrh. (Paderborn 1894), S. XVIII, XXXIV.*

Original, Pergament, beschädigt. Drei zum Teil beschädigte Siegelstreifen, die Siegel fehlen. Rückaufschriften: (15. Jahrh.) Mandatum auctoritate apostolica parte archiepiscopi Bremensis de solvendo illi Xam; *(17. Jahrh.)* . . Decani, magistri Borchardi archidiaconi Rustringiae et Francisci canonici Bremensis patentes, ut totus clerus per civitatem et dioecesin Bremensem militaribus duntaxat exceptis juxta mandatum Clementis pape V. decimam omnium proventuum suorum proximis 6 annis solvat in Terrae Sanctae subsidium. Datum Breme 1313, IV. idus Septembris.

283.

Der Dekan Friedrich [Boch] und der Domherr der bremischen Kirche Franz Doneldey beauftragen die hamburgischen Domherren Bruno, Heinrich und Hermann von Heiligenstedten mit der Einziehung und der Ablieferung des Zehnten für das Heilige Land aus der hamburgischen Propstei und von einigen namhaft gemachten Klöstern und Kirchen. — Bremen, 1313 September 11.

Fredericus decanus et Franciscus Donodey (!) canonici ecclesie Bremensis, collectores decime a reverendo patre domino Johanne archiepiscopo Bremensi per Bremensem civitatem et dyocesin deputati honorabilibus viris et discretis dominis Brunoni cantori, Henrico thesaurario et Hermanno de Hiligenstedhe canonicis ecclesie Hammemburgensis salutem in Domino. Mandamus vobis in virtute obediencie et sub pena excommunicacionis, quam in vos et quemlibet vestrum ferimus in hiis scriptis, si mandatum nostrum, immo verius apostolicum, contempseritis adimplere, quatenus diligenter et sollicite decimam omnium ecclesiasticorum reddituum et proventuum in subsidium Terre Sancte convertendam ab omnibus personis ecclesiasticis, secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, per prepositurам ecclesie Hammemburgensis necnon et ab aliis monasteriis et ecclesiis, cuiuscumque status seu condicionis existant, videlicet Nigenmonstere, Utersten, Ytzeho, Herwerdeshudhe, Reynebeke et Kile, secundum continenciam litterarum apostolicarum constitutis exigatis colligatis recipiatis et fideliter custodiatis, non deferendo in hiis alicui persone, cuiuscumque ordinis status condicionis aut dignitatis existat, prece timore gracia vel favore, ac eandem decimam integre nobis vel superiori nostro presentetis ac restituatis, cum id a nobis vel a superiori nostro, ut predicitur, receperitis in mandatis. Vobis enim in hac parte plenarie committimus vices nostras. Datum Breme, anno Domini millesimo CCCXIII, III. idus Septembris.

Original, Pergament, mit Resten der angehängten beiden Siegel. Rückaufschrift (15. Jahrh.): Litera proc[uratoria] archiepiscopi super Xma; *ferner (17. Jahrh.):* Super decima in subsidium Terrae Sanctae.

284.

Colin Bollart, Bürger zu Brügge, bevollmächtigt Nikolaus Elsinscacht, seine Schuldforderung an den hamburgischen Bürger Gebhard Grove geltend zu machen. — 1313 November 4.

. . Universis, ad quos presens littera pervenerit, Colinus dictus Bollart opidanus Brugensis salutem. Noveritis me fecisse constituisse et ordinasse procuratorem meum legitimum Nicholaum Elsinscacht latorem presentium super viginti duobus s[olidis] Turonensium grossorum, in quibus Ghevardus dictus Grove civis in Amborch mihi tenetur de

bonis pannis, dans dicto procuratori meo eandem potestatem et mandatum speciale in hac parte, quam ego haberem vel habere possem, ac si personaliter interessem, ratum et gratum habens et habiturus, quicquid idem procurator meus in premissis fecerit vel duxerit faciendum. In testimonium premissorum presentibus sigillum meum est appensum una cum sigillis testium convocatorum Conradi de Wildesdorpa et Hermanni de Hekelle, qui interfuerunt rebus suprascriptis et testimonium confirmantes. Datum anno Domini MCCCXIII, dominica proxima post omnium sanctorum.

Original, Pergament. Von den anhängenden Siegeln des Colin Bollart und des Conrad von Wildesdorp sind nur noch Reste vorhanden, das Siegel des Hermann von Hekelle, mit Hausmarke, ist am Rande beschädigt.

285.

König Eduard II. von England an den Sheriff von Lincoln: befiehlt, nachdem die Städte Kampen, Lübeck und Hamburg wegen des von ihren Bürgern begangenen Seeraubs Schadenersatz nicht geleistet und die von Kampen an den König abgefertigten Gesandten sich heimlich wieder entfernt haben, Waren von Kaufleuten aus den genannten Städten bis zu einem bestimmten Gesamtwert mit Beschlag zu belegen. — Westminster, 1313 November 16.

Rex vicecomiti Lincolnie salutem. Querelam dilectorum mercatorum nostrorum Johannis de Blitone, Walteri de Baiocis, Henrici de Severby, Ricardi de Scarle, Walteri de Eborum et Roberti de Oxonia civium civitatis nostre Lincolnie et Nicholai de Thimelby de Lyndesey nuper, dum eramus in expedicione guerre nostre Scocie, recepimus continentem, quod quidam malefactores, set pocius depredatores, de villis de Campen Lubike et Hamburghe et aliunde de partibus Estlandie quandam navem, quam predicti Johannes et Walterus ac eorum socii predicti apud Sanctum Botulphum frettaverant et lanis ac aliis bonis suis ad valenciam mille ducentarum et quadraginta et quatuor librarum et decem solidorum oneraverant et sic oneratam per gentes suas versus partes Brabancie ad negociandum inde ibidem et suum commodum faciendum transmiserant, die nativitatis sancti Johannis baptiste anno regni nostri quarto in costera maris nostri prope terram nostram hostiliter intraverunt et lanas ac omnia alia bona predicta vi et armis ceperunt et eciam abduxerunt, propter quod nos subsequenter post reditum nostrum Londonias a partibus Scocie supradictis, habita super facto predicto cum illis de consilio nostro deliberacione pleniori, inquisicionem inde fieri fecimus diligentem, per quam evidenter compertum extitit et existit, quod predicti Johannes et Walterus et socii eorundem depredati fuerunt die predicto in costera maris nostri in partibus Norffolkie iuxta Croumere prope terram per malefactores mercatores marinarios et alios de dictis villis de Campen Lubike et Hamburghe de lanis ac aliis bonis suis ad valenciam mille ducentarum quadraginta quatuor librarum et decem solidorum predictorum et quod malefactores illi se ad dictas villas de Campen Lubike et Hamburghe cum bonis predictis diverterunt et ibidem recepta[ba]ntur[a] quodque malefactores illi manutenebantur per mercatores villarum predictarum infra regnum nostrum commorantes et ibidem ac alibi cum bonis malefactorum eorundem ad campi partem mercimonia exercentes. Et licet mercatores villarum predictarum de Campen Lubike et Hamburghe infra nostrum dominium conversantes distrinxisse potuissemus equitate suadente, quousque mercatoribus nostris predictis de bonis suis predictis ac dampnis, que illa occasione sustinuerunt, esset plenarie satisfactum, nos tamen mercatoribus ipsis parcentes ex benignitate regia in hac parte consules et scabinos predictarum villarum de Campen Lubike et Hamburghe rogavimus per nostras litteras separatas, ut mercatoribus nostris predictis vel eorum attornatis seu attornato super recuperacione lanarum et bonorum suorum predictorum vel valoris eorundem ac etiam dampnorum, que occasione predicta docere se possent incurrisse, exhiberent celeris iusticie complementum. Qui nichil inde facere curaverunt, hoc dumtaxat excepto, quod scabini et consilium predicte ville de Campen vobis suas litteras transmiserunt, rogando, ut ipsis oppidanis seu nunciis ipsorum veniendi in Angliam et morandi nobiscum et cum consilio nostro super dampnis et iniuriis prefatis mercatoribus nostris illatis[a] tractatum habendi nostras vellemus concedere litteras de conductu, adiciendo in eisdem litteris suis, quod oppidanis seu nunciis suis tales habere vellent, qui mercatoribus nostris de omni dampno ipsis illato satisfacere deberent, prout ordo iuris requireret et dictaret. Et quia ad instanciam et rogatum scabinorum et consilii predictorum pro oppidanis ville predicte vel eorum nunciis, quos ad nostram presenciam ex causa predicta ipsos contingeret destinare, litteras nostras de conductu in forma debita[1] fieri fecimus usque ad certum terminum duraturas, ita quod iidem scabini et consilium tales nuncios ad nos mitterent, qui super negocio predicto ad plenum instructi et informati essent et qui ad satisfaciendum super premissis mercatoribus nostris predictis haberent plenariam potestatem, prout littere nostre tunc ipsis inde misse plenius continebant, et iidem scabini et consilium durante termino conductus predicti Willelmum dictum Divitem et Henricum filium Eynoldi consules ville predicte de Campen pro prefato negocio ad nostram presenciam in nuncium transmiserunt, qui nobis litteras de credencia detulerunt et qui postmodum coram nobis in cancellaria nostra personaliter constituti asseruerunt se ad informacionem super negocio predicto suscipiendam tantummodo missos esse, ut inde cum aliis oppidanis ville sue predicte post reditum suum ad propria possent consulere et tractare, petendo, ut ipsis super negocio illo dilacionem usque ad triennium vel biennium seu alias ad voluntatem nostram concedere curaremus, qua quidem peticione sic pendente iidem nuncii non satisfacto in aliquo dictis mercatoribus nostris de lanis bonis et dampnis predictis nec ipsorum adventu ad curiam nostram, quos ibidem ex causa predicta venire fecimus, expectato latenter et contemptibiliter recesserunt, non petita super hoc a nobis recedendi licencia nec obtenta: nos ad premissa consideracionem habentes et advertentes, quod nuncii predicti ad nos cum sufficienti potestate satisfaciendi super premissis mercatoribus nostris predictis, prout scabinis et consilio predictis mandavimus, non venerunt et quod ipsi mercatores nostros predictos a recuperacione lanarum bonorum ac dampnorum predictorum per excusaciones et dilaciones frivolas nituntur pro viribus defraudare necnon nondum recessus dictorum nunciorum a curia nostra iugiter ponderantes tibi precipimus,

a) *Vorlage* receptantur.

a) *Vorlage* illatos.

1) *Der vom 1. Mai 1313 datierte Geleitsbrief ist verzeichnet im Calendar of the Close Rolls Edw. II. 1307—1313, S. 578.*

quod omnia bona et mercimonia hominum et mercatorum predictarum villarum de Campen Lubike et Hamburghe, que infra ballivam tuam poterunt inveniri, usque ad valenciam quadringentarum et quatuordecim librarum sexdecim solidorum et octo denariorum in parte satisfactionis mille ducentarum et quadraginta et quatuor librarum et decem solidorum predictorum sine dilatione qualiter arestari et salvo custodiri facias, donec mercatoribus nostris predictis de quadringentis et quatuordecim libris sexdecim solidis et octo denariis predictis in partem satisfactionis totalis summe predicte, ut predictum est, ac etiam de dampnis, que se in hac parte docere poterunt incurrisse, fuerit satisfactum vel aliud super hoc a nobis habueris in mandatis. Et quid inde feceris et que et cuiusmodi bona virtute istius mandati per te contigerit arestari et quorum fuerint ac de precio eorundem necnon de toto facto tuo in hac parte nos reddas distincte et aperte certiores, remittens nobis hoc breve. Mandatum enim per diversa brevia nostra vicecomitibus nostris Norffolkie et Ebori, quod ipsi bona et mercimonia hominum et mercatorum dictarum villarum de Campen Lubike et Hamburghe, que infra ballivas suas poterunt inveniri, usque ad valorem octingentarum viginti et novem librarum trium solidorum et quatuor denariorum residuorum arestari et salvo custodiri faciant in forma predicta. Teste rege apud Westmonasterium, XVI. die Novembris, per consilium.

Rot. lit. claus. 7. Edw. II. 18, im Public Record Office zu London. Am Rande: Pro Johanne de Blitone et aliis mercatoribus de Lincolnia.

Gedruckt: Lüb. UB. II, Nr. 1040.

Verzeichnet: Hans. UB. II, Nr. 238; Calendar of the Close Rolls Edw. II. 1313—1318, S. 26.

286.

Bertold und Nikolaus Knop verkaufen dem Kloster Harvestehude den Zehnten und einen Morgen Landes zu Halstenflet. — Buxtehude, 1313 November 28.

Nos Bertoldus et Nicolaus dicti Knope omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris tenore presentium facimus manifestum, quod cum consensu heredum nostrorum et voluntate prepositi abbatisse et conventus monasterii Porte Celi vendidimus et dimisimus abbatisse et conventui monasterii Vallis Virginum prope civitatem Hamburgh Bremensis dyocesis decimam ville in Halstenvlete, quam a dicto preposito et conventu in pheudo tenemus, et unum iuger ibidem pro ducentis marcis et decem et novem marcis Hamburgensium denariorum, tali interposita conditione, quod nos ac heredes nostri dictam decimam et iuger reemere possumus pro eadem summa pecunie, quandocunque nobis placuerit, dummodo id prenominatis abbatisse et conventui monasterii Vallis Virginum predicti ad tres menses ante nativitatem beate Marie virginis intimaverimus, sicut in litteris reverendi patris domini Ghiselberti quondam archiepiscopi Bremensis felicis recordationis necnon prepositi abbatisse et conventus Porte Celi super hoc prius confectis[1] plenius continetur, quas fatemur de nostro consensu processisse. Nec tamen nos et nostri heredes de sepedicta decima et iugero aliquatenus intromittere [volumus],[a] nisi prius ducentis marcis et decem et novem marcis integraliter restitutis. Ceterum

a) *Fehlt in der Abschrift.*

1) *Vgl. Nr. 42 und 43.*

cum abbatissam et conventum monasterii Vallis Virginum speciali amplectamur affectu, conferimus et donamus predictis abbatisse et conventui, quod de perceptis seu percipiendis in reemptione dicte decime et iugeris nichil computabunt, sed omnia et singula, que perceperunt vel adhuc percipere poterunt, pro salute animarum parentum nostrorum, fratrum ac nostra eisdem liberaliter erogamus. Ut autem hec nostra venditio et donatio in posterum non possit a nobis et a nostris heredibus sive ab aliquo inmutari, sigilla nostra una cum sigillis Bertoldi Sculten et Hermanni fratris et Conradi de Jorke militum ad maiorem evidentiam premissorum presentibus litteris sunt appensa. Datum et actum in nova civitate Buxstehudhe, anno Domini MCCCXIII, feria quarta post diem Katerine virginis et martiris.

Abschrift im Harvestehuder Kopialbuch, fol. XIII. Überschrift: Item de decima in Halstenvlete.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 282.

287.

Die vom Erzbischof von Bremen bestellten Zehntensammler fordern die von ihnen mit der Einziehung in der hamburgischen Propstei beauftragten hamburgischen Domherrn auf, die gesammelten Gelder und ein Verzeichnis der Zahlungspflichtigen innerhalb sechs Tagen dem Propst des St. Georgs-Klosters in Stade oder dem Pfarrer Otto in Osten zu übersenden. — Bremen, 1314 Januar 5.

Fredericus decanus, Borchardus archidiaconus Rustringie et Franco dictus Donodey canonici ecclesie Bremensis, collectores decime a reverendo patre ac domino Johanne sancte Bremensis ecclesie archiepiscopo per Bremensem civitatem ac diocesim a sede apostolica deputato deputati honorabilibus viris et discretis Brunoni cantori, Hinrico thesaurario ac Hermanno de Hileghenstede canonicis ecclesie Hamburgensis salutem in Domino. Rogamus nichilominus auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa vobis districte precipiendo mandantes, quatenus dictam pecuniam ratione decime per vos collectam sine diminutione qualibet et nomina omnium solvencium et non solvencium, qui ad solutionem dicte decime sunt astricti, in scriptis una cum pecunia memorata honorabili viro preposito sancti Georgii Stadensis vel discreto viro domino Ottoni rectori ecclesie in Osta, quibus in hac parte commisimus vices nostras, infra terminum sex dierum a receptione presencium fideliter presentetis, vos in premissis taliter exhibentes, ut premium a Deo et a nobis et superioribus nostris possitis merito commendari. Datum Breme anno Domini MCCCXIIII, in vigilia epiphanie Domini.

Original, Pergament, drei Siegelbänder, die Siegel verloren. Rückaufschrift (17. Jahrh.): Super decima colligenda.

288.

*Bischof Burchard und das Domkapitel zu Lübeck beurkunden, mit der Stadt Lübeck zur Beilegung der zwischen ihnen bestehenden Streitigkeiten einen Vergleich unter Vorbehalt der päpstlichen Genehmigung abgeschlossen zu haben. — In dem Abschnitte über

die Zeugen heißt es: Sed pro dominis Echardo, Lodowico preposito Hamburgensi ac Leone de Ertheneborch et Johanne dicto Gans nostris concanonicis absentibus, licet vocatis, dominus Alardus antedictus [*nämlich:* Alardus de Estorpe cellerarius] procuratorio nomine consensit. — *1314 Februar 2* (Datum et actum anno Domini MCCC quartodecimo, in purificatione beate Marie virginis).

Original, Pergament, im Landesarchiv zu Oldenburg. Die angehängten Siegel des Bischofs, der lübeckischen Kirche und der Stadt Lübeck fehlen.

Gedruckt: UB. d. Bist. Lübeck I, Nr. 449; Meckl. UB. VI, Nr. 3675 im Auszug.

289.

Die Stadt Lübeck beurkundet, daß der von ihr mit dem Bischof und dem Domkapitel zu Lübeck abgeschlossene Vergleich von beiden Seiten beschworen worden ist. — Am Schlusse: Pro dominis Echardo, Ludowico preposito Hamburgensi ac Leone de Ertheneborch et Johanne dicto Gans supradicte ecclesie canonicis absentibus, licet vocatis, dominus Alardus supradictus procuratorio nomine consensit. — *1314 Februar 2* (Datum et actum anno Domini MCCC quartodecimo, in purificatione Marie).

Original, Pergament, im Landesarchiv zu Oldenburg. Die angehängten Siegel des Bischofs, der lübeckischen Kirche und der Stadt Lübeck fehlen.

Gedruckt: UB. d. Bist. Lübeck I, Nr. 450; Meckl. UB. VI, Nr. 3675 im Auszug.

290.

Hermann von Raboysen beurkundet, daß Heinrich Ruge dem hamburgischen Bürger Johann Sperling zur Ausstattung der von ihm in der St. Katharinen-Kirche gestifteten Vikarie Land in Honrecamp, belegen in der Marsch des Kirchspiels Seester, verkauft habe. — Hamburg, 1314 Februar 2.

Universis presens scriptum visuris et audituris nos Hermannus verique nostri heredes dicti de Raboysen salutem in eo, qui neminem vult perire. Quia ea, que fiunt inter presentes, a memoriis hominum persepius elabuntur, nisi scripturarum testimonio perhennentur, huius rei gracia presentes scire cupimus et ad posterorum certam noticiam devenire, quod Hinricus dictus Rughe et heredes sui proximi tria frusta agrorum, que vertel dicuntur, mediante nostra libera voluntate ac heredum nostrorum consensu et arbitrio accedente, sita in palude parrochie Cestere in loco, qui Honrecamp dicitur, Johanni dicto Sperlingh civi Hamburgensi cum omnibus attinenciis et proprietatibus, quibus ad eos iure hereditario pertinuerant, libere vendiderunt ad quandam perpetuam vicariam per eundem Johannem dictum Sperlingh ob salutem anime sue ac suorum amicorum in ecclesia sancte Katherine in Hamborch dotatam coram nobis eciam et in nostro iudicio necnon universis terre nostre civibus, prout iuris et consuetudinis est, publice resignantes et nos dictorum bonorum perpetuam warandiam prestantes in perpetuum observandam. Testes huius sunt Johannes de Monte, Bertrammus Luscus, Alardus Unvorverde, Bruno de Glovessin, Johannes filius domine Alene, Wolderus, Bernardus Godekini et alii quam plures fide digni. Ut autem hec rata permaneant et inviolabiliter observentur, sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum et actum Hamborch, anno Domini MCCCXIIII, in die purificacionis beate Marie.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 135 b, Privilegia militum et armigerorum XXXV. Überschrift: Super vicaria in ecclesia sancte Katherine, quam Johannes Sperlingh fundavit.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 288.

291.

Das hamburgische Domkapitel ernennt den ständigen Vikar Nicolaus Decani zum Bevollmächtigten in seinen Streitigkeiten mit dem Erzbischof Johann von Bremen. — Hamburg, 1314 Februar 7.

Universis presentes litteras inspecturis nos capitulum et clerici ecclesie Hamburgensis cupimus esse notum, quod nos discretum virum dominum Nicolaum Decani perpetuum vicarium in eadem Hamburgensi ecclesia exhibitorem presencium constituimus nostrum procuratorem actorem defensorem et nuncium specialem ad omnes causas questiones et lites, quas cum venerabili in Christo patre domino nostro Johanne sancte Bremensis ecclesie archiepiscopo vel coram ipso seu contra ipsum habemus vel habituri sumus, dantes et concedentes eidem procuratori nostro plenam et liberam potestatem agendi defendendi excipiendi replicandi litem contestandi terminos et dilationes petendi iuramentum de calumpnia et cuiuslibet alterius generis sacramentum in animas nostras prestandi ponendi et positionibus respondendi testes et instrumenta producendi iudices eligendi et recusandi suspectos sentenciam vel sentencias audiendi appellandi apostolos petendi et appellacionem seu appellaciones prosequendi et generaliter omnia et singula faciendi, que merita causarum exigunt, eciam si mandatum exigant speciale, ratum gratum et firmum habituri, quicquid per dictum procuratorem nostrum factum actum seu procuratum fuerit in premissis et quolibet premissorum. Promittimus eciam sub ypotheca rerum nostrarum et Hamburgensis ecclesie pro sepedicto procuratore, si necesse fuerit, iudicatum solvi, ut sic a satisdationum oneribus relevetur. Datum Hamborch, anno Domini MCCCXIIII, feria quinta post festum purificationis beate Marie virginis.

Abschrift in dem folgenden Notariatsinstrument.

292.


Notariatsinstrument über die von dem ständigen Vikar in der hamburgischen Kirche Nicolaus Decani vor dem erzbischöflich bremischen Auditor Johannes Parvus und mehreren Geistlichen nach Verlesung seiner Vollmacht — s. Nr. 291 — im Namen des hamburgischen Domkapitels vorgebrachten Einreden gegen die vom Erzbischof durch falsche Angaben erschlichene päpstliche Genehmigung zur Einforderung eines Zehnten. — Bremen, 1314 Februar 15.

In nomine Domini amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCXIIII, quintodecimo die mensis Februarii, indictione duodecima, pontificatus domini Clementis pape quinti anno nono, constitutus in presentia reverendi patris domini Johannis archiepiscopi Bremensis, mei notarii et testium subscriptorum Nicolaus Decani perpetuus vicarius in

ecclesia Hamburgensi petivit eundem dominum archiepiscopum, quod sibi liceret coram eo in scriptis proponere nomine procuratorio quasdam exceptiones contra litteras nuper lectas in capitulo Hamburgensi. Ad quod dominus archiepiscopus respondit, quod idem Nicolaus esset turfator, nam proponeret verba melliflua, sed in fine essent venenosa et pungitiva; si aliqua vellet proponere, quod illa proponeret coram magistro Johanne Parvo canonico Bremensi auditore causarum eiusdem domini archiepiscopi Bremensis. Quo audito predictus Nicolaus coram eodem magistro Johanne legit quoddam procuratorium uno tantum sigillo sigillatum, in quo apparuit ymago beate Marie virginis sedentis et habentis in gremio a parte sinistra puerum et septrum in manu dextra. In circumferentia vero eiusdem sigilli continebatur: Sigillum sancte Hammenburgensis ecclesie. Tenor autem huius procuratorii fuit talis: *[folgt die Vollmacht vom 7. Februar 1314; Nr. 291]*. Lecto igitur huiusmodi procuratorio dictus magister Johannes nomine domini archiepiscopi Bremensis petivit copiam procuratorii et terminum ad examinandum ipsum procuratorium et deliberandum, an predictus Nicolaus virtute prefati procuratorii esset admittendus. Quo facto prenominatus Nicolaus legit quandam cedulam, cuius tenor de verbo ad verbum erat talis:

In nomine Domini amen. Coram vobis discretis viris dominis magistro Johanne Parvo, Francisco Doneldey canonico Bremensi, Boltone canonico Buccensi, Johanne rectore ecclesie in Borchvelde et Borchardo Lupi clerico ego Nicolaus Decani perpetuus vicarius in ecclesia Hamburgensi procurator honorabilium virorum dominorum canonicorum et capituli ac clericorum eiusdem Hamburgensis ecclesie protestor, quod pecii et peto me admitti ad presentiam reverendi patris domini Johannis archiepiscopi Bremensis ad proponendum exceptiones quasdam et ad explendum et faciendum alia mihi ab eisdem dominis meis iniuncta coram eodem domino, et quia non admittor et mihi interdicitur ad excipiendum accessus ad ipsum, predicta coram vobis personis publicis et aliis hic presentibus in continenti faciam et explebo petens et requirens a vobis domino Boltone canonico Buccensi publico auctoritate papali notario sub debito vestri officii, quatenus super eo, quod ad presentiam dicti domini archiepiscopi non admittor, super exceptionibus proponendis et super omnibus et singulis, que coram vobis in continenti proponam et explebo, mihi conficiatis publicum instrumentum. Et super hiis omnium astantium hic duxi testimonium invocandum. Coram vobis reverendo patre domino Johanne sancte Bremensis ecclesie archiepiscopo ego Nicolaus Decani perpetuus vicarius in ecclesia Hamburgensi procurator honorabilium virorum dominorum canonicorum et capituli ac clericorum eiusdem Hamburgensis ecclesie excipiendo propono contra litteras, que continere videntur graciam vobis ab apostolica sede concessam, quod compellere possitis capitulum ecclesie Hamburgensis et clericos eidem subiectos ad solvendum vobis moderatum subsidium, quod virtute earum procedere non potestis, quia sunt impetrate suggesta falsitate et tacita veritate, quibus expressis vel eciam non suggestis litteras huiusmodi nullatenus obtinuissetis. Propter quod nulla vobis ex eis competere potest cohercio seu alias est iurisdictio attributa. Subticuistis enim veritatem non faciendo mencionem in earum impetratione, quod inter vos et predictos lis pendet apud sedem apostolicam super eo, utrum decima fructuum et proventuum ecclesiasticorum beneficiorum moderatum subsidium censeri debeat sive immoderatum debeat reputari, et quod causa appellacionis

vestre pendet apud eandem sedem, quam, ut asseritis, procurator vester interposuit de impenso pretactis absolutionis beneficio ad cautelam de quibusdam sentenciis, quas vos in eos asseritis protulisse. Preterea obticuistis, quod in Stadis oblata fuit vobis certa et competens summa pecunie nomine subsidii moderati, item exprimendo, quod excommunicationis in quasdam personas capituli et suspensionis in quasdam et in Hamburgensem ecclesiam interdicti protulissetis sentencias, a quibus post lapsum decendii appellatum fuisset, ut asseritis. Tacuistis, quod ante exhibitionem litterarum apostolicarum factam Bremensi capitulo continentium provisionem vobis factam de archiepiscopatu Bremensi in processus illos de facto, cum de iure non potueratis, prorupistis, a quibus eciam ex superhabundanti infra decendium et ante conditionum existentiam extitit provocatum, pretextu cuius vestri processus sunt nulli et ipso iure irriti penitus et inanes. Preterea salva vestra reverencia suggessistis falsitatem dicendo, quod capitulum ecclesie Hamburgensis et quidam clerici sibi subiecti subsidium prefatum solvere contumaciter contempserunt, quamvis a vobis super hoc cum instantia requisiti et moniti pluries extitissent. Pluries enim a vobis requisiverunt, quod ab immoderato cessantes moderatum reciperetis subsidium, quod et vobis in parata et competenti summa pecunie obtulerunt, ut premittitur, sed recipere renuistis. Quas exceptiones per vos admitti peto et offero me probaturum easdem vel saltem tot ex eis, quot pro mea intentione videbuntur sufficere coram competenti iudice, in quem paratus sum consentire in continenti coram vobis, cum sitis predictis capitulo et clero suspectus, ex eo, quod ipsi a vobis super huiusmodi negocio appellarunt, cuius appellacionis causa nondum est sopita, et preterea ex eo, quod et causa appellationis vestre pendet, ut premittitur, et quia ius vobis in causa propria dicere non potestis, petens instanter, quatenus processus, quos pretextu predictarum litterarum fecistis de facto, cum de iure subsistere non valeant, revocetis. Facta sunt hec Breme, hora tercia, in palatio domini archiepiscopi Bremensis, presentibus discretis viris magistro Johanne Parvo, Francisco Doneldey canonico Bremensi, Johanne rectore ecclesie in Borchvelde, Borchardo Lupi clerico et aliis pluribus fide dignis.



Et ego Erkenboldus dictus Bolto clericus Bremensis diocesis publicus auctoritate apostolica notarius, quia predictis omnibus una cum supradictis testibus interfui, omnia predicta fideliter exemplavi et in publicam formam redegi meoque signo consueto signavi rogatus.

Original, Pergament. Rückaufschrift (14. Jahrh.). Exceptiones pro parte canonicorum et capituli Hamburgensis prepositure coram[a] officiali archiepiscopo[a] anno Domini MCCCXIII, XV. die mensis Februarii.

a—a) *Später hinzugefügt.*

293.

Ludolf Grimmeke verpfändet Herrn Bertram Schele ein Stück Land im Gorieswärder. — [1314 Februar 27].

Ludolphus Grimmeke obligavit domino Bertrammo Lusco unum frustum agrorum apud domum suam ad orientem pro XXV marcis denariorum, quod infra tres annos non potest reemere, nisi in favore eius poterit obtinere; revolutis eisdem tribus annis, ipsum frustum non nisi in festo sancti Petri ad kathedras reemere [potest]. Ortum adiacente[m], quando ipsum personaliter seminari facere vult, optinebit, aliter non. Actum feria quarta post Invocavit.

Liber contractuum fol. 17 b.

294.

Die Bischöfe Burchard von Lübeck, Gottfried von Schwerin, Marquard von Ratzeburg nebst ihren Kapiteln vereinigen sich mit dem hamburgischen Domkapitel gegen die Übergriffe des Erzbischofs von Bremen. — Lübeck, 1314 März 2. (Datum et actum Lubeke, sexto nonas Martii, MCCCXIV.)

Original nicht mehr vorhanden. Regest in dem von Daniel Clandrian angefertigten „Protocol der auss den Schwerinschen Stiffts-Brieffen Anno 1603 gemachten Extracten" im Mecklenb. Geh. und Hauptarchiv zu Schwerin (vgl. Mecklenb. UB. I, S. XVIII). In diesem, im Mecklenb. UB. VI, Nr. 3678 abgedruckten Regest heißt es: . . . voreinigen sich, nachdem h. Johannes, Ertzbischoff zu Bremen, ihre Stiffte durch einen seinen Vicarium visitiren lassen, und derselb uff Bepstlich indult, doch ubermessig und mehr, alss dasselbige vermag, von ihnen und ihren Underthonen an barem gelde empfangen und genommen, das sie es ungestritten nicht passiren lassen konnen, Alss wollen sie in disen und anderen darauss vermuttlich erfolgenden beschwerungen bey einander stehen und uff gemeinen Unkosten die Sachen befurdern.

295.

Die vom Erzbischof von Bremen bestellten Zehntensammler für das Heilige Land weisen die von ihnen mit der Einziehung in der hamburgischen Propstei beauftragten hamburgischen Domherrn an, die Hälfte des diesjährigen Zehnten am kommenden 1. April einzufordern. — Bremen, 1314 März 17.

Fredericus decanus, magister Borchardus Grello et Franciscus dictus Doneldey canonici ecclesie Bremensis, collectores decime Terre Sancte auctoritate apostolica deputati honorabilibus viris et discretis Brunoni cantori, Henrico thesaurario et Hermanno de Helegenstede canonicis ecclesie Hammenburgensis salutem in Domino sempiternam. Rogamus et exhortamur vos ac nichilominus in virtute sancte obediencie vobis districte precipiendo mandamus, quatinus eodem modo, quo decimam in kalendis Octobris a clericis beneficiatis in prepositura Hamburgensi existentibus collegistis, ita dimidietatem eiusdem decime in kalendis mensis Aprilis nunc proxime venturis iuxta continenciam apostolicarum vobis traditam litterarum fideliter recipiatis et colligatis ab eisdem. Datum Breme anno Domini MCCCXIIII, die dominica, qua cantatur Letare Jherusalem.

Original, Pergament, mit den anhängenden beschädigten Siegeln des Dekans und des Domherrn Franz Doneldey; das Siegel des Borchard Grello ist nicht mehr vorhanden. Rückaufschrift (15. Jahrh.): Super decima colligenda.

296.

Notariatsinstrument über die in der Streitsache zwischen dem Erzbischof von Bremen und dem hamburgischen Domkapitel im Namen des letzteren von Nicolaus Decani am 20. Februar 1314 eingelegte Appellation und die nach Zurückweisung der Appellation durch den Erzbischof erfolgte Exkommunikation des Dekans und der Domherren der hamburgischen Kirche. — Bremen, 1314 März 20.

In nomine Domini amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCXIIII, vicesimo die mensis Februarii, indictione duodecima, pontificatus sanctissimi patris domini Clementis pape quinti anno nono constitutus in presentia honorabilis viri magistri Johannis Parvi canonici Bremensis auditoris causarum reverendi patris domini Johannis archiepiscopi Bremensis, mei notarii et testium subscriptorum Nicolaus Decani presbiter procurator honorabilium virorum capituli ac clericorum ecclesie Hamburgensis quandam appellationem in scriptis interposuit sub hac forma:

In nomine Domini amen. Ego Nicolaus Decani perpetuus vicarius in ecclesia Hamburgensi, procurator honorabilium virorum dominorum canonicorum et capituli ac clericorum eiusdem Hamburgensis ecclesie cognoscens, quod, cum aliquis dicit sibi a sede apostolica aliquam gratiam esse concessam, de litteris gratiam continentibus tenetur fidem facere oculatam, alioquin non est obtemperandum vel parendum seu credendum aliquatenus sic dicenti, considerans eciam, quod, cum alicui concessum est tantummodo petere moderatum subsidium et compellere non solventes, ille, cui hoc est concessum virtute talis concessionis auctoritate propria extorquere non potest decimam partem omnium reddituum et proventuum ecclesiasticorum beneficiorum, tamquam sibi specialiter decimarum extorsio sit concessa, sed contentus esse debet in eo, quod vel partibus convocatis et tractatu cum eis habito moderatum reputatum fuerit concorditer seu saltem declaratum per arbitrium boni viri considerans eciam, quod, quando incumbit alicui prelato necessitas petendi subsidium a clericis sibi subiectis ad recuperandum ecclesie sue possessiones deperditas, ante omnia oportebit ipsum suum proprium evacuare erarium et a membris suis principaliter subsidium exigere et exactum recuperationi impendere, ut postmodum decencius subsidium petat ab aliis, quos recuperatio talium possessionum principaliter non contingit, et sciens preterea, quod, cum contra aliquos littere apostolice sunt obtente, tales, quorum interest, vocandi sunt et admittendi ad excipiendum legitime contra huiusmodi litteras, si eis exceptiones competere dinoscuntur: que non attendentes nec servantes vos, reverende pater, domine Johannes, sancte Bremensis ecclesie archiepiscope, qui dicitis vobis a sede apostolica esse concessum ex speciali gratia, quod possitis capitulum Hamburgensis ecclesie et clericos eidem subiectos compellere, ut ad recuperandum possessiones et munitiones Bremensis ecclesie caritativum subsidium vobis solvant, immo non exhibitis litteris originalibus huiusmodi gratiam continentibus neque de eis oculata fide facta, sed tantum sub sigillo vestro quibusdam litteris seriem gratie, quam vobis

factam esse dicitis, continentibus in Hamburgensi ecclesia per quendam vestrum nuncium lectis, excedentes fines tenoris eiusdem gratie, si vobis in veritate sit concessa, recedentes a postulatione moderati subsidii et cum predictis tractatu non habito de subsidii moderamine neque declarato moderamine per boni viri arbitrium precise ad solutionem decime, que ex variis causis non modice moderamen excedit, erario eciam vestro nondum evacuato et a vestro Bremensi capitulo competenti subsidio non recepto, sed ipso capitulo expresse a solutione subsidii relevato in ipsius Hamburgensis ecclesie canonicorum et cleri sibi subiecti preiudicium et gravamen, canonicos et capitulum ac clericos ecclesie Hamburgensis preclusa minus iuste ipsis via ad proponendum exceptiones contra predictas litteras, eciam si essent exhibite, compellere nitimini per excommunicationis, licet in terminum adhuc venturum, in singulares canonicos et cleri quemlibet et suspensionis in ipsum capitulum ac in ipsam Hamburgensem ecclesiam interdicti vestras sententias de facto pro vestre voluntatis libito promulgatas ipso iure viribus vacuas irritas et inanes, cum tamen, etsi litteras predictas protulissetis in lucem, nulla vobis ex eis competere posset cohertio seu iurisdictio, tamquam suggesta falsitate et veritate tacita impetratis. Subticuistis enim veritatem non faciendo mentionem in earum impetratione, quod inter vos et predictos lis pendet apud sedem apostolicam super eo, utrum decima fructuum et proventuum ecclesiasticorum beneficiorum moderatum subsidium censeri debeat sive immoderatum debeat reputari, et quod causa appellationis vestre pendet apud eandem sedem, quam, ut asseritis, procurator vester interposuit de impenso pretactis absolutionis beneficio ad cautelam de quibusdam sententiis, quam vos in eos asseritis protulisse. Preterea obticuistis, quod in Stadis oblata fuit vobis certa et competens summa pecunie nomine subsidii moderati, item exprimendo, quod excommunicationis in quasdam personas capituli et suspensionis in quasdam et in Hamburgensem ecclesiam interdicti protulissetis sententias, a quibus post lapsum decendii appellatum fuisset, ut asseritis. Tacuistis, quod ante exhibitionem litterarum apostolicarum factam Bremensi capitulo continentium provisionem vobis factam de archiepiscopatu Bremensi in processus illos de facto, cum de iure non potueratis, prorupistis, a quibus eciam ex superhabundanti infra decendium et ante conditionum existentiam extitit provocatum, pretextu cuius vestri processus sunt nulli et ipso iure irriti penitus et inanes. Preterea salva vestra reverentia suggessistis falsitatem dicendo, quod capitulum ecclesie Hamburgensis et quidam clerici sibi subiecti prefatum subsidium solvere contumaciter contempserunt, quamvis a vobis super hoc cum instantia requisiti et moniti pluries extitissent. Pluries enim a vobis requisiverunt, quod ab immoderato cessantes moderatum reciperitis subsidium, quod et vobis in parata et competenti summa pecunie obtulerunt, ut premittitur, sed recipere rennuistis. Item cum ad proponendum exceptiones huiusmodi coram vobis peterem me admitti, vos me excludendo a vestra presentia dictas exceptiones admittere non curastis, licet super hiis coram personis publicis propositis in pluribus terminis dilatoriis, quos sub deliberationis velamine pro vestro beneplacito volebatis habere secundum assertionem magistri Johannis Parvi canonici Bremensis auditoris vestrarum causarum, vestrum responsum fuisset per me fatigatum pluribus expensis et laboribus diucius expectatum. Cum in premissis Hamburgense capitulum et singulares canonicos ac ipsam Hamburgensem ecclesiam et clerum sibi subiectum gravaveritis indebite, pro ipsis nomine procuratorio ad sedem apostolicam in hiis scriptis provoco et appello et apostolos mihi instanter instantius ac instantissime dari peto supponens ipsos statum bona et quelibet iura eorum protectioni sedis eiusdem. Interposita est hec appellatio Breme in palacio domini archiepiscopi Bremensis presentibus discretis viris magistro Johanne dicto Parvus Bremensis, Ludolfo dicto Grove, magistro Johanne de Campo Hamburgensis ecclesiarum canonicis, Martino de Hudha, Augustino de Osta militibus et aliis pluribus fide dignis.

Hanc igitur appellationem precepit michi notario reverendus pater dominus Johannes archiepiscopus Bremensis sibi portare et dixit, quod apostolos convenientes infra tempus debitum vellet dare. Anno igitur Domini MCCCXIIII, vicesimo die mensis Marcii, idem dominus . . archiepiscopus presentavit michi apostolos infrascriptos:

In nomine Domini amen. Nos Johannes miseratione divina sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus attendentes, quod iam dicta appellatio, si appellatio dici possit, secundum omnes clausulas suas manifestam continet falsitatem. Nam cum primo dicitur, quod nos de gratia nobis facta fidem non fecerimus oculatam, falsum suggeritur, quia magister Johannes dictus Parvus Bremensis, Ludolfus Hamburgensis et Bolto Buccensis eciam auctoritate sedis apostolice publicus notarius ecclesiarum canonici de mandato nostro presentibus decano et pluribus personis de capitulo Bremensi publice tenuerunt in manibus et exhibuerunt Nicolao Decani procuratori et magistro Johanni de Campo canonico ecclesie Hamburgensis litteras sedis apostolice bullatas prefatam gratiam continentes, quamvis ipsas inspicere vel recipere non curarint. Preterea falsum exprimitur, cum dicitur, quod in causa propria fuissemus moderatores subsidii moderati nomine decime nuncupati et quod debito tractatu non prehabito pecierimus huiusmodi subsidium nobis dari nolentes super hoc habere recursum ad arbitrium boni viri, quantum dici debeat subsidium moderatum. Nam prehabito diligenti tractatu cum . . decano et capitulo metropolitane ecclesie Bremensis, universo clero dicte diocesis consentiente et in nullo contradicente, sed voluntarie dictam decimam exsolvente, . . preposito et capitulo Hamburgensi dumtaxat exceptis, decretum fuit ab omnibus solutionem decimarum de redditibus et obventionibus ecclesiasticis universis unius anni esse moderatum subsidium, habito respectu ad necessitatem ecclesie Bremensis ad exinanitionem extreme virtutis propter hostiles incursus et invasiones tyrampnicas tunc deducte, presertim cum ecclesia tunc temporis erarium non habuerit et sit notorium, quod ecclesia tempore adventus nostri multipliciter ere gravata fuerat alieno ac pro castris ecclesie redimendis et pro invasoribus ecclesie reprimendis ultra quotam pecunie solute nomine subsidii magnam pecuniam expendere nos oporteret. Nec dicere possunt, canonicos metropolitane[a] ecclesie supportatos esse a solutione subsidii moderati, cum pro redemptione opidi Wildeshusen trecentas marcas et amplius se asserant persolvisse. Insuper cum dicitur, quod vocandi sunt, quorum interest, dum super aliqua re contra aliquos littere apostolice impetrantur, ne competentibus exceptiones contra ipsas excipiendi aditus precludatur et ex hoc concludere videantur, quod ipsis non vocatis sublata sit eisdem excipiendi facultas, falsum astruere


a) *Or.* metropolitate.

convincuntur, cum totus tenor litterarum papalium sub sigillo nostro maiori de verbo ad verbum et per publicum instrumentum notificatus fuerit memoratis . . preposito et capitulo Hamburgensi et demum coram magistro Johanne dicto Parvus causarum nostrarum auditore procurator eorum nobis egrotantibus exceptiones proposuerit, quas volebat. Nec valet, quod dicitur dictas litteras tacita veritate et suggesta falsitate nos a sede apostolica impetrasse, cum de lite pendente et de absolutione indebite concessa necnon de processibus habitis et de appellationibus hinc inde interpositis dominus apostolicus in litteris nobis concessis expressam faciat mentionem. Nec predictos . . prepositum capitulum et clerum sibi subiectum relevat, quod negant nos litteras provisionis nostre de archiepiscopatu Bremensi in adventus nostri principio ostendisse et se a nostris sententiis post lapsum decendii appellasse, cum certo sit cercius magistrum Andream de Dacia huiusmodi provisionis litteras in adventu nostro publice in manibus tenuisse et ad ecclesiam metropoliticam eodem tempore deportasse et per litteras apostolicas de provisione nostra sufficientem fecimus certitudinem omnibus prelatis et canonicis supradicte metropolitane ecclesie, qui nostre receptioni voluerunt et potuerunt commode interesse. Ex datis eciam sentenciarum nostrarum et appellationis per eosdem . . prepositum et capitulum interposite evidenter apparet ipsos post lapsum decendii appellasse. Insuper falsitas exprimitur, cum dicunt se nobis moderatum subsidium obtulisse. Nam nobis quandam summam pecunie modicam, non tamen paratam, ut dicunt, spoponderant se daturos, dummodo sententias, quarum occasione notam irregularitatis incurrerant, pronunciare vellemus penitus esse nullas. Nec conqueri possunt iidem . . prepositus capitulum et clerus sibi subiectus exceptiones eorum frivolas admissas non fuisse, cum propter earum manifestam falsitatem non fuerint admittende, etsi, quod non creditur, vise fuissent colorem iuris aliqualiter habuisse. Super ipsis admittendis vel non admittendis noluerunt a nobis tunc graviter egrotantibus et per magistrum Johannem mandato nostro et nomine deliberationem petente, responsum iustum et legitimum expectare. Cum igitur appellationibus frivolis ius non deferat, communicato peritorum consilio advertentes, quod ipsi . . prepositus et canonici hanc appellationem malitiose et frustratorie proponunt ad ecclesiasticam correctionem eludendam, cum excessus eorum per rei evidentiam, que nulla potest tergiversatione celari, sint notorii, predicte appellationi tamquam frivole, imo pocius nulle non deferimus, sed eam omnimode refutamus, nec eos ab examine nostri iudicii dimittimus, sed nec a sententiis per nos prius latis in eos vel in aliquem eorum recedimus, sepedictos . . prepositum et canonicos eorum exigente contumacia manifesta et notoria, utpote qui nec sancte Romane sedis mandato nec nostro eiusdem sedis auctoritate eis facto obedire volunt, monitione legitime premissa excommunicamus in hiis scriptis et excommunicatos publice denunciamus propter raciones et causas superius assignatas et alias assignandas. Et tibi Bolto Buccensis ecclesie canonico auctoritate sedis apostolice publico notario mandamus presentes apostolos predictis Hamburgensibus vel eorum procuratori offerre et dare in formam publicam redigendos.

Facta est huiusmodi apostolorum exhibitio mihi notario infrascripto in palatio[a] domini archiepiscopi Bremensis, presentibus discretis viris dominis Thiderico archidiacono Hadhe-

a) *Or.* palitio.

lerie, Hermanno preposito Wildeshusensi, magistro Borchardo, magistro Johanne dicto Parvus canonicis ecclesie Bremensis et aliis pluribus fide dignis, anno et die prenotatis.



Et ego Erkemboldus dictus Bolto clericus Bremensis diocesis publicus auctoritate apostolica notarius, quia premissis omnibus una cum supradictis testibus interfui, de mandato reverendi patris domini Johannis archiepiscopi Bremensis presens instrumentum fideliter conscripsi et in publicam formam redegi meoque signo consueto signavi ac Nicolao rectori ecclesie in Crempa procuratori . . prepositi et capituli Hamburgensis in ecclesia Bremensi ipsum pro apostolis tradidi, presentibus discretis viris dominis Bertoldo sancte Marie, Weremberto sancti Pauli extra muros Stadensis et Bremensis monasteriorum abbatibus, Ottone decano sancti Willehadi, Meynardo decano sancti Anscharii Bremensis et aliis pluribus testibus fide dignis ad hoc vocatis specialiter et rogatis, anno et die supradictis.

Original, Pergament. Rückaufschrift (14. Jahrh.): Peticio apostolorum et apostoli dati per archiepiscopum [Bremensem][a] in causa Hamburgensi anno Domini MCCCXIII, XX. die mensis Februarii, *später hinzugefügt:* 1314, *und noch später (17. Jahrh.):* pro decima colligenda in subsidium Papae.

297.

Graf Adolf von Holstein verkauft dem Kloster Harvestehude verschiedene Ländereien und Gefälle in der Wedeler Marsch und Geest nebst einer Fischereigerechtigkeit, die er von den Brüdern Reymar und Hasso von Wedel gekauft hat. — Frauental, 1314 April 5.

Nos Adolphus Dei gratia comes Holtsacie, Stormarie et in Scowenborch omnibus, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, volumus esse notum, quod nos . . preposito domino Johanni et abbatisse et conventui in Valle Virginum vendidimus in pallude Wedele XXI iugera et curiam, que pomerium nuncupatur, et duos mansos[b] in arido, in molendino in eadem villa XI marcarum redditus annuatim cum situatione, que Hop dicitur, ghest adiacens ville Ghemedeshude cum curia Johannis Spirland, sex iugera adiacentia ville Lith et unum chorum avene cum XIIII hemeten grunthure in eadem villa et piscaturam, quam emimus de Reymaro milite et Hassone fratribus dictis de Wedele, pro sexcentis marcis Hamburgensium denariorum quiete et pacifice possidenda, tali addita condicione, quod predicta bona in festo beati Johannis baptiste pro pecunia tanta, videlicet pro sexcentis marcis denariorum, reemere poterimus, dum nobis visum fuerit expedire. Quam reemptionem si isto modo in festo prenotato non faceremus, extunc dicta ecclesia censu et fructu sequentis anni integraliter perfruetur. Et si defectum aliquem in bonis predictis habuerint vel receperint, huiusmodi defectum in aliis bonis nostris eis supplebimus, ad quod nos tenore presentium obligamus. Huius rei testes sunt Bertrammus Kule, Johannes dictus Ryke fratres et milites et Alardus rector ecclesie in Wedele et alii quamplures fide digni. Datum et actum in Valle Virginum, anno Domini MCCCXIIII, sexta feria parasceve.

a) *Schriftzüge verlöscht.* b) *Abschrift:* mansus.

Abschrift im Harvestehuder Kopialbuche fol. 10b. Überschrift: Item de bonis in Wedele sitis. Die Abschrift ist durchstrichen und auf fol. XXIX mit unwesentlichen Abweichungen unter der Überschrift De Wődele wiederholt.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 292; Nachricht von der eigentlichen Bewandniss des so genannten Schauenburgischen Hofes in der Stadt Hamburg u. s. w. (1734), S. 28, im Auszug.

298.

Die Predigerbrüder zu Hamburg beurkunden ihre mit dem Hamburger Rat geschlossene Vereinbarung über die Errichtung einer Mauer und verschiedener anderer Baulichkeiten. — 1314 April 7.[1]

Universis presentia visuris seu audituris prior et conventus fratrum predicatorum civitatis Hamburgensis orationes in Domino salutares. Noverint universi tam presentes quam posteri, quod cum specialibus amicis nostris consulibus civitatis Hamburgensis predicte concordavimus et convenimus in hunc modum: Primo edificare debemus murum iuxta Alstriam a via, que ducit ad domum carnificum, usque ad cerdones, ubi curia nostra finem habet. Qui quidem murus equalis et rectus esse debet et a terra in altum viginti pedes ad minus, in latum apud terram tres pedes cum dimidio et in summo duos pedes undique continere. In fine autem curie nostre apud dictos cerdones edificabimus unam turrim, quam ad usus nostros habebimus, que etiam inferius apud terram intra muros latitudinem decem pedum habeat et a terra altitudinem triginta pedum, et hanc turrim superius trabibus et lignis construi facient consules supradicti. Preterea prefatum murum et turrim sine expensis civitatis perpetuo facere et reficere debemus, quantumque et quotienscunque fuerit oportunum. Insuper dormitorium nostrum, domum hospitum, domum infirmorum, domum pistorum, braxatorum et coquinam licite facere possumus super ipsum murum, non tamen ad aquam edificia aliqua transponendo, sed dormitorium nostrum predictum foris murum ad Alstriam posse extendi habebimus in longitudine decem pedum. Ubicunque etiam ex muro fenestras facturi fuerimus, ibi murus infra fenestras a terra decem et novem pedum altitudinis debet esse, infra tamen si quas fenestras faciemus, hoc fiat cum consensu et consilio civitatis. Item fenestras ferramentis ita formabimus et muniemus, ne ex ipsis dampnum aliquod nobis et civitati valeat pervenire. Item trans murum unam cameram videlicet necessariam habere possumus ad extentionem decem pedum, alias vero cameras necessarias[a] in muro faciemus, quotquot necessarie nobis erunt. In omnium vero testimonium premissorum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini MCCCXIIII, in festo pasche.

Gedruckt: Staphorst, Hamb. Kirchengesch. I 2, S. 672, ohne Angabe, ob nach dem Original. Letzteres wird in einem gegen die Mitte des 17. Jahrhunderts aufgenommenen Verzeichnis der in der Trese auf dem Rathause aufbewahrten Dokumente als noch vorhanden genannt, ist aber jetzt nicht mehr aufzufinden.

Verzeichnet: Schütze, Chron. Verz. Nr. 24; C. F. Gaedechens, M. Gensler und K. Koppmann, Das St. Johannis-Kloster in Hamburg, S. 122.

a) *Staphorst* necessariorum.

1) Über diesen und den folgenden Vertrag vgl. Ztschr. f. hamb. Gesch. VII, S. 112, 236, und das oben angeführte Werk über das St. Johannis-Kloster S. 17, 41, 63.

299.

Die Minoriten zu Hamburg beurkunden ihre mit dem Hamburger Rat geschlossene Vereinbarung über die Errichtung einer Mauer und verschiedener anderer Baulichkeiten. — 1314 April 7.

Universis presentia visuris vel audituris nos frater Gerhardus de Stura custos, frater Hermannus de Kurbeke gardianus ceterique fratres ordinis minoris in H[amborch] facimus manifestum, quod cum amicis nostris karissimis dominis consulibus civitatis H[amburgensis] concordavimus et convenimus in hunc modum: Primo edificabimus murum apud Alstriam a propugnaculo ligneo usque ad viale cerdonum, ubi nostra curia terminatur. Super ipsum quoque murum edificabimus licite dormitorium, domum hospitum, domum infirmorum et coquinam, et cum hiis structuris comprehendemus ipsius muri quantum nobis videbitur expedire. Quicquid etiam dicti muri cum structura predictorum sic comprehendimus, ibi murus habebit ad minus pedum altitudinem quadraginta. Hinc vero et inde per totum murus erit directus et linearis et habens ab aqua sursum viginti pedes in altum, in latum vero iuxta terram tres pedes cum dimidio, in medio duos pedes cum dimidio et in summo duos pedes. Habebimus etiam posse extendendi dormitorium nostrum a sepe nostra lignea ad Alstriam in longitudine decem pedum. Omnes etiam fenestras structure nostre ferramentis sic firmabimus et muniemus, ne ex eis dampnum aliquod civitati valeat provenire. Item in fine curie nostre iuxta dictum viale cerdonum edificabimus munitionem quandam circumducendo murum velut arcus, quem rundel nominamus, que in dimensione latitudinis decem pedes et triginta pedes altitudinis conservabit. Huic quoque rundel ipsi consules suis sumptibus tignas(!) facient superponi, sed ipsam habebimus nostris usibus assignatam. Item in curia nostra, ubi nunc Thitmarus habitavit, edificare possumus domum procuratricis nostre, in qua ipsa solum cum duabus vel tribus ancillis suis morabitur, que sustententur de cibis fratrum et opus faciant eorundem, nullis tamen aliis manentibus seu morantibus in eadem, sed Thitmarus predictus cum una procuratrice in ea maneat, si vult, temporibus sue vite. Ex ipsa etiam domo, si quas fenestras facturi fuerimus ad aquam protendentes, ibi semper murus debet decem et novem pedum altitudinem continere. Item duas officinas, videlicet duas cameras privatas, faciemus, unam trans murum et aliam in muro, sine tamen nocumento civitatis. Item [nullam][a] nisi unam portam ex muro ad aquam habere debemus, quam faciemus, ubi nostre placuerit voluntati. De Alstria tamen aquam ducemus in predictam domum procuratricis per aqueductum, qui syl vulgariter poterit nominari. Insuper nos et nostri successores prefatum murum servabimus in perpetuum ab uno fine in alium cum predicto rundel, hoc est, a propugnaculo ligneo usque ad viale cerdonum, et reparabimus, quicquid reparandum est in eis, nostris propriis expensis et sumtibus, quandocunque et quotiescunque necesse fuerit in futurum. Hac autem de causa a predictis consulibus recepimus quadringentas marcas denariorum monete H[amburgensis] et infra tres annos ex nunc proximos ipsum murum debemus omnimodis consummare. In omnium vero testimonium premissorum presenti scripto sigilla nostra, videlicet custodie gardiani et conventus, de omnium nostrum consensu et beneplacito sunt appensa. Datum et actum anno Domini MCCCXIV, in festo pasche.

a) *Staphorst* nova.

Gedruckt: Staphorst, Hamb. Kirchengesch. I₂, S. 686, ohne Angabe, ob nach dem Original. Danach hier wiederholt. Das Original wird, wie das der vorigen Urkunde, in dem gegen die Mitte des 17. Jahrhunderts aufgenommenen Verzeichnisse der Tresenurkunden genannt, ist aber gleichfalls nicht mehr vorhanden.
Verzeichnet: Schütze, Chron. Verz. Nr. 242.

300.

Der Rat von Hamburg überträgt den Turm auf Neuwerk auf zwei Jahre an Nikolaus von Luneborg. — 1314 April 7.

Notandum, quod Nycolaus de Luneborg recepit turrim supra Novam O ad duos anno[s]. Pro quolibet anno dabuntur eidem CC marce denariorum, C in pascha et C in festo beati Mychaelis. Ipsam quoque turrim tenebit cum X viris valentibus, ita quod hiidem X viri numquam recedent ab eadem. Fossatum vero si quod fractum fuerit circa turrim, hoc reficiet cum suis hominibus dictus Nycolaus. Si vero fossata plura et tam magna fierent circa turrim, quod cum suis hominibus reformare nequiret, tunc pro illis, quos sibi in auxilium mitteremus, faciemus sibi, que consona fuerint rationi. Preterea dictus Nycolaus ad hoc se obligavit, quod ad nos venire et de turri eundo alias non debet, nisi a nobis habita licentia super eo et prius nobis significaret. Et posito, quod mediante nostra licentia ad nos veniret, tunc, quando sibi redditum imponeremus, inmediate iter arripiet redeundo. Actum anno Domini MCCCXIIII, in pascha.

Liber de hortis venditis fol. 16.
Gedruckt: K. Ferber, Der Turm und das Leuchtfeuer auf Neuwerk, Ztschr. für hamb. Gesch. XIV, S. 36.

301.

Heinrich Blomenberch verläßt Bertram Schele ein ihm von Hermann und Konrad Steding verpfändetes Stück Land auf der Insel Gorieswärder. — [1314 April 7].

Hinricus Blomenberch resignavit et dimisit domino Bertrammo Lusco unum frustum agrorum situm in Grogeswerder spectans a Ludolpho Grimmeken pro XXX marcis denariorum. Quod quidem frustum ipsi Hinrico Hermannus et Conradus dicti Stedyng obligaverunt pecunia pro eadem. Preterea idem Bertrammus habebit idem ius in obligatione dicti frusti, quod habebant prius Hermannus et Conradus supradicti, sicut ex registro debitorum[1] haberi poterit evidenter. Actum in pascha.

Liber contractuum fol. 16.

302.

Teilungsvertrag zwischen den holsteinischen Grafen Adolf VI, Gerhard IV und Junker Henneke (Johann III).[2] — Hamburg, 1314 April 14.

In Godes namen amen. Umme gut, dhat greve Alf van Scowenborch, greve Gerhart unde iuncherre Henneke undertwischen noch delen scolden, is ghedeghedingget, also hir

1) *D. h. dem Liber pignorum et pactorum, s. Nr. 198.*
2) *Gerhard IV verkaufte am 7. Juni 1314 seinen gesamten Besitz an seinen Bruder Henneke (Johann III). Vgl. die betreffenden Urkunden vom 7. und 8. Juni 1314, 28. April 1315, Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. und Urk. III, Nr. 296, 297, 313.*

na ghescreven is: Dhat greve Alf van Scowenborch aflet van aller dele unde van aller ansprake, dhe he hadde unde dhe eme boeren mochte in dher Nygenstat to dher Crempen, in dhem torne to Travenemunde unde in dhem kerspelde, wat he dhar an hadde, echter in dhem kerspelde under dhem torne to sunte Nyclawese to Lubeke, echter wat he hadde in dhem tolende uppe dher Travene, echter wat he hadde in dhem kerspelde to dhem Sconenbornen, echter wat he hadde in dhem kerspelde to Odeslo, echter wat he hadde in dhem hus unde in dhem gude to Arnesvelde, echter wat he hadde in dhem Urwolde unde in dhem verdhendele dher heydhe to Segheberghe unde van dhem vi, echter wat he hadde in dhem Bôle. Vorthmer to dhessen voresegheden stucken hevet greve Alf ghelaten sinen vedderen greven Gerharde unde iuncherren Henneken unde eren rechten erven van sineme eghenen gude, dhat vore sin allene was, dhre dhorp in dhem kerspelde to Odeslo, Nuttekow, Blomendhorpe unde Vosberghen, unde in dhem kerspelde to Berchstede veer dhorp, Woldehorne mit aller schedhe, Smalenbeke mit siner schedhe, Wlveldestorpe, also it sin was, Bunningstede ane ene hove, dhe iu to dhem Woltorpe lach, Woldehorne, wor vore dhat utesteyt. Dhat scal greve Alf ledich unde vry antwerden sinen voresegheden vedderen unde dhar enboven scal greve Alf in geven twehunderet marc Hamborger penningge vor dhit vorbenomede gut. So hevet greve Gerhart unde iuncherre Henneke erem vedderen greven Alve van Scowenborch unde sinen rechten erven wedher ghelaten dhit gut, dhat hir na bescreven is: Wat se rechtes hadden in dhem kerspelde to Wedele, dhat kerspelt to Rellingge mit dhem more ganzliken also it ere was. Wat oc greve Gerhart dhe dhar doth[a] is, dheme Got ghenedhich si, edher dhesse sine sône in dheme kerspelde laten edher utgheset hebbet, dhat scolen se greven Alve erem vedderen ledich unde vry antwerden. Vortmer latet se erem vedderen greven Alve dhat dhorp to Lemsole, Mellingstede, Duventstede, also dhe dhre dhorp in eren schedhen beleghen sin unde also se ere weren, unde vorth up dhe Alstere, dhat scal dhe schedhe dher herscop wesen, men wat mallic in holte unde in erve hadde, dhes scal he[b] bruken, also he vore dede. Vorthmer dhat dhorp to Wokendhorpe, also it an siner schedhe beleghen is; were dhat se in dher schedhe dhesses dhorpes gicht schelenden,[c] so scolde greve Alf unde greve Gerhart uppe dhe schedhe komen unde scolden dhe untwerren, also it vruntlich unde lic were. Vorthmer so hebbet se sich gheschedhen umme dhe ghestliken len aldus, dhat greve Alf van Scowenborch unde sine erven scolen lenen eweliken dhe kerken to Sullevelde unde dhe kerken to dhem Sconenbornen. Dhar wedher scal greve Gerhart unde iuncherre Henneke unde ere erven ewelike[d] lenen dhe kerken to Odeslo unde to Travenemunde unde beholden dhat recht in dher provende[e] to Hamborch, dhe mester Pelegrim[f] nu hevet. Hir mede sint se vruntliken unde lefliken schedhen umme alle ansprake, dhe mallic uppe dhen anderen hadde, van erves unde van gudes weghene. Weret oc also, dhat erer genich gut laten wolde, dhatne scolde he nicht don, hene heddet sinem nagesten[g] erst gheboden. Woldem dhe binnen veer wekenen van dher tit, also he is erst gemanet wert, nicht also vele geven, also en ander man, so mach he na dhen veer wekenen sin gut laten unde vorcopen weme he wel.

a) *B.* dot. b) *Fehlt in B.* c) *B.* scheleden. d) *B.* eweliken. e) *B.* provenda. f) *B.* Pelegrime. g) *B.* nagesten.

Were oc dhat ir genich ervelos storve, dhes gut scolde erven uppe den nagensten. Dhesse dhing sint ghedeghedingget in dhessem beschedhe, oft se iuncherren Henneken lef sin. Weren se eme nicht lef, so scolde greve Gerhart mit sineme dele wulvaren, also hir ghescreven is. Queme he dhar van gemende in genege worren edher in genich beswar umme, dhes scal eme greve Alf helpen unde bistan, dhat he dhar af come. Dhesser dhingge, dhe hir ghescreven sin, tuge sint her Hinric Breyde, her Bertram Kule,[a] her Johan Bot, her Johan dhe Rike, her Reymar van Wedele, her Johan van Gortz, her Johan van Eyslingge, her Johan van dhem Berghe unde Marquart Kattescroch unde manich man anders. Dhesse bref is ghegheven to Hamborch dritteynhunderet iar in dhem verteghedhen iare na Godes bort, in dhem achtedhen daghe na paschen, unde is beingheseghelet mit ingheseghelen greven Alves unde greven Gerhardes dher twyger voreghesegheden herren.

Original, Pergament, im Reichsarchiv zu Kopenhagen, Gemeinschaftliches Archiv. 2 Ausfertigungen: Or. A mit dem lose beiliegenden, beschädigten Reitersiegel des Grafen Adolf; das Siegel des Grafen Gerhard fehlt. Rückaufschriften: 1. (14. Jahrh.) Super divisione bonorum inter comites Gherardum, Adolfum et Johannem *(15. Jahrh.)* et de jure patronatus ecclesiarum Odeslo, Travemunde, Sulvelde unde Schonenborne. *2. (16. Jahrh.)* De jure patronatus tho Travenmunde, Oldesslo, Sulvelde und Schonenborne, *darüber* 1340(!). *3. Caps. XX No. 35 Ex. 4. Sig. depictum. — Or. B mit den anhängenden, beschädigten Reitersiegeln der Grafen Adolf und Gerhard. Rückaufschriften: 1. (14. Jahrh.):* Dit is de bref wo (?) greve Gerd unde juncker Henneke van Holsten unde greve Alf van Schouwenborch hebbet ghedelet ere goet. *2. (von späteren Händen):* N[otandum]; No. 77 *(gestrichen und ersetzt durch* 35*) Caps. XX;* Sigilla depicta. — *Einzelne Abweichungen der beiden Ausfertigungen in der Schreibweise* d *und* dh *sind nicht angemerkt.*

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. US. II, Nr. 31; Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 293, wiederholt aus der US., und noch einmal, Nr. 1066, mit dem falschen Datum 1340 April 23 nach dem Original.

303.

Rat und Gemeinde von Hamburg beurkunden, daß das hamburgische Domkapitel mit ihrem Einverständnis einen Hof bei der St. Petri-Kirche gekauft und ihn der Kirche als Pfarrbesitz geschenkt habe. — 1314 April 20.

Universis presencia visuris vel audituris consules et commune civitatis Hamburgensis salutem et rei geste noscere veritatem. Cum curia quondam Gerhardi Seghewini sita prope ecclesiam beati Petri ad orientem, quam post hec possedit magister Ludolfus bone memorie Hamburgensis ecclesie perpetuus vicarius et cripte deserviens,[1] ad dotem ipsius ecclesie beati Petri, licet non fuerit empta, tamen antiquitus deputata et eadem ecclesia dote carere non possit, honorabiles viri domini Lodewicus prepositus, Bertrammus decanus totumque dicte ecclesie Hamburgensis capitulum utilitatem et commodum omnium parrochialium ipsius ecclesie beati Petri considerantes nobiscum super dicta curia taliter concordarunt, videlicet quod eandem pro sexaginta marcis denariorum comparaverunt et ad dotem donaverunt, ut sit et perpetuo maneat dos ecclesie sancti Petri. Quam eciam dicti domini prepositus decanus et capitulum ac eorum successores vendendi sive

a) *B.* Kuͤle.

1) *Er war am 18. Januar vermutlich dieses 1314. Jahres gestorben. Ztschr. f. Hamb. Gesch. VI, S. 32.*

quocumque alio modo a dote alienandi non habebunt ullam penitus potestatem. Interest tamen hec condicio, ut iurati et parrochiales dicte ecclesie, qui pro tempore fuerint, ipsam dotem seu curiam qualitercumque destructam sive desolatam edificent et reedificent perpetuo, quandocumque et quocienscumque fuerit oportunum. In premissorum vero testimonium et signum perpetuum presens scriptum est sigilli nostri et capituli Hamburgensis predicti munimine roboratum. Sunt eciam huius facti testes domini Bruno cantor et Henricus thesaurarius ecclesie Hamburgensis necnon Johannes dictus Ridder et Bruno de Glovescin consules nostri et una nobiscum plures alii fide digni. Actum et datum anno Domini MCCC quartodecimo, sabbato post Quasi modo geniti.

Original, Pergament, Siegel fehlen, Siegelbänder aus grünen und ehemals roten, jetzt verblichenen Seidenfäden zum Teil erhalten. Auf der Falte: VIII. *Rückaufschrift (14. Jahrh.):* Super dote ecclesie sancti Petri; *darunter (16. oder 17. Jahrh.):* Super curia ad dotem ecclesie s. Petri vendita. 1314. N. 21.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 142, Privilegia civitatum VIII. Überschrift: Super dote ecclesie sancti Petri Hamburgensis.

304.

Das hamburgische Domkapitel beurkundet seine mit der Gemeinde der St. Petri-Kirche unter Zustimmung des Rats von Hamburg geschlossene Vereinbarung über den Ankauf eines Pfarrhofs für die genannte Kirche. — 1314 April 20.

Lodewicus Dei gratia prepositus, Bertrammus decanus totumque capitulum ecclesie Hammenburgensis universis presencia visuris vel audituris in Domino salutem. Cum curia quondam Gerhardi Seghewini sita prope ecclesiam beati Petri ad orientem, quam post hec possedit magister Ludolfus bone memorie ecclesie nostre perpetuus vicarius et cripte deserviens, ad dotem ipsius ecclesie beati Petri, licet non fuerit empta, tamen antiquitus deputata et eadem ecclesia dote carere non possit, nos considerantes commodum et voluntatem amicorum nostrorum dilectorum, consulum videlicet et omnium parrochialium dicte ecclesie, cum eisdem de consensu et beneplacito universorum consulum super dicta curia concordavimus in hunc modum, videlicet quod eandem pro sexaginta marcis denariorum comparavimus et ad dotem donavimus, ut sit et perpetuo maneat dos ipsius ecclesie sancti Petri. Quam eciam nos et nostri successores vendendi sive quocumque alio modo a dote alienandi nullam habebimus penitus potestatem hac tamen condicione adiecta, ut iurati et parrochiales dicte ecclesie, qui pro tempore fuerint, ipsam dotem seu curiam qualitercumque destructam sive desolatam edificent et reedificent, quandocumque et quocienscumque fuerit oportunum. In premissorum vero testimonium et signum perpetuum presens scriptum est sigilli nostri et civitatis Hamburgensis munimine roboratum. Testes eciam huius facti sunt Bruno cantor et Henricus thesaurarius nostre ecclesie necnon Johannes dictus Ridder et Bruno de Glovescin consules Hamburgenses et plures alii fide digni. Actum et datum anno Domini MCCC quartodecimo, sabbato post Quasi modo geniti.

Original, Pergament, mit den an grünen und ehemals roten, jetzt verblichenen Seidenfäden anhangenden Siegeln des Domkapitels und der Stadt. Rückaufschrift: C, *darunter* Z. E., *darunter durchstrichen:* z *oder* 3.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 294.

305.


Notariatsinstrument über das von dem Domherrn Johann von Campe im Namen des hamburgischen Domkapitels dem Vertreter des Vizekanzlers der römischen Kirche übergebene, aber zurzeit zurückgewiesene Gesuch, die Appellationssache des Kapitels gegen den Erzbischof von Bremen einem päpstlichen Auditor zu überweisen. — Carpentras, 1314 April 22.

In nomine Domini amen. Anno eiusdem a nativitate millesimo trecentesimo quartodecimo, indictione duodecima, die vicesima secunda mensis Aprilis, apostolica sede per mortem felicis recordacionis domini Clementis pape V. ad presens pastore carente, in presencia mei notarii et testium infrascriptorum constitutus coram reverendo patre domino Guillelmo Dei gracia episcopo Penestrinensi locum tenente vicecancellarii sancte Romane ecclesie nunc absentis ad recipiendum peticiones super impetrandis auditoribus in Romana curia ipsosque auditores dandum in causis in peticionibus ipsis contentis specialiter deputato discretus vir magister Johannes de Campe canonicus ecclesie Hamburgensis Bremensis diocesis, procurator . . prepositi canonicorum et capituli ac clericorum eiusdem ecclesie Hamburgensis, prout constabat per ipsorum procuratorium, quod ibidem tradidit in manibus dicti domini episcopi cardinalis locum tenentis, presentavit et tradidit eidem quandam peticionis cedulam infrascriptam, petens instanter, supplicans procuratorio nomine dictorum dominorum suorum, quatenus causam seu causas appellacionis seu appellacionum in petitione predicta contentam seu contentas committere dignaretur alicui de auditoribus apostolici palacii, prout in peticionis cedula continebatur eadem. Qui quidem dominus cardinalis respondit et dixit procuratori predicto, quod ad presens sibi concedere non poterat auditorem. Et tunc dictus procurator procuratorio nomine quo supra protestatus fuit, quod sibi et dominis suis prefatis non currant tempora ad prosequendum causam seu causas appellacionis seu appellacionum predictarum et quod sibi et eis nullum in prosecutione cause seu causarum huiusmodi propter mortem felicis recordacionis domini Clementis pape V., qui nuper debitum nature persolvit, preiudicium imposterum generetur neque ad negligenciam imputetur, cum per eum et dominos suos predictos quoad presens non stet, quin huiusmodi causam seu causas, prout tenetur, cum effectu debito prosequatur et auditorem impetraret et habeat super eis, offerens nichilominus nomine quo supra se paratum causam seu causas easdem prosequi, quam cito auditorem super hoc poterit obtinere. Tenor vero dicte peticionis cedule talis est:

Significat sanctitati vestre procurator . . prepositi canonicorum et capituli ac clericorum ecclesie Hamburgensis Bremensis diocesis, quod, cum olim ad supplicacionem procuratoris eorundem causam seu causas appellacionis seu appellacionum pro parte ipsorum interpositarum a quibusdam mandato monicione et processu eisdem per reverendum patrem dominum Johannem archiepiscopum Bremensem factis super solucione decime partis fructuum reddituum et obvencionum beneficiorum suorum ecclesiasticorum per eos eidem archiepiscopo facienda et a sentenciis excommunicacionis in prepositum cantorem et scolasticum et suspensionis in capitulum dicte ecclesie ac interdicti in dictam ecclesiam occasione dicte decime per eundem archiepiscopum, ut dicitur, de facto probatis ac negotii principalis seu negotiorum principalium et nullitatis ac nullitatum earundem sentenciarum

communiter et divisim cum tangentibus dictam causam seu causas ac dependentibus ab eisdem venerabili viro domino Bertrammo de Mediolano capellano vestro et vestri sacri palacii causarum auditore primo et demum eidem domino Bertrammo causam principalem seu negocium principale super predictis et eorum occasione et specialiter nullitatis et nullitatum dictarum sentenciarum eciam sine causa seu causis appellacionis seu appellacionum predictarum et eis aliqualiter non discussis audiendam et audiendas commiseritis concedendo eidem auditori absolvendi eosdem ad cautelam a predictis sentenciis facultatem, idem auditor in huiusmodi causis ad plures actus cum procuratoribus partium predictarum rite procedens eisdem absolucionis beneficium a predictis sentenciis ad cautelam impendit, non obstante frivola appellacione, ne videlicet ad huiusmodi absolucionem procederetur per partem adversam, ut dicitur, ante huiusmodi absolucionem impensam interposita ab auditore prefato, quam eciam pars adversa non est, sicut debuit, prosecuta, licet dominum Bertrandum abbatem monasterii Montis Albani super ea auditorem impetrasse dicatur. Ac deinde huiusmodi causis pendentibus idem archiepiscopus pretendens se super hoc quadam gracia apostolica noviter et post predicta sibi concessa fore munitum eisdem canonicis capitulo et clericis predicte ecclesie Hamburgensis mandavit, ut dicitur, quatenus infra certum temporis spacium dictam decimam partem fructuum et obvencionum beneficiorum suorum nomine subsidii caritativi sub excommunicacionis suspensionis et interdicti penis integraliter persolverent. Et certos propter hoc dicitur fecisse moniciones et processus, a quibus quidem mandato monicionibus et processibus eciam ante dictarum penarum effectum pro parte ipsorum canonicorum capituli et clericorum ad sedem apostolicam legitime extitit appellatum. Quare supplico, quatenus causam huiusmodi appellacionis et negocii principalis cum omnibus contingentibus dependentibus et connexis eidem domino Bertrammo vel alii committere dignemini audiendam inter partes predictas et fine debito terminandam.

Datum et actum Carpenterati in hospicio supradicti domini cardinalis, presentibus reverendo patre domino episcopo . . Lodonensi, Guillelmo Stephani de sancto Marciali Nemausensis diocesis et domino Hugone de Mirabello canonico Ebrodunensi testibus ad predicta vocatis et rogatis.



Et ego Ambrosius Thomasii de Aquamundula clericus Gaietanensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus presens interfui et ea omnia scripsi et in hanc publicam formam redegi meoque consueto signo signavi rogatus.

Original, Pergament. Rückaufschrift (17. Jahrh.): Super decimae solutione praetensae ab archiepiscopo Bremensi appellacio capituli Hamburgensis 1314.

306.

Ludolf von Grimme und sein Sohn Vicco verpfänden Bertram Schele Land auf der Insel Gorieswärder. — [1314] Mai 13.

Ludolphus de Grimme et filius eius Vicco receperunt a domino Bertrammo Lusco V marcas denariorum, pro quibus obligaverunt eidem Iƚ iugera agrorum, prout siti sunt tales agri inter duos weteryngheן. Hos agros eciam redimere possunt infra V annos nunc proximos pro eadem pecunia et non nisi in vigilia sancti Petri ad kathedras. Quod si non fecerint, extunc erunt dicti agri ut siti sunt ipsius Bertrammi iure hereditario possedendi. Preterea ipse Ludolphus et filius eius infra dictos quinque annos faciet aggerem agrorum eorundem et dabunt dimidiam petitionem, et ipse Bertrammus Luscus aliam. Hii agri sunt de frusto suo orientali. Insuper si dictus Bertrammus aliquem defectum pateretur, pro eo ipsi in solidum respondebunt, et hereditatem suam pro eo obligaverunt. Actum Servacii episcopi.

Liber contractuum fol. 16. Die Eintragung ist durchgestrichen.

307.

Johann von Lelome teilt König Eduard II. von England mit, daß Angehörige der Städte Kampen, Harderwik, Staveren und Hamburg ihm nach Boston verschiffte Wolle geraubt haben, und bittet um die Erlaubnis zur Beschlagnahme von Kaufmannsgütern aus den genannten Städten. — [1314 vor Mai 21].

A nostre seignour le roy e son counseil mustre Johan de Lelome, que par la ou il maunda treis sakes e treis peers de laine vers la ville de Saint Botolf a vendre vindrint les gentz de Camb, Herdirwik, Staver e Hamburgh e les distes laines robberent en mer, par quay le dist Johan prie a nostre seignour le roy, quil voille, sil luy plest, granter bref de arester les biens de distes gentz tantqil eient fet [restitucioun][a] au dist Johan.

Original, Pergament, im Public Record Office zu London, Chancerry Warrants 87, Nr. 2992. Verzeichnet: Calendar of Chancerry Warrants 1244—1326, S. 401.

308.

König Eduard II. von England an seine Großsiegelbewahrer: übersendet die Bittschrift des Johann von Lelome — Nr. 307 — und befiehlt, nach Prüfung ihres Inhalts die rechtlich zulässigen Maßregeln zu ergreifen. — Durham, 1314 Mai 21.

Edward par la grace de Dieu roi dEngleterre, seignour dIrlaunde et ducs dAquitaine as . . gardeins de nostre grant seal sal[uz].[b] Nous vous enveoms cy dedenz enclos une peticion, que nous est baille par Johan de Lelome, et vous mandons, que veue et examinee meisme la peticion facez faire sur les choses contenues en icele tout le remedie, que vous pourrez par reson. Donnee souz nostre prive seal a Dureme le XXI. iour de May, lan de nostre regne septisme.

Original, Pergament, im Public Record Office zu London, Chancerry Warrants 87, Nr. 2992 A. Verzeichnet: Calendar of Chancerry Warrants 1244—1326, S. 401.

a) *Sicher sind die Buchstaben* res; *das folgende, undeutlich, scheint verschrieben zu sein.* b) *Loch im Pergament.*

309.

Notariatsinstrument über die von dem ständigen Vikar Johann Dargentin im Namen des hamburgischen Domkapitels erhobenen Einreden gegen die Visitation des Kapitels durch zwei angebliche Bevollmächtigte des Erzbischofs von Bremen sowie über die nach der Zurückweisung der Einreden erfolgte Appellation des Kapitels an den päpstlichen Stuhl. — Hamburg, 1314 Juni 4.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCC quartodecimo, quarto die mensis Junii, vacante imperio, indictione duodecima, constitutus in presencia mei notarii et testium subscriptorum Hamborch in loco capituli Hamborgensis ecclesie honorabilis vir dominus Bertrammus decanus eiusdem Hamborgensis ecclesie suo ac capituli et cleri eiusdem Hamborgensis ecclesie nomine de mandato iam dicti capituli constituit discretum virum dominum Johannem dictum Darghenthin perpetuum vicarium in iam dicta ecclesia Hamborgensi procuratorem legitimum ad proponendum quasdam excepciones, quas sibi et capitulo ac clero predictis conpetere asserebat contra magistrum Thethardum canonicum regularem sancti Georgii Stadensis et fratrem Thethardum monachum in Hudha monasteriorum Bremensis dyocesis, qui se de visitacionis officio ex parte reverendi patris domini Johannis Bremensis archiepiscopi in Hamborgensi ecclesia excercendo intromittere nitebantur, et ad appellandum, si excepciones huiusmodi per dictos Thethardum et Thethardum contingeret non admitti. Quo facto idem procurator excepciones quasdam in scriptis proposuerat et legerat sub hac forma:

Anno Domini MCCC quartodecimo, II. nonas Junii, coram vobis magistro Thethardo canonico regulari sancti Georgii Stadensis et fratre Thethardo monacho in Hudha monasteriorum Bremensis dyocesis, qui vos asseritis procuratores venerabilis patris domini Johannis archiepiscopi Bremensis ad visitandum inquirendum et corrigendum in ecclesia Hamborgensi et nichilominus procuracionem in pecunia numerata suo nomine recipiendum cum excercicio omnimode iurisdictionis eidem debite in premissis pretextu cuiusdam gracie, quam sibi ab apostolica sede asserit esse concessam, ego Johannes dictus Darghenthin vicarius perpetuus in ecclesia Hamborgensi procurator honorabilium virorum dominorum Bertrammi decani et capituli ac cleri eiusdem Hamborgensis ecclesie dico et excipiendo propono, quod ad visitandum inquirendum et corrigendum procedere non potestis, sicut vobis commissum esse proponitis, primo quia de indulto apostolico humiliter requisiti fidem non facitis oculatam, secundo quia, etsi fidem fecissetis vel forsitan faceretis, sicut de iure tenemini, tamen virtute talis gracie procedere non possetis, cum sit veritate tacita inpetrata. Subticuit enim dominus archiepiscopus, quod consimilem graciam optinuit et excercuit per triennium inmediate elapsum. Quod si expressisset, graciam presentem sub hac forma nullatenus habuisset, maxime cum priori consimili gracia contra tenorem indulti apostolici in maximum gravamen sue dyocesis et tocius provincie multipliciter sit abusus, videlicet recipiendo per nuncios suos ad visitandum destinatos, de quorum numero vos tunc eratis, procuracionem duplicem in aliquibus locis, scilicet unam in victualibus et aliam in pecunia numerata, et preterea a quibusdam locis procuracionem plenam recipiendo, visitacionis officio non inpenso. Item cum plura loca


una et eadem die visitarentur, procuraciones singule a locis singulis sunt recepte, tamquam singulariter quelibet forent visitata, cum tamen non nisi unius diei procuracio deberetur. Preterea cum nuncii eiusdem domini archiepiscopi debuissent contenti fuisse in procuracione moderata, que suffecisset eis pro personis et evectionibus, quas secum visitacionis tempore habuerunt, pecuniam racione procuracionis nomine eiusdem archiepiscopi multo maiorem, quam eidem esset debita de iure vel consuetudine, attento personarum et evectionum numero receperunt. Cum enim ad summum quinque haberent personas et totidem equitaturas in visitacionis officio, procuracionem receperunt in numerata pecunia ex parte predicti domini archiepiscopi in tanta summa et maiore, quanta et ultra quam suffecisset ipsi archiepiscopo cum quinquaginta personis et totidem equitaturis personaliter visitanti, sicut hec omnia et singula per reverendos patres et dominos Lubicensis Zwerinensis et Raceborgensis ecclesiarum episcopos sollempniter et pluries eidem insinuata sunt et notificata publice, licet minime reformata. Item quia civitas Bremensis adhuc non est plene visitata, cum visitacio populi sit pretermissa, vos ad visitacionem inferiorum ecclesiarum dyocesis admitti de iure non debetis. Preterea etsi predicta omnia et singula dominos meos antedictos, quod absit, non relevarent, propono, quod sepedictus dominus archiepiscopus dominis meis est certa racione suspectus ex eo precipue, quia propter plura gravamina, que ecclesie Hamborgensi intulit, ab examine suo est ad sedem apostolicam pluries appellatum. Que cause appellacionum adhuc apud eandem sedem pendent indecise, propter quod non estis admittendi, cum sine consensu dominorum meorum, scilicet decani et capituli Hamborgensis, sitis, sicut asseritis, ab eodem archiepiscopo ad hoc officium deputati, presertim cum sitis quasi commensales eiusdem et persone domestice sibi nimia familiaritate coniuncte. Protestor eciam, quod huiusmodi recusacionis excepcio proponetur et tractabitur secundum iuris ordinem loco et tempore oportunis. Item dico vos non esse admittendos ex eo, quod, cum alias ex parte dicti domini archiepiscopi Bremensis provinciam visitaretis, metas iuris, prout superius expressius enarratur, multipliciter excessistis restitucionem dupli ultra tempus a iure statutum temere differentes. Propter quod sentenciam suspensionis ab officio et beneficio ipso iure incurristis et quia vos postmodum divinis officiis inmiscuistis agentes in officio vestro, sicut prius, in irregularitatis laqueum incidistis. Propter quod facti estis inhabiles ad predictum officium exequendum. Peto igitur nomine, quo supra, per vos dictas excepciones admitti ac dominos meos prenominatos et ecclesiam Hamborgensem super premissis nullatenus molestari. Protestor eciam, quod in omnibus ius salvum remaneat mihi et ecclesie Hamborgensi predicte utendi excepcionibus et defensionibus aliis, si que sibi conpetierint, et easdem proponendi quandocumque et quocienscumque videbitur expedire. Acta sunt hec Hamborch.

Quas excepciones post earum proposicionem predicti Thethardus et Thethardus expresse admittere denegarunt. Propter quod dictus procurator statim viva voce ad sedem apostolicam appellavit. Deinde vero anno die et loco predictis quasi post horam vespertinam constitutus similiter in presencia mei notarii et testium subscriptorum memoratus procurator dominus Johannes Darghenthin a sepedictis Thethardo et Thethardo tunc ibidem existentibus et presentibus quandam appellacionem in scriptis nomine decani capituli ac cleri predictorum interposuit et legerat in hec verba:

In Christi nomine amen. Ego Johannes dictus Darghenthin perpetuus vicarius in ecclesia Hamborgensi Bremensis dyocesis procurator honorabilium virorum dominorum Bertrammi decani et capituli ac cleri eiusdem Hamborgensis ecclesie cognoscens, quod excepciones et defensiones legitime regulariter sunt admittende, coram vobis magistro Thethardo canonico regulari sancti Georgii Stadensis et fratre Thethardo monacho in Hudha monasteriorum Bremensis dyocesis, qui vos asseritis procuratores reverendi patris domini Johannis archiepiscopi Bremensis ad visitandum inquirendum et corrigendum in iam dicta Hamborgensi ecclesia et nichilominus procuracionem in pecunia numerata suo nomine recipiendum cum excercicio omnimode iurisdictionis eidem debite in premissis pretextu cuiusdam gracie, quam sibi ab apostolica sede asserit esse concessam, dixi et excipiendo proposui, quod ad visitandum inquirendum et corrigendum procedere non poteratis, sicut proposuistis vobis esse commissum, primo quia de indulto apostolico cum instancia debita requisiti fidem oculatam facere non curastis, secundo quia, etsi fidem fecissetis, sicut de iure tenemini, tamen virtute talis gracie procedere nequivistis, cum sit veritate tacita inpetrata. Subticuit enim idem dominus archiepiscopus, quod consimilem graciam optinuit et excercuit per triennium inmediate elapsum. Quod si expressisset graciam huiusmodi sub hac forma nullatenus habuisset, maxime cum priori consimili gracia contra tenorem indulti apostolici in non modicum gravamen sue dyocesis et totius provincie multipliciter sit abusus. Nam cum ipsius nuncii debuissent fuisse contenti in procuracione moderata, que suffecisset eis pro personis et evectionibus, quas secum visitacionis tempore habuerunt, pecuniam racione procuracionis nomine eiusdem archiepiscopi multo maiorem, quam eidem esset debita de iure vel consuetudine, attento personarum et evectionum numero, receperunt. Cum enim ad summum quinque haberent personas et totidem equitaturas in visitacionis officio, procuracionem receperunt in numerata pecunia ex parte predicti domini archiepiscopi in tanta summa et maiore, quanta et ultra quam suffecisset ipsi archiepiscopo cum quinquaginta personis et totidem equitaturis personaliter visitanti. Preterea recepit per nuncios suos ad visitandum destinatos, de quorum numero vos tunc eratis, procuracionem duplicem in aliquibus locis, scilicet unam in victualibus et aliam in pecunia numerata, et preterea a quibusdam locis integram procuracionem recepit visitacionis officio non inpenso. Item cum plura loca una et eadem die visitarentur, procuraciones singule a locis singulis sunt recepte, tamquam singulariter quelibet forent visitata, cum tamen non nisi unius diei procuracio deberetur, sicut hec omnia et singula per reverendos patres dominos Borchardum Lubicensis, Godefridum Zwerinensis et Marquardum Raceborgensis ecclesiarum episcopos sollempniter et pluries eidem et suis generalibus vicariis in spiritualibus et temporalibus insinuata sunt et notificata publice, licet minime reformata. Item quia civitas Bremensis adhuc non est plene visitata, cum visitacio populi sit pretermissa, vos ad visitacionem inferiorum ecclesiarum dicte Bremensis dyocesis admittendi non fuistis de iure. Preterea etsi predicta omnia et singula predictos decanum capitulum et clerum, quod absit, non relevarent, proposui, quod sepedictus dominus archiepiscopus predictis dominis meis est certa racione suspectus ex eo precipue, quia propter plura gravamina, que ecclesie Hamburgensi intulit, ab examine suo est ad sedem apostolicam pluries appellatum. Que cause appellacionum adhuc apud eandem

sedem pendent indecise, propter quod admittendi non fuistis, cum sine consensu dominorum meorum predictorum fuissetis, sicut asseruistis, ab eodem archiepiscopo ad hoc officium deputati, presertim cum sitis quasi commensales eiusdem et persone domestice sibi nimia familiaritate coniuncte. Item excipiendo proposui vos non esse admittendos ex eo, quod, cum alias ex parte dicti domini archiepiscopi Bremensis provinciam visitaretis, metas iuris, prout superius expressius enarratur, multipliciter excessistis restitucionem dupli ultra tempus a iure statutum temere differentes. Propter quod sentenciam suspensionis ab officio et beneficio ipso iure incurristis et quia vos postmodum divinis officiis inmiscuistis agentes in officio vestro sicut prius, in irregularitatis laqueum incidistis. Propter quod facti estis inhabiles ad predictum officium exequendum. Quia igitur premissas excepciones, quas per vos admitti cum debita instancia postulavi, minus provide admittere denegastis, ego Johannes procurator predictus senciens sepedictos dominos meos decanum capitulum et clerum Hamborgensis ecclesie ex hoc per vos indebite pregravari nomine ipsorum in hiis scriptis ad sedem apostolicam provoco et appello et apostolos mihi instanter instancius ac instantissime dari peto supponens predictos dominos meos, statum et iura eorum quelibet, me et quoslibet ipsis adherentes seu adherere volentes protectioni sedis eiusdem, ne per vos aut sepedictum dominum Bremensem archiepiscopum aut per executores sibi super predicta gracia, ut asserit, a sede apostolica deputatos aut per quemcumque alium ipsorum nomine quomodolibet indebite pregraventur.

Acta sunt hec Hamborch, anno die horis et loco predictis, presentibus discretis viris dominis magistro Hinrico Goldoghe cantore et Johanne dicto Krec canonico ecclesie Lubicensis, Johanne dicto Miles et Johanne de Monte, Brunone de Glovessin, Hinrico dicto Gerbode et Rychardo dicto Wrake consulibus in Hamborch et aliis pluribus fide dignis ad hec vocatis specialiter et rogatis.



Et ego Johannes dictus de Luneborch clericus Verdensis dyocesis publicus auctoritate imperiali notarius premissis omnibus et singulis interfui et ea de mandato domini Bertrammi decani et capituli ecclesie Hamborgensis fideliter scripsi et in publicam formam redegi meoque signo consueto et nomine roboravi.

Original, Pergament. Rückaufschrift (14. Jahrh.): Appellatio capituli ab visitatoribus archiepiscopi Bremensis interposita, qui per novum terminum ipsum radere voluerint VI. kalendas Novembris. *Darunter:* Egidius de Bache protestatus fuit, *ferner:* 1314. Capituli Hamburgensis.

310.

[Die hamburgischen Ratsherrn] Alard Unververde und Richard Wrac übergeben dem Laienbruder des Klosters Klaarcamp Reyner Geldbeträge und silberne Löffel, die Egbert Friso seinen beiden Schwestern testamentarisch hinterlassen hat. — 1314, Juni 23.

Nos Alardus Unververede et Richardus Wrac dedimus fratri Reynero converso de Claro Campo IIꝉ talenta grossorum Thuronensium de testamento Egberti Frisonis Baven et Onsedi sororibus dicti Egberti presentandum, item VI argentea coklearia, item II marcas denariorum Hamburgensium in Slavicalibus et Hamburgensibus denariis. Nicolaus Franzoser fideiussit nobis pro dicto converso. Actum in vigilia beati Johannis baptiste, anno Domini MCCCXIIII.

Original, Pergament.

311.

Bischöfe und Domkapitel zu Lübeck, Schwerin und Ratzeburg sowie Dekan und Domkapitel zu Hamburg bevollmächtigen den Wismarer Pfarrer Nikolaus Pren, wegen verschiedener Übergriffe und Gewalttätigkeiten des Erzbischofs von Bremen an den päpstlichen Stuhl zu appellieren. — 1314 Juni 28.

Universis presencia visuris . . Borchardus Dei gracia Lubicensis, . . Godfridus Zwerinensis . . et Marquardus Raceburgensis ecclesiarum episcopi . . ac omnia capitula ecclesiarum earundem totusque clerus eisdem subiectus . . necnon Bertrammus decanus Hamburgensis cum toto capitulo ac clero ecclesie eiusdem salutem in Domino. Notum esse volumus, quod, cum nuper reverendus pater dominus Johannes sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus ecclesias civitatum et dyocesum nostrarum per procuratores suos ad hoc specialiter deputatos visitaret occasione cuiusdam indulgencie, qua sibi concessum asseruit, ut provinciam suam posset per personas ydoneas per triennium visitare ac procurationem recipere in pecunia numerata, predictas ecclesias cum clero eisdem subiecto multipliciter gravavit, sicut pluries et publice reverencie sue et vicariis ipsius est insinuatum, ut ad reformacionem debitam intenderet cum effectu, licet surda aure pertransierit nichil penitus reformando, prout eciam per dominum decanum et ecclesiam Hamburgensem procuratoribus et nuncciis suis volentibus per novam et consimilem graciam sedis apostolice, quam habere ipsum asserunt, eandem ecclesiam et totam Bremensem provinciam novo gravare triennio, racionabiliter excipiendo fuit oppositum, licet minime attenderint, ymmo expresse exceptiones huiusmodi admittere denegaverint. Propter quod et quedam alia ad sedem apostolicam ab ipsis extitit appellatum ex premissis gravaminibus, que intulit nobis capitulis et ecclesiis nostris ac clero civitatum et dyocesum nostrarum necnon ipsi Hamburgensi ecclesie et clero eidem subiecto occasione prime sue indulgencie ex eo videlicet, quod per nunccios suos ad visitandum destinatos recepit in aliquibus locis procurationem duplicem, scilicet unam in victualibus et aliam in pecunia numerata, et preterea a quibusdam locis procurationem integram recepit visitacionis officio non inpenso. Item cum plura loca una et eadem die ex parte eiusdem domini archiepiscopi visitarentur, procurationes singulas a locis singulis per eosdem suos nunccios recepit, tamquam singulariter quelibet forent visitata, cum tamen non nisi unius diei procuracio

deberetur. Preterea cum nunccii sui debuissent fuisse contenti in procuratione moderata, que suffecisset ei pro personis et evectionibus, quas secum visitacionis tempore habuerunt, pecuniam ratione procurationis suo nomine multo maiorem, quam eidem esset debita de iure vel consuetudine, attento personarum et evectionum numero, receperunt. Cum enim ad summum quinque haberent personas et totidem equituras, in visitacionis officio procurationem receperunt ipsius nomine in numerata pecunia in tanta summa et maiore, quanta et ultra quam suffecisset eidem domino archiepiscopo cum quinquaginta personis et totidem equituris personaliter visitanti. Verisimiliter formidamus, quod similia gravamina per consimilem graciam, de qua premittitur, sit prenominatus dominus archiepiscopus nobis, capitulis nostris ac ecclesiis et clero civitatum et dyocesum nostrarum necnon Hamburgensi ecclesie et clero eidem subiecto denuo illaturus, licet inhabilem se reddiderit ad quemlibet actum legitimum exercendum, ex eo, quod, cum restitucionem dupli indebite exactorum, sicut premittitur, ultra tempus a iure statutum facere distulit, fuerit et sit suspensus ab ingressu ecclesie et, quia sic suspensus se divinis officiis temere immiscuit agens in suo officio sicut prius, in irregularitatis laqueum noscitur incidisse, item ex eo, quod pro licencia danda parrochianis Bremensis dyocesis, ut per alienos episcopos possent ipsorum ecclesie et cymiteria consecrari, ex pacto pecuniam recepit et aquam per eum benedictam pro reconciliacione ecclesiarum et cymiteriorum indifferenter vendidit cuilibet reconciliacionem huiusmodi fieri requirenti, que non carent vicio symoniace pravitatis, item quia quendam presbiterum de Frisea paratum coram eo in iudicio pro se et iuribus sue ecclesie respondere temere capi et violenter non absque excessu detineri fecit graviter vinculis mancipatum, licet idem de stando iuri coram ipso offerret sufficientem et ydoneam caucionem, sentenciam excommunicationis latam a canone incidit, propter quod etiam factum suum et alias quam plures severitates ipsius clerici secure non audent iusticiam suam, prout ipsis est necesse, coram eodem domino archiepiscopo prosequi pro similibus atrocitatibus evitandis, item ex eo, quod dominum Andream presbiterum prepositum sanctimonialium in Scevena Bremensis dyocesis missum in possessionem dicte prepositure per honorabilem virum dominum Hinricum prepositum in Brunswich executorem ad hoc auctoritate honorabilis viri scolastici Verdensis ecclesie iudicis a sede apostolica delegati specialiter deputatum, dicta sui iuris possessione, obmisso iuris ordine, cum armatorum multitudine temere spoliavit, propter quod maioris excommunicationis sentencia a dicto executore legitime promulgata[a] minus provide se involvit. Idcirco discretum virum dominum Nicholaum dictum Pren rectorem ecclesie sancte Marie in Wysmer Raceburgensis dyocesis procuratorem nostrum constituimus ac communiter constituendo ordinamus ad interponendum appellacionem ad sedem apostolicam ex prenominatis gravaminibus contra dominum archiepiscopum sepedictum dantes eidem plenum mandatum apostolos cum instancia debita petendi ac omnia et singula alia faciendi, que circa predictum negocium fuerint oportuna, promittentes nos ratum habituros quidquid per ipsum actum fuerit in premissis et nichilominus in testimonium prescriptorum sigilla nostra presentibus appendentes. Datum anno Domini MCCCXIIII, in vigilia apostolorum Petri et Pauli.

a) Sentencia *und* promulgata *ist korrigiert aus* sentenciam *und* promulgatam.

Original, Pergament. Von den angehängten sieben Siegeln sind noch erhalten Bruchstücke der an 2., 4. und 6. Stelle hängenden Siegel des Bischofs Gottfried (Abbildung im Mecklenb. UB. IV, Nr. 2505), des Lübecker Domkapitels (Abbildung im UB. des Bistums Lübeck, Tab. IV, zu der Urkunde vom 2. Januar 1366), des Schweriner Domkapitels in rotem Wachs (Abbildung im Mecklenb. UB. V, Nr. 3095), sowie das an letzter Stelle befindliche weniger beschädigte Siegel ad causas des Hamburger Domkapitels. Auf der Falte (14. Jahrh.): nobis pignus datur constat (?). *Rückaufschrift (14. Jahrh.):* Constitucio procuratoris facta per omnes episcopos et eorum capitula ad appellandum contra archiepiscopum in causa visitationis iterate per ipsum.

Gedruckt: Mecklenb. UB. VI, Nr. 3699.

312.

Erzbischof Johann von Bremen befiehlt dem Propst von Wildeshausen sowie dem Dekan und dem Kantor der bremischen Kirche, den über die zwölf Domherrn der hamburgischen Kirche und alle anderen schuldigen Angehörigen des hamburgischen Domkapitels wegen ihres Widerstandes gegen die erzbischöfliche Visitation verhängten Bann zu verkündigen. — Langwedel, 1314 Juli 1.

Johannes miseracione divina sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus dilectis in Christo Hermanno preposito Wildeshusensi ac Frederico decano et Hilleboldo cantori ecclesie Bremensis salutem in Domino. Cum sanctissimus pater dominus Clemens papa quintus motus visceribus solite pietatis circa ecclesiam Bremensem nobis graciose concesserit, quod civitatem dyocesin et totam provinciam Bremensem per aliquam vel aliquas personam seu personas deputandam seu deputandas a nobis possumus visitare recepturi a locis monasteriis ecclesiis et personis visitatis procuracionem racione visitacionis debitam in pecunia numerata, datis nobis Osnaburgensis et Verdensis ecclesiarum episcopis ac magistro Bernardo Royardi archidyacono Xanctonensi executoribus super execucione gracie memorate, et idem magister Bernardus in execucione mandati apostolici vobis et cuilibet vestrum sub certis penis mandaverit, prout ex litteris ipsius super eo confectis, de quibus vobis facimus plenam fidem, liquere poterit evidenter, quod secundum siti processus continenciam procedere debetis, ipsum denunciando seu legi faciendo ac publicando omnia et singula, que sibi in litteris apostolicis memoratam graciam continentibus demandantur, et canonici Hamburgenses nomine suo et clericorum prepositure Hamburgensis discretos viros magistrum The[t]hardum[a] canonicum sancti Georgii Stadensis et Thethardum in Huda monachum monasteriorum nostre dyocesis a nobis deputat[o]s[b] ad idem visitacionis officium exercendum pretentis quibusdam frivolis cavilacionibus admittere recusarint: vobis et cuilibet vestrum in virtute obediencie districte precipiendo mandamus, quatenus iuxta mandatum eiusdem magistri Bernardi Royardi, imo verius apostolic[um][c] ad Hamburgensem ecclesiam et alibi, ubi videritis oportunum, personaliter accedentes Hartwicum de Herslo, Brunonem cantorem, Bertrammum de Hemighudhe, Hermannum scolasticum, Hinricum[d] thesaurarium, magistrum Henricum de Bocholte, Wnnerum, Hermannum de Hilgenstede, Lodewicum de Brunchorst, magistrum Pelegrinum, magistrum Johannem de Campo et magistrum Johannem de Luttekenborch ac singulas personas de capitulo Hamburgensi, qui in hoc facto culpabiles extiterunt,

a) *Abschrift* Theehardum. b) *Abschrift* deputatis. c) *Abschrift* apostolici. d) *Verbessert aus* Hermannum.

denuncietis ac denunciari faciatis excommunicatos, quando et quocienscumque videbitur expedire, precipientes ipsos ab omnibus arcius evitari. Datum Langwedele, anno Domini millesimo CCCXIIII, kalendis Julii.

Stückbeschreibung s. unter Nr. 313.

313.

Der Propst zu Wildeshausen sowie der Dekan und der Kantor der bremischen Kirche befehlen allen Geistlichen im Erzbistum Bremen, den über die zwölf Domherrn der hamburgischen Kirche und alle anderen schuldigen Angehörigen des hamburgischen Domkapitels verhängten Bann und das der hamburgischen Kirche auferlegte Interdikt zu verkündigen. — Bremen, 1314 Juli 3.

Hermannus ecclesie Wildeshusensis prepositus, Fredericus decanus et Hilleboldus cantor ecclesie Bremensis executores ab honorabili viro magistro Bernardo Royardi archidyacono Xanctonensi executore una cum reverendis patribus Osnaburgensis et Verdensis ecclesiarum episcopis a sede apostolica deputato deputati universis abbatibus prioribus prepositis decanis archidyaconis necnon ecclesiarum et capellarum rectoribus per civitatem dyocesin et provinciam Bremensem constitutis salutem et mandatis apostolicis firmiter obedire. Olim sanctissimus pater dominus Clemens papa quintus felicis recordacionis motus compassione solita circa Bremensem ecclesiam propter invasorum tirandinem (!) multipliciter destitutam reverendo patri domino nostro Johanni sancte Bremensis ecclesie archiepiscopo concessit ex gracia speciali, quod per aliam seu alias personas ab ipso deputandam seu deputandas per civitatem dyocesin et provinciam Bremensem per triennium posset visitacionis officium exercere et recipere a personis visitatis procuracionem in pecunia numerata datis sibi super hoc certis executoribus, prout ex tenore litterarum apostolicarum et executorum eorundem processu fuit omnibus, quorum intererat, in concilio provinciali Stadis celebrato[a] lucide declaratum.[b] Deinde idem dominus apostolicus videns, quod per huiusmodi graciam tam brevi tempore duraturam Bremensis ecclesia modicum extitit relevata concessit eidem domino nostro archiepiscopo consimilem graciam ad triennium[c] duraturam, datis sibi reverendis patribus dominis Osnaburgensis et Verdensis ecclesiarum episcopis necnon honorabili viro magistro Bernardo Royardi archidyacono Xanctonensi certis executoribus super gracia sibi facta. Qui quidem magister Bernardus Royardi iuxta mandatum sibi traditum mandavit venerabilibus patribus Zwerinensis Lubicensis et Raceburgensis ecclesiarum episcopis necnon universis abbatibus prioribus abbatissis prepositis eorumque conventibus prelatis et archidyaconis archipresbiteris canonicis capitulis et ecclesiarum rectoribus presbiteris capellanis et quibuscumque aliis amministratoribus per civitatem dyocesin et provinciam Bremensem constitutis sub certis penis in eisdem litteris execucionis contentis, quatenus dicti domini nostri Johannis archiepiscopi Bremensis vicarium seu vicarios, procuratorem seu procuratores, personam vel personas, cui vel quibus tempore visitacionis officium diceret commitendum (!), ad ipsum visitacionis officium libere et pacifice admitterent ac eidem

a) *Folgt unverständlich und anscheinend ein Versehen des Abschreibers* statis. b) *Verbessert aus* celebratum. c) *Abschrift* trienninemum.

domino nostro archiepiscopo vel persone seu personis ab ipso deputatis seu deputandis pro eo de procuracione in numerata pecunia persolvenda in terminis ab ipso seu ab ipsis prefigendis absque diminucione qualibet[a] responderent, mandans nichilominus nobis[b] et cuilibet nostrum[c] sub pena excommunicacionis late sentencie, prout ex litteris ipsius suo sigillo cere rubee impresso et filo de cerico circumposito, prout aparebat prima facie, sigillatis ac diligenter inspectis et examinatis facta est nobis plena fides, quatenus, quandocumque nos super hoc requiri contingeret, ad ecclesias loca et monasteria eidem domino nostro archiepiscopo subiecta et ubicumque foret oportunum vel utile personaliter accederemus et suas moniciones sentencias precepta et processus coram illis personis, quos huiusmodi visitacionis tangit officium, denunciaremus seu legi faceremus et procuraremus publicari omnia et singula, que sibi in dictis litteris apostolicis mandarentur. Porro venerabilis pater dominus noster archiepiscopus antedictus, prout nos certos reddidit publicis instrumentis per manum tabellionis confectis et subscripcione testium roboratis, iuxta graciam sibi factam religiosos viros magistrum Tethardum canonicum regularem sancti Georgii Stadensis et fratrem Tethardum monachum in Huda monasteriorum Bremensis dyocesis ad exercendum supradicte visitacionis officium deputavit mittens ipsos ad capitulum Hamburgense, ut ibidem et per alia loca ultra Albiam in sua dyocesi constituta, presertim cum dyocesis Bremensis, ipsis dumtaxat exceptis, esset visitata, iniunctum sibi officium exercerent. Cumque venissent ad ecclesiam Hamburgensem iam dictum officium visitacionis incepturi, canonici ibidem spretis excommunicacionis et interdicti sentenciis in quoslibet idem negocium inpedientes auctoritate apostolica latis predictos magistrum Tethardum et fratrem Tethardum, pretentis quibusdam frivolis cavillacionibus, ad visitandum admittere noluerunt. Ex quo facto ecclesiam Hamburgensem interdicti et se ipsos excommunicacionis sentenciis dampnabiliter involverunt. Nos igitur mandatum eiusdem magistri Bernardi, imo verius apostolicum, fideliter exequi cupientes vobis, universis et singulis, insinuamus denunciamus et ad noticiam vestram perducimus predictos canonicos Hamburgenses et quemlibet eorum ex causis predictis excommunicacionis vinculo innodatos et dictam ecclesiam Hamburgensem ecclesiastico suppositam interdicto. Quare vobis omnibus et singulis sub pena excommunicacionis, quam in vos et quemlibet vestrum legitima monicione premissa ferimus in hiis scriptis, si mandatum nostrum, immo verius apostolicum, contempseritis adinplere, districte precipiendo mandamus, quatenus Hartwicum de Herslo, Brunonem cantorem, Bertrammum de Hemmigehudhe, Hermannum scolasticum, Henricum thesaurarium, magistrum Henricum de Bocholte, Wnnerum, Hermannum de Hilgenstedhe, Lodewicum de Brunchorst, magistrum Pelegrinum, magistrum Johannem de Campo, magistrum Johannem de Luttekemborch ac singulas personas de capitulo Hamburgensi, qui in hoc facto culpabiles extiterunt, in ecclesiis vestris publice denuncietis excommunicatos singulis diebus dominicis et festivis precipientes ipsos ab omnibus arcius evitari. In hiis exequendis unus alium non expectet, sed quilibet vestrum mandatum nostrum, imo verius apostolicum, fideliter[d] exequatur. Datum Breme, anno Domini millesimo CCCXIIII, quinto nonas Julii.

a) *Verbessert aus* aliqua. b) *Verbessert aus* vobis. c) *Verbessert aus* vestrum. d) *Über der Zeile hinzugefügt.*

Diese und die vorige Urkunde nach gleichzeitigen korrigierten Abschriften auf einem Pergamentblatt. Die Abschriften sind eingeleitet durch die Worte: In nomine Domini amen. Datum per copiam per honorabiles viros dominum Hermannum prepositum Wildeshusensem ac Fredericum decanum et Hilleboldum cantorem ecclesie Bremensis. *Rückaufschrift (14. Jahrh.):* Processus archiepiscopi et suorum executorum habiti contra capitulum Hamburgense in causa visitationis per ipsum secunda vice obtente anno Domini MCCCXIIII quinto nonas Julii.

314.

Notariatsinstrument [über die von den Bischöfen und Domkapiteln zu Lübeck, Schwerin und Ratzeburg sowie dem Dekan und dem Domkapitel zu Hamburg eingelegte Appellation in ihrer Streitsache gegen den Erzbischof von Bremen.] — 1314 Juli 10.

In nomine Domini amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCXIV, decimo die mensis Julii, constitutus in presencia venerabilis patris domini. . . . .

Et ego Johannes Hinrici de Molne Raceburgensis dyocesis publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui, vidi et audivi singula supradicta. Vidi eciam et audivi, quod prefatus magister Andreas[1] tactis corporaliter sacrosanctis ewangeliis iuravit in animas predictorum dominorum suorum, sicut in instrumento procurationis sue expresse mandatum fuerat, quod crederent omnia et singula in appellacione sua proposita esse vera et ea se posse probare. Et rogatus, ut super hiis omnibus publicum instrumentum scriberem, assumptis testibus per ordinem suprascriptis, scripsi confeci et subscripsi meoque signo solito consignavi.

Das Original ist nicht mehr vorhanden. Anfang und Schluß sind vidimiert in der Urkunde von 1318 Januar 16—18.


315.

Notariatsinstrument über die Erklärung des Magister Thethard, Ordensgeistlichen zu St. Georg in Stade, daß er sich geweigert habe, dem Priester Nicolaus Stenhus die Dimissorien (apostoli) über die Appellation der hamburgischen Kirche zu übergeben. — Stade, 1314 Juli 13.

In nomine Domini amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCXIIII, XIII. die mensis Julii, coram honorabili viro domino Borchardo preposito sancti Georii Stadensis ecclesie presente me notario et testibus infrascriptis discretus vir magister Tethardus eiusdem ecclesie canonicus regularis requisitus per discretum virum dominum Nicolaum dictum Stenhus presbiterum procuratorem ad hoc specialiter deputatum, quare sibi apostolos denegaverit super appellacione ab ipso interiecta per ecclesiam Hamburgensem et clerum eidem subiectum nuper, cum ad visitandum corrigendum et inquirendum in ecclesia Hamburgensi per venerabilem patrem dominum Johannem dicte Bremensis ecclesie archiepiscopum occasione cuiusdam indulgencie ab apostolica sede de novo sibi indulte, prout asseruit, esset missus, respondit se confiteri, quod infra tempus debitum ac modo et instancia debitis eosdem apostolos petivisset et quod sibi tunc tradere denegavit nec adhuc propter metum prenominati domini archiepiscopi tradere auderet, licet de iure ad hoc teneretur. Super qua confessione predictus dominus Nicolaus peciit, ut sibi

1) *Gemeint ist wahrscheinlich Mag. Andreas Stephani. Vgl. S. 230, Anm.*

publicum instrumentum conficerem, quia tempore prime denegacionis copiam tabellionis habere nequivisset. Actum anno die et loco premissis, presentibus dominis Hermanno Fabro et Schackone canonicis regularibus eiusdem ecclesie Stadensis, Hinrico de Borch, Bertoldo de Stadis et Willekino Schacken militibus, Ludero Hune, Johanne de Steygher ac Johanne filio Herbordi consulibus et aliis quam pluribus fide dignis testibus vocatis specialiter et rogatis.



Et ego Johannes Hinricus de Molne Raceburgensis dyocesis publicus imperiali auctoritate notarius premissis interfui scripsi et subscripsi meoque signo solito consignavi rogatus.

Original, Pergament. Rückaufschrift (14. Jahrh.): Peticio apostolorum et denegacio eorum facta per Thethardum monachum, *und von anderer Hand:* anno Domini MCCCXIIII, XIII. die mensis Julii in causa appellationis[a] huic annexe instrumento.

316.

Goslar an Hamburg: bittet um Ausstellung eines Zuversichtsbriefes zur Wiedererlangung von Kupfer, das aus einem Schiffbruch gerettet ist und mehreren Goslarer Bürgern gehört. — 1314 August 24.

Viris providis et honestis, amicis suis sinceris, dominis consulibus in Hamborch consules in Goslaria ad omnia beneplacita se benivolos et paratos. Honestati vestre regratiamur quam intime, quod in promocione nostra ac nostrorum conburgensium sepius vos multum exhibuistis diligentes. De qua promocione vestra confisi vestrum auxilium in presenti specialiter imploramus, quia, prout scitis, quedam navis Ludolfi Reddinges confracta est, in qua quamplures conburgenses nostri cuprum eorum perdiderunt. Cuius tamen cupri pars est inventa, et illi, qui quesiverunt et invenerunt, reddere volunt et redempcioni dare libenter, ita videlicet, quod ipsi pro suis laboribus terciam partem illius cupri inventi consequantur et quod caveatur eis per litteras vestras, ut, quicquid cum ipsis inventoribus ordinatum fuerit super eo, quod hoc ratum sit et gratum et quod super illo facto nulla in posterum querimonia seu actio contra ipsos aliqualiter moveatur. Super quo vestram providenciam sincere rogamus, quatenus caucionem et certitudinem de predictis quoad cuprum inventum tantummodo pro nobis et nostris conburgensibus prestare vestris litteris patentibus dignemini, quia, si super eo ab aliquo impeteremini, a tali impeticione vos reddemus liberos et indempnes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini MCCCXIV, in die beati Bartholomei apostoli.

Abschrift im Kopiar A 375, fol. 5, im Stadtarchiv zu Goslar. Gedruckt: Hans. Geschichtsbl. Jahrg. 1894, S. 141.

a) *Folgt gestrichen:* secunde.

317.

Notariatsinstrument über die im Namen des Bischofs Burchard von Lübeck am 29. August 1314 zu Eutin von dem Eutiner Stiftsherrn Friedrich eingelegte Appellation an den päpstlichen Stuhl gegen die Übergriffe des Erzbischofs Johann von Bremen, insbesondere die von ihm angeordnete Visitation des lübeckischen Kapitels und der lübeckischen Diözese. — 1314 September 2.

In nomine Domini amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCXIIII, indictione XII., secundo die mensis Septe[m]bris, intrante hora prima, in presencia mei notarii et testium subscriptorum lecta et insinuata est appellacio sub tenore et serie infrascripto:

In nomine Domini amen. Cum nuper per reverendum patrem ac dominum meum dominum Borchardum Lubicensis ecclesie episcopum una cum venerabilibus patribus dominis Godfrido Zwerinensis ac Marquardo Raceburgensis ecclesiarum episcopis et per capitula eorundem ac per omnes prelatos et clericos ipsis subiectos necnon per honorabilem virum dominum decanum et capitulum Hamenburgensis ecclesie et clerum eidem subiectum Bremensis dyocesis contra reverendum patrem dominum Johannem archiepiscopum Bremensem obiectiones seu excepciones subscripte fuissent proposite, que ipsum manifeste reddunt inhabilem ad mandata dirigendum, precepta queque faciendum et generaliter ad quemlibet actum legitimum excercendum, ex eo videlicet, quod, cum restitucionem dupli ex parte eiusdem domini archiepiscopi occasione visitacionis sue contra sacros canones exactorum et per ipsum receptorum ultra tempus a iure statutum facere distulerit, licet legitime monitus et requisitus, fuit et est suspensus ab ingressu ecclesie et, quia sic suspensus se temere divinis officiis inmiscuit agens in suo officio sicut prius, maculam irregularitatis inde contraxit, item ex eo, quod pro licencia danda parrochianis sue dyocesis, ut per alienos episcopos possent eorum ecclesie et cimiteria consecrari, pecuniam ex pacto convencionis recepit et aquam per ipsum benedictam pro reconciliacione ecclesiarum et cimiteriorum sue dyocesis indifferenter pro precio vendidit, que non carent symoniace vicio pravitatis, item quia quendam presbiterum de Frisia paratum coram ipso in iudicio pro se et iuribus sue ecclesie respondere temere capi et non absque gravi excessu detineri fecit graviter vinculis mancipatum, licet idem presbiter de stando iuri coram ipso offerret sufficientem et ydoneam caucionem, sentenciam[1] excommunicacionis incurrit a canone promulgatam, propter quod eciam suum factum et alias plures ipsius severitates clerici secure non audent iusticiam suam, prout ipsis est necesse, coram ipso prosequi pro similibus attrocitatibus evitandis, item ex eo, quia dominum Andream prepositum sanctimonialium Tzevena Bremensis dyocesis presbiterum missum auctoritate sedis apostolice in possessionem dicte preposFiture eadem iuris sui possessione cum armatorum multitudine contra mandatum et prohibicionem executorum per eandem sedem ad hoc deputatorum temere spoliavit, propter quod in maioris excommunicacionis sentenciam incidit auctoritate dicte sedis prolatam: ne dictus dominus archiepiscopus de cetero de facto, cum de iure non posset, ipsos vel eorum aliquem


1) *Hier ist der Schreiber, indem er einen Nachsatz bildete, in eine falsche Konstruktion geraten. Man erwartet:* eaque de causa sententiam *oder ähnlich.*

pregravaret, ad sedem apostolicam ex parte ipsorum extitit appellatum. Que omnia predictus dominus archiepiscopus non attendens, sed de facto ad illacionem gravaminis se convertens mandatum penale, si mandatum dici posset, pretacto domino Lubicensi episcopo sub nimia arcacione termini visus est dirigere super visitacionis officio in capitulo sue kathedralis ecclesie per se ipsum et in dyocesi sua per personas ydoneas ab ipso deputandas nomine ipsius archiepiscopi excercendo,[1] quod ipse ante habilitacionem eiusdem domini archiepiscopi minime tenetur recipere neque eidem in aliquo obedire. Item etsi idem dominus archiepiscopus esset habilis ad mandandum et committendum de iure vices suas iam dicto domino episcopo in premissis, tamen ipse ad execucionem huiusmodi mandati minime teneretur ex eo, quod sigillum domini archiepiscopi, quod huiusmodi litteris preceptoriis appensum esse dicitur, propter sui corrupcionem seu abolicionem non potest aliquatenus apparere et maxime quia de indulto apostolico, cuius auctoritate dicto domino episcopo visitacionis officium excercendum et procuracionem iuxta quantitatem expensarum, quas habere deberet dictus dominus archiepiscopus, fidem non fecit, ut debuit, oculatam. Preterea etsi fecisset vel forsitan faceret fidem adhuc, ei obtemperandum non esset, cum ipsa indulgencia sit veritate tacita impetrata. Subticuit enim prenominatus dominus archiepiscopus, quod consimilem graciam optinuit et exercuit per triennium inmediate elapsum. Quod si expressisset, indultum huiusmodi, quod se a sede apostolica graciose impetrasse asserit, sub hac forma nullatenus habuisset, maxime cum priori consimili gracia contra tenorem indulti apostolici in non modicum gravamen tocius provincie multipliciter sit abusus. Item etsi premissa dominum Lubicensem episcopum, quod absit, ab execucione huiusmodi mandati, licet alias esset validum, minime relevarent, tamen propter diversa eius impedimenta et notoria esset merito excusandus. Item cum dyocesis Bremensis nec in clero nec in populo sit plene per sepedictum dominum archiepiscopum visitata, ipse ad visitacionem ecclesie et dyocesis Lubicensis de iure admitti non debet. Ceterum cum archiepiscopus volens visitacionem per suam reiterare provinciam debeat suffraganeorum suorum requisito consilio super hoc diffinicionem premittere coram eis super visitacionis officio iterando, memoratus dominus archiepiscopus non est per suam provinciam admittendus, ex quo huiusmodi diffinicio iuxta tradicionem sacrorum canonum nullatenus est premissa. Preterea etsi mandatum huiusmodi alias esset validum, quod tamen non conceditur, dictus dominus Lubicensis episcopus ab eius execucione esset merito excusandus, cum nemo cogatur suis propriis stipendiis militare, quod tamen pretactus dominus archiepiscopus per dictum episcopum et personas ab ipso ad visitandum deputandas fieri et adimpleri precipit, minus iuste

1) *Das an die Bischöfe von Lübeck, Schwerin und Ratzeburg gerichtete Mandat des Erzbischofs, d. d. Langwedel 1314, Juli 11, findet sich in einem im hamburgischen Staatsarchiv aufbewahrten Notariatsinstrument vom 8. August 1314, das zugleich eine Vollmacht des Bischofs von Schwerin für den Schweriner Propst Hermann Moltsan und den Schweriner Domherrn Johann von Bülow in dieser Angelegenheit, d. d. Warin 1314 August 3, und eine Aufzeichnung über die Appellation des letzteren gegen das erzbischöfliche Mandat enthält. Das Notariatsinstrument ist gedruckt im Mecklenb. UB. VI, Nr. 3707. — Außerdem befindet sich im hamburgischen Staatsarchiv noch ein Pergamentblatt, das eine gleichzeitige Abschrift des erzbischöflichen Mandats und des Anfangs der Apellation des Eutiner Stiftsherrn Friedrich (bis:* que non carent vicis symoniace pravitatis) *enthält.*

mandando totam pecuniam nomine procuracionis per dyocesim Lubicensem solvendam suo nuncio, quem ad hoc deputaret, integraliter presentari. Item cum visitacio archiepiscopi per provinciam excercenda propter neglienciam suffraganeorum originaliter sit inducta, ipse archiepiscopus suffraganeo suo, ut per se de casu proprie negliencie visitando capitulum sue cathedralis ecclesie quodammodo iudicet et hoc ipsum subditis suis per suam dyocesim pretextu mandati archiepiscopi faciendum committat, non potest committere, cum ipse congnoscere habeat de hoc et videre. Presertim ne eciam indirecte per hoc archiepiscopus iurisdicionem in subditos suffraganei sui contra prohibicionem sacrorum canonum valeat usurpare, cuius contrarium dictus dominus archiepiscopus Bremensis facere conatur, quod videtur iniustum et dissonum racioni, ego Fredericus canonicus Utynensis procurator sepedicti domini mei Borchardi Lubicensis episcopi senciens eundem dominum meum ex premissis gravaminibus sibi de facto, licet de iure nullam roboris firmitatem habeant, per memoratum dominum archiepiscopum illatis vexari fatigari indebite pregravari, procuratorio et eiusdem domini mei nomine in hiis scriptis ad sedem apostolicam provoco et appello supponens ipsum statum suum et quelibet iura ipsius me et quoslibet alios ipsi adherentes seu adherere volentes protectioni sedis eiusdem et apostolos instanter instancius ac instantissime dari peto, si sit, qui eos dare possit et debeat, protestans eiusdem domini mei nomine, quod huiusmodi appellacio coram sepedicto domino archiepiscopo interponetur et eidem notificabitur et petentur apostoli debite, si ad hec plena securitas concedatur.

Interposita fuit hec appellacio in Utyn per predictum procuratorem, ut asserit, statim post recepcionem mandati, in die decollacionis beati Johannis baptiste,[1] hora sexta, presentibus dominis magistro Seghebando decano, Johanne dicto Bulen thesaurario ecclesie Lubicensis, Georio de Serkem canonico Zwerinensis, Johanne decano, Johanne de Bardewich scolastico ecclesie Utinensis et postmodum secundo die mensis Septembris, ut premittitur, hora prima, in curia prenominati domini decani Lubicensis coram me notario in scriptis innovata et lecta fuit, presentibus honorabilibus viris et dominis sepedicto magistro Seghebando decano, magistro Hinrico cantore, Johanne de Parchem, Hinrico de Valkenhusen viccariis ecclesie Lubicensis, Thiderico dicto Vot, Michaele, fratre Wlfardo presbiteris et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis.



Et ego Johannes Hinrici de Molne Raceburgensis dyocesis publicus imperiali auctoritate notarius huiusmodi appellacionis innovacioni presens una cum suprascriptis testibus interfui et eam in publicam formam redegi meoque signo consueto signavi rogatus.

1) *Schon einen Tag vorher, am 28. August, haben die Bischöfe von Lübeck, Schwerin und Ratzeburg Mag. Andreas Stephani zu ihrem Prokurator in der Appellationssache ernannt. Die in Lübeck ausgestellte Urkunde ist aus dem im hamburgischen Staatsarchiv befindlichen Original, an dem sich von den drei angehängten Siegeln nur noch das stark beschädigte des Bischofs Marquard von Ratzeburg befindet, im Mecklenb. UB. VI, Nr. 3712 gedruckt.*

Original, Pergament. Rückaufschrift (14. Jahrh.): Appellacio domini Borchardi episcopi Lubicensis contra archiepiscopum Bremensem in causa visitacionis per ipsum excercende aut archiepiscopi(!) interposita, *und von anderer Hand:* anno Domini MCCCXIIII, secundo die mensis Septembris.

318.

Schöffen und Rat der Stadt Gent tun kund, daß der Genter Johann van der Hede Johann Coevoet bevollmächtigt habe, seine ausstehenden Forderungen einzuziehen. — 1314 November 19.

Universis presentes litteras inspecturis scabini ac consules ville Gandensis salutem cum notitia veritatis. Universitati vestre tenore presentium significamus, quod coram nobis personaliter conparens Johannes de Heda noster oppidanus Johannem dictum Coevoet exhibitorem presentium suum constituit ac ordinavit procuratorem ac nuntium specialem quoad petendum exigendum ac recipiendum omnia et singula debita sua, in quibus quicunque sui debitores predicto nostro oppidano sunt obligati, dans et concedens predicto procuratori suo plenariam potestatem ac speciale mandatum predicta debita petendi exigendi ac recipiendi et eis receptis de eisdem quitandi et omnia alia et singula faciendi, que in premissis fuerint facienda necessaria vel opportuna et que ipsemet faceret seu facere posset, si personaliter interesset, ratum et gratum habiturus quidquid per predictum procuratorem suum pro ipso et eius nomine in premissis actum fuerit sive dictum. In cuius rei testimonium sigillum ville Gandensis duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimoquarto, feria tercia post octavas beati Martini hyemalis, presentibus litteris post festum sancti Remigii proximo futurum[1] minime valituris.

Original, Pergament, mit abhangendem, stark beschädigtem Siegel der Stadt Gent und dem Sekret als Rücksiegel.

319.

Die Brüder Heinrich und Johann von Wedel verkaufen dem hamburgischen Vikar Nikolaus Decani und der hamburgischen Kirche sechs Hufen in Tonndorf. — 1314 Dezember 13.

Omnibus hoc scriptum visuris nos Hinricus et Johannes milites dicti de Wedele fratres notum facimus, quod de maturo consilio et unanimi consensu et de voluntate dilecte matris nostre domine Mechtildis vendidimus domino Nicolao dicto Decani et ecclesie Hamburgensi sex mansos in villa nostra Todendorpe apud Radelvestede in fine eiusdem ville ad occidentem cum hura, cum iudicio maiore et minori(!), cum terminis eorum cultis et incultis, cum pratis pascuis arbustis mor aquis et aquarum decursibus ac fructu et utilitate, sicut eos hactenus possedimus et prius predecessores nostri possederunt, pro quibus omnibus nobis persolvit ducentas marcas denariorum, tali condicione, si infra sex annos sibi proprietatem iudicii optinuerimus, nobis addet XX marcas. Si autem per se ipsum optinuerit a comite, empcio iudicii cum mansis stabilis[a] perseverat. In quorum omnium testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum in die beate Lucie virginis, anno domini MCCCXIIII.

a) iudicii *bis* stabilis *auf einer Rasur.*

1) *1315 Januar 13 (Remigius hiemalis) oder Oktober 1.*

Original, Pergament, mit abhangenden Siegeln der Brüder von Wedel. Das Siegel des Heinrich von Wedel (abgebildet in Milde, Siegel des Mittelalters aus den Archiven der Stadt Lübeck. Siegel adliger Geschlechter, Tafel 8 Nr. 119) ist stark, das des Johann von Wedel leichter beschädigt. Rückaufschriften: 1. (14. Jahrh.): Super sex mansis in Todendorp. Armigerorum. R[egistrata]. *2. (15. Jahrh. (?):* Super sex mansis in villa Hamburgensis. *Darüber von späterer Hand und durchstrichen:* N. 24. *3. (17. Jahrh.):* Hinrici et Johannis Toddendorppe parochie Radelvestede spectantibus ad vicariam altaris sancti Andree in ecclesia sancti Petri fratrum militum dicti (!) de Wedele literae super 6 mansis in villa Todendorpe parochiae Radelvestede, quos Nicolao dicto Decani et ecclesiae Hamburgensi vendiderunt pro 200 marcis, datae 1314 beatae Luciae. Spectant ad vicariam altaris sancti Andreae in Petro.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 303.

320.

Heinrich von Wedel der Jüngere verkauft dem hamburgischen Vikar Nikolaus Decani sechs Hufen in Tonndorf. — Hamburg, 1314 Dezember 14.

Universis hoc scriptum visuris ego Hinricus de Wedele iunior miles cupio notum esse, quod ego de pleno consensu dilecte[a] matris mee domine Mechtildis et de maturo consilio fratris mei domini Johannis ac proprio et etiam aliorum amicorum meorum[b] et heredum legitimorum vendidi hereditario iure domino Nicolao Decani perpetuo vicario Hamburgensi sex mansos in villa mea Todendorpe apud Radelvestede pro centum et quadraginta marcis denariorum monete usualis, quatuor[c] in australi parte ville ab occidente ad orientem ascendendo numerandum[d] et duos[c] in aquilonari parte, solventes annuatim in quolibet festo beati Martini tres choros siliginis perpetuo possidendos cum agris cultis et incultis silvis arbustis pratis pascuis[e] mor aquis et earum decursibus terminis et anschot ac omni fructu et utilitate, sicut nos et nostri predecessores tamquam hereditatem propriam hactenus possederunt pacifice et quiete. Et idem dominus Nicolaus ac possessor vicarie, ad quam deputaverit ipsos mansos, destituendi colonos et instituendi alios ac huram pandandi habent liberam facultatem. Et ipsi coloni lignis ad eorum structuram et ad usus necessarios cum pascuis[e] lignorum utentur, sicut alii cives hactenus uti consueverunt. Item alia dimensio cum funiculo, quod vulgariter hofslach nominatur, ammodo non fiet per nos nec per nostros heredes vel per successores, si qui iudicium ipsius ville emerint vel possederint in futuro. Item dicti coloni licite possunt inculta et anschot infra terminos eorum redigere ad culturam pro mansis eorum emendandis. Item plures exactiones non dabunt nec plura servicia facient quam eorum concives, proviso tamen, quod iudicium eorundem mansorum, quod a nobili viro domino meo Adolpho comite Holtsatie et de Schowenborg teneo[f] in feodo, michi in aliis preter prescripta reservo. Huius venditionis et emptionis testes sunt Johannes frater meus suprascriptus,[g] Hinricus senior, Reybernus et Hasso frater eius mei patrueles, Bertrammus Kule et Johannes Rike frater eius, Raven de Hummersbotle et Wollenbeke milites et alii plures fide digni. Ut autem hec venditio a me et meis heredibus ac successoribus in toto et in omnibus suis

a) dilecte *fehlt in B.* b) *B* meorum amicorum. c) *In A und B auf Rasur.* d) *B* ab occidente ad orientem ascendendo numerandum quatuor in australi parte ville. e) *B* paschuis. f) *B* tenemus. g) *B* supradictus.

partibus stabilis perseveret et servetur, sigillum meum duxi presentibus[a] appendendum. Acta sunt hec in Hamborg,[b] anno Domini MCCC quartodecimo, in crastino beate Lucie virginis.

Original, Pergament, in zwei Ausfertigungen. Original A mit dem anhängenden, wohlerhaltenen Siegel des Ausstellers der Urkunde. Rückaufschrift (14. Jahrh.): Super sex mansis in villa Todendorp pertinentibus ad vicariam per Nicolaum Decani fundatam in ecclesia sancti Petri.[1] Armig[erorum]. R[egistrata]; *und von späteren Händen:* 1314; ad altare sancti Andreae et Elizabetae 2. in Petro. — *Original B mit dem gleichen anhängenden, leicht beschädigten Siegel. Rückaufschrift (16. oder 17. Jahrh.):* Super sex mansis in villa Toddendorppe. R[egistrata], *und von späterer Hand:* ad vicariam Nicolai Decani 1314, *darunter:* N. 25.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 304.

321.

Die Brüder Heinrich und Johann von Wedel urkunden wie Heinrich von Wedel in Nr. 320. — Hamburg, 1314 Dezember 14.

Universis hoc scriptum visuris nos Hinricus et Johannes fratres milites dicti de Wedele cupimus esse notum, quod de maturo nostro consilio et pleno assensu dilecte matris nostre domine Mechtildis et omnium aliorum nostrorum heredum[c] et[c] amicorum vendidimus hereditario iure domino Nicolao Decani perpetuo vicario Hamburgensi sex mansos in villa nostra Todendorpe apud Radelvestede pro centum et quadraginta marcis denariorum minus duabus[2] monete usualis, ab occidente ad orientem ascendendo numerandum quatuor[d] in australi parte ville et duos[d] in aquilonari parte, solventes *[usw. wie in der vorigen Urkunde mit unwesentlichen Abweichungen in A bis:* eorum concives*]*, proviso tamen, quod iudicium eorundem mansorum, quod a nobili viro domino nostro Adolpho comite Holtsatie et de Schowenborg tenemus in feodo, nobis in aliis preter prescripta reservamus. Huius venditionis et emptionis testes sunt Hinricus senior, Reybernus et Hasso de Wedele[e] nostri patrueles, Bertrammus Kule et Johannes Rike frater eius, Raven de Hummersbotle et Wollenbeke milites, et alii plures fide digni. Ut autem hec venditio a nobis et nostris heredibus ac successoribus in toto et in omnibus suis partibus stabilis perpetuo perseveret et servetur, sigilla nostra huic scripto duximus appendenda. Acta sunt[f] in Hamborg, anno Domini MCCCXIIII, in crastino beate Lucie virginis.

Original, Pergament, in zwei Ausfertigungen. Original A. Beide Siegel, die anhingen, fehlen, Rest des ersten Siegelstreifens. Rückaufschrift (14. Jahrh.): 1. Super sex mansis in villa Todendorpe pertinentibus ad vicariam per dominum Nicolaum Decani fundatam in ecclesia sancti Petri. Armigerorum. R[egistrata]. *2. (17. Jahrh.):* Resignatio fratrum Henrici et Johannis de Wedele 6 mansorum in villa Todentorp apud Radelstede ad vicariam ante faciem Salvatoris in summo. 1314. — *Original B, mit zwei anhängenden Siegelstreifen, Siegel fehlen. Auf der Falte (15. Jahrh.):* Venditio Hinrici et Joannis de Wedele super 6 mansis in villa Todendorp. *Rückaufschrift (17. Jahrh.):* 1314. Venditio Henrici et Johannis de Wedele super 6 mansis in villa Todendorp. (27 oder 25?).

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 305, mit dem unrichtigen Datum Dezember 15.

a) *B* huic scripto duxi. b) *B* Hamborgh. c) *Fehlt in B.* d) *In A und B auf Rasur.* e) *B* frater eius *statt* de Wedele. f) *Folgt in B* hec.

1) *Vgl. Nr. 121.*
2) *Die Kaufsumme weicht von der in Nr. 320 genannten um zwei Mark ab.*

322.

König Ludwig der Baier bestätigt der Herzogin Margarethe von Sachsen-Lauenburg den Besitz der ihr von ihrem verstorbenen Gemahl, dem Herzog Albrecht III., als Morgengabe überwiesenen Güter, darunter Neuengamme und Kirchwärder mit der Insel Krauel. — Mainz, 1314 Dezember 20.

Ludewicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus omnibus in perpetuum. Etsi cunctorum imperii fidelium desideriis nostram regiam benigno favore condescendere deceat maiestatem, pocius tamen ad sublimium personarum, que generis et honor[um][a] decore prefulgent, vota devota concurrimus[b] ad ampliandum earum profectum et commodum graciosius inclinamur. Sciant igitur cuncti presencium auditores et inspectores, quod instantivis illustris Margarethe relicte quondam illustris Alberhti ducis Saxonie nobis oblatis supplicacionibus favorabiliter annuentes assignacionem dotis seu dotalicii sibi factam per.. ducem predictum, videlicet de bonis infrascriptis, de castro Razeburg, de castro Duzouwe, de terra Derzingorum, Nova Gamma, Kyrchwerder cum insula, que dicitur Kreuwel, theoloneo in Eyslingen, cum iuribus advocaciis et pertinenciis suis, ac de aliis rebus seu bonis, sicut in literis dicti .. ducis super hoc confectis plenius continetur, prout rite et provide facta est, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, gravem nostram indignacionem regiam se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes literas exinde conscribi et sigillo nostre maiestatis mandavimus consignari. . . Datum Moguncie, XIII. kalendas Januarii, anno Domini MCCC quartodecimo, regni vero nostri anno primo.

Original, Pergament, im Staatsarchiv zu Kiel, mit dem an roten und grünen Seidenfäden anhängenden kaiserlichen Majestätssiegel in einer hölzernen Kapsel. Rückaufschriften: 1. (15. Jahrh.): Dat keiszer Lodewicus heft geconfirmeret de brutgave der furstynnen Margareten van Sassen, MCCC unde XIIII. *2. (16. Jahrh.):* 37. — *Ferner von alter Hand:* R[egistrata].

Gedruckt: Sudendorf, UB. VII, S. 63.

Verzeichnet: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 306.

323.

Erzbischof Johann von Bremen ernennt in einer notariell beglaubigten Urkunde den Verdener Bischof Nicolaus und den Verdener Thesaurar Heinrich zu Schiedsrichtern in dem Streite, der zwischen ihm und den Bischöfen von Schwerin, Lübeck und Ratzeburg sowie dem hamburgischen Domkapitel wegen der von ihm geforderten Visitations- und Hülfsgelder ausgebrochen ist. — Langwedel, 1314 Dezember 23.

Universis presentes litteras inspecturis Johannes miseracione divina sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus salutem in Domino sempiternam. Quia nemo in propria causa iudex ydoneus comprobatur et ut omnis suspicionis occasio cessare debeat, propter bonum eciam pacis et concordie reverendum patrem et dominum dominum Nicolaum Dei gracia Verdensem episcopum et Hinricum eiusdem ecclesie thesaurarium eligimus facimus et

a) *Or.* honoribus. b) *Hinter* concurrimus *scheint* et *zu fehlen.*

constituimus auditores diffinitores et amicabiles compositores, prout de iure plenius possumus, in causis et controversiis inter nos ex parte una et venerabiles fratres suffraganeos nostros, scilicet Zwerinensem nunc defunctum, Lubicensem, Raceburgensem episcopos eorumque capitulares ac eorum subditos alios et capitulares ecclesie Hamburgensis ex parte altera exortis super sentenciis in eos latis pro eo, quod non solverunt nobis procuraciones duorum annorum racione visitacionis in pecunia numerata iuxta graciam a sede apostolica nobis factam, eciam quod Hamburgensis ecclesie capitulares et eorum subditi non satisfecerunt nobis de caritativo et necessario subsidio, sicut alii dyocesis nostre clerici, et super appellacionibus a prefatis episcopis eorum subditis et dicte ecclesie Hamburgensis canonicis propter iam dicta, ut dicitur, interiectis, promittentes nos ratum habere et habituros quicquid super iam tactis iuxta conscienciam suam bonam diffiniverint sentenciaverint vel alias etiam duxerint ordinandum. In quorum omnium testimonium presentes litteras in forma publici instrumenti per infrascriptum notarium scribi publicari mandamus et appensione nostri sigilli roborari. Datum et actum in castro Langwedele Bremensis dyocesis, anno Domini MCCC quartodecimo, indictione duodecima, die XXIII. mensis Decembris, summi pontificis sede vacante, presentibus Everhardo canonico ecclesie Bremensis et archidyacono Rustringhe, magistro Nicolao canonico ecclesie beati Willehadi, Nicolao canonico sancti Anscharii, Echardo canonico Buccensi et Richardo clerico et aliis pluribus fide dignis testibus vocatis ad predicta et rogatis.

Et ego Hinricus Persona de Rastede Bremensis dyocesis publicus auctoritate imperiali notarius suprascriptis omnibus una cum dictis testibus interfui et ea omnia et singula de mandato prefati domini archiepiscopi fideliter scripsi et publicavi et in hanc publicam formam redegi meoque consueto signo et [m]eo[a] nomine roboravi in testimonium premissorum sub anno indictione mense die vacacione et loco supradictis.

Abschrift im Notariatsinstrument vom 3. Januar 1315, Nr. 327.

Gedruckt: Mecklenb. UB. VI, S. 128.

324.

Der hamburgische Dompropst Ludwig und der Rat von Krempe beurkunden, daß das hamburgische Domkapitel von benannten Eingesessenen in Grevenkop Ländereien gekauft und sie ihnen in Erbpacht gegeben habe.[1] — 1314.

Lodewicus Dei gracia prepositus ecclesie Hamburgensis ac consules oppidi in Crempa notum esse cupimus universis, quod Nanno filius Hermanni, Hermannus filius Rodolfi, Ropertus, Albertus Hane et Jacobus Marquardi cives in Grevencop in presencia nostra constituti recognoverunt se agros infrascriptos secundum situm inferius annotatum ecclesie Hamburgensi in perpetuum vendidisse, de quibus Nanno filius Hermanni predictus II½ iugera in quartali Hermanni patris sui, in quo domus est constructa, vendidit, que quidem

a) *In den erhaltenen Originalinstrumenten vom 3. Januar 1315 — Nr. 328 — steht* eo, *die Abschrift des im Original nicht erhaltenen Instruments im Liber copialis Capituli — Nr. 327 — hat* meo.

1) *Über den Ankauf anderer Ländereien in Grevenkop durch den vor 1314 April 20 verstorbenen Vikar Magister Ludolf vgl. Ztschr. f. Hamb. Gesch. VI, S. 32 u. 54.*

iugera ab aggere, qui Oudik dicitur, usque ad domum se extendunt, Hermannus Rodolfi unum iuger cum dimidio, dimidium iuger in proprio quartali suo et aliud iuger integrum in quartali Roperti a minori wetheringe ad orientem situantur, Ropertus quatuor iugera, quorum duo in quartali domus sue et alia duo in quartali hummulario cum decem virgis sunt sita, Albertus Hasse unum iuger in quartali domus sue ab aque decursu, que Ou dicitur, usque ad minorem wetheringe mensurando, et si defectus fuerit ab ista parte weteringhe, ultra procedetur, donec mensura unius iugeris integraliter habeatur, Jacobus Marquardi unum iuger in quartali ad orientem, ubi domus Johannis Syfridi constructa fuit, de aqua, que Ou dicitur, ad minorem wetheringe procedendo, et si defectus fuerit ab ista parte minoris wetheringe, ulterius procedetur, donec[a] mensura debita unius iugeris habeatur. Sed ecclesia predicta iam dictis civibus predictos agros pro hereditario censu locavit, videlicet quodlibet iuger pro octo solidis denariorum annis singulis in octava pasche sub pena dupli et excommunicacionis sententia integraliter persolvendis, reservans sibi facultatem, quod post mortem predictorum civium predictos agros uni de heredibus singulorum tantum sine aliorum heredum contradictione locare possit, quociens et quando fuerit oportunum. Et si predicti cives vel eorum heredes seu quicunque alii, quibus dicti agri locati fuerint, in predicto termino sub penis predictis non satisfecerint, extunc agri predictum censum non solvencium ecclesie libere vacabunt, ita quod dicta ecclesia Hamburgensis dictos agros sic vacantes aliis locare potest ipsosque nichilominus colonos destituendi et alios instituendi pro sue voluntatis libitu et qualibet contradictione postposita habebit plenam et liberam facultatem. In cuis rei testimonium ad instanciam predictorum ecclesie et civium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum et actum anno Domini MCCCXIIII.

Original, Pergament, im Grfl. Archiv zu Breitenburg, mit abhangendem, stark beschädigtem Siegel der Stadt Krempe. Das abhangende Siegel des hamburgischen Domkapitels fehlt, das Siegelband ist erhalten. Rückaufschrift (14. Jahrh.): De redditibus in hac littera inventis (?) IIII iugera ad vi[cariam domini Johannis] Dargentin pertinent,[1] reliqua sex iugera legare potest vel vendere, prout sibi placuerit;[b] *ferner (17. Jahrh.):* Eine Handtschrifft auf unterschiedene Grevenköper, aufn Cremper Riepe belegene Lendereyen, in welcher Hauer verabscheidet, dafern die Haur nicht abgetragen wird, dass alsdan der Acker anderswehm möge verheuret werden. Dat. 1314; *darunter (18. Jahrh.):* No. 67. 1747. N. 1.

Gedruckt: Archiv für Schlesw. Holst. Lauenb. Staats- u. Kirchengesch. V, S. 68; Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 309.

Verzeichnet: Joachim Niehusens Inventar d. Domurkunden in Staphorsts Hamb. Kirchengesch. I 1, S. 488 Nr. 239, vgl. auch S. 496 Nr. 427 und S. 518 Nr. 846; Repertorium des Gutsarchivs von Breitenburg, Ztschr. f. Schlesw. Holst. Lauenb. Gesch. VIII, Anh. S. 49.

325.

Das hamburgische Domkapitel verpachtet den Eingesessenen zu Grevenkop Zehnten, die es dort besitzt. — 1314.

a) *Davor gestrichen:* ultra. b) *Die Eintragung ist durch Rasur zum Teil undeutlich oder unleserlich gemacht.*

1) *Über den Vikar im Dom Johann Dargentin s. Necrol. Cap. Hamb., Ztschr. f. Hamb. Gesch. VI, S. 147. Vgl. auch Nr. 157.*

Nos Lodewicus Dei gratia prepositus, Bertrammus decanus totumque capitulum ecclesie Hamburgensis notum esse volumus universis tam presentis temporis quam futuri, quod nos decimas nostras tantum tam maiores quam minutas, quas ecclesia nostra in villa Grevencop possidet et hactenus possedisse dinoscitur, civibus eiusdem ville et eorum veris heredibus sub titulo contractus, qui vulgo dicitur oding, in perpetuum locavimus, videlicet pro nonaginta marcis denariorum Hamburgensium nobis in civitate Hamborgh sine diminucione qualibet annis singulis persolvendis. Cuius pecunie medietatem in festo beati Feliciani et aliam medietatem in die beati Petri ad cathedram quolibet impedimento postposito solvere tenebuntur, ita quod, si dicti cives sive coloni, qui pro tempore fuerint, in ipso die Feliciani medietatem et in ipso die beati Petri aliam medietatem, prout premittitur, non persolverint, in crastino eiusdem diei sive termini, quo in solucione defecerint, solvent duplum illius termini. Et insuper in opcione nostra erit in crastino utriusque termini predictum contractum, condicionem sive locacionem, que oding dicitur, revocare vel, si magis voluerimus, observare. In cuius rei perpetuam memoriam sigillum ecclesie nostre presentibus est appensum. Datum et actum anno Domini MCCCXIIII.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 67b, Privilegia capitularia XXXVI. Überschrift: Super odingo decime in Grevencop.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 308.

326.

Aufzeichnung über den von der Mühlensteinverwaltung ständig zu haltenden Vorrat an Steinen und Geld. — Um 1314.

Custodes molarium habent C et XLVIII molares et CC marcas denariorum, que de anno in annum servabuntur. Et quicquid supercreverit, hoc in festo Petri debet camerariis presentari quolibet anno.

Liber de hortis venditis fol. 16. Die undatierte Eintragung folgt einer solchen aus dem Jahre 1314, ist freilich mit anderer Tinte geschrieben.

327.

Die vom Erzbischof Johann von Bremen in seinem Streite mit den Bischöfen von Schwerin, Lübeck und Ratzeburg sowie dem hamburgischen Domkapitel ernannten Schiedsrichter Bischof Nikolaus von Verden und der Verdener Thesaurar Heinrich fällen ihren Schiedsspruch und lassen ihn durch den Notar Johann von Luneborch beglaubigen. — Schwerin, 1315 Januar 3.

Nos Nicolaus Dei gratia episcopus et Hinricus thesaurarius ecclesie Verdensis notum facimus universis, quod nuper commissionem quandam a reverendo patre domino Johanne sancte Bremensis ecclesie archiepiscopo recepimus de principio ad finem hanc seriem continentem: *[folgt die Urkunde vom 23. Dezember 1314, s. Nr. 323].*

Huius igitur commissionis auctoritate secundum omnem eius continenciam diligenter processimus et tandem auditis et discussis, audiendis et discutiendis sentenciavimus et diffinivimus sub hac forma:

In nomine Domini amen. Nos Nicolaus Dei gracia episcopus et Hinricus thesaurarius ecclesie Verdensis auditores diffinitores et amicabiles compositores constituti a reverendo patre domino Johanne sancte Bremensis ecclesie archiepiscopo in causis et controversiis exortis inter eundem dominum archiepiscopum ex parte una et venerabiles patres dominos suffraganeos suos, scilicet Zwerinensem nunc defunctum, Lubicensem, Raceburgensem episcopos eorumque capitulares ac eorum subditos alios et capitulares ecclesie Hamburgensis, parte ex altera super sentenciis in eos latis pro eo, quod non solverunt eidem archiepiscopo procuraciones duorum annorum racione visitacionis in pecunia numerata iuxta graciam, a sede apostolica quam asserit sibi factam, et quod Hamburgensis ecclesie capitulares et eorum subditi non satisfecerunt sibi, ut asserit, de caritativo et necessario subsidio, sicut alii dyocesis sue clerici, et super appellacionibus a prefatis episcopis eorum subditis et dicte Hamburgensis ecclesie canonicis propter iam dicta interiectis auditis plenius et examinatis diligencius, que circa premissa et eorum quodlibet ac quecunque ea contingencia proposita fuerunt et de quibus nobis facta fuit plena fides, invenimus evidenter, quod premisse partis contrarie predicto domino archiepiscopo excepciones defensiones et appellaciones probabiles legitime et iuste sunt et fuerunt et congruis temporibus obiecte et eciam interiecte. Unde iuxta conscienciam nostram bonam communicato peritorum consilio diffinimus et sentencialiter decernimus in hiis scriptis, quod supradicti episcopi capitulares ac eorum subditi communiter vel divisim nullis omnino excommunicacionum suspensionum et interdicti sentenciis prolatis ordinaria vel delegata potestate per ipsum dominum archiepiscopum seu quemcumque alium constitutum ab ipso vel a sede apostolica sunt ligati. Propter quod ipsi et eorum quilibet sunt et fuerunt ad quoslibet actus legitimos admittendi.

In quorum omnium testimonium presentes litteras in formam publici instrumenti per subscriptum notarium scribi et publicari mandavimus et precipimus[a] sigillorum nostrorum appensionibus roborari. Acta sunt hec Zwerin, anno Domini MCCC quintodecimo, tercio die mensis Januarii, indictione terciadecima, presentibus discretis viris dominis magistro Andrea notario nostri Nicolai Verdensis episcopi, magistro Andrea Stephani clerico Lubicensis dyocesis et Hinrico dicto de Lubeke et Mathia de Roghan perpetuis vicariis in ecclesia Zwerinensi, Marquardo de Molendino et Nicolao de Wismaria presbiteris Raceburgensis dyocesis et pluribus aliis fide dignis ad hec vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Johannes dictus de Luneborgh clericus Verdensis dyocesis publicus auctoritate imperiali notarius suprascriptis omnibus una cum dictis testibus interfui et ea omnia et singula de mandato venerabilis in Christo patris domini Nicolai Verdensis episcopi et honorabilis viri domini Hinrici thesaurarii Verdensis ac honorabilium virorum dominorum Philippi decani et capituli Zwerinensis et Seghebando decano, Hinrico cantore et Johanne scolastico Lubicensis ecclesie, magistro Pelegrino, Hermanno de Hilghenstede, Hinrico de Clutze et Johanne notario consulum in Hamborgh canonicis Hamburgensibus mandantibus fideliter scripsi et publicavi et in hanc publicam formam redegi meoque consueto signo et nomine roboravi.

a) *Vorlage* precipimus et.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 50, Privilegia episcoporum III. Überschrift: Super sententia diffinitiva lata super nullitate sententiarum prolatarum per archiepiscopum Grant in suffraganeos suos et prelatos provincie pro eo, quod non solverunt sibi procuracionem in pecunia numerata, et ex eo, quod non dederunt decimam precise.

328.

Notariatsinstrument über den Spruch der vom Erzbischof Johann von Bremen ernannten Schiedsrichter in seinem wegen der Visitations- und Hülfsgelder ausgebrochenen Streite mit den Bischöfen von Schwerin, Lübeck und Ratzeburg sowie dem hamburgischen Domkapitel. — Schwerin, 1315 Januar 3.

In Christi nomine amen. Anno incarnacionis eiusdem MCCC quintodecimo, tercio die mensis Januarii, indictione terciadecima, summi pontificis sede vacante, constitutis in presencia mei notarii et testium subscriptorum, Zwerin, in hospicio magistri Johannis de Luttekenborg canonici Zwerinensis, reverendo patre domino Nicolao Verdensis ecclesie episcopo et honorabili viro domino Hinrico eiusdem Verdensis ecclesie thesaurario ex parte reverendi in Christo patris domini Johannis sancte Bremensis ecclesie archiepiscopi et honorabilibus viris dominis Philippo decano et capitulo Zwerinensis ecclesie pro se et sua ecclesia, Seghebando decano, Hinrico cantore et Johanne scolastico pro se et Lubicensi ecclesia, Ludero scolastico Zwerinensi, magistro Pelegrino canonico Hamburgensi et Ludolfo de Estorpe canonico regulari Raceburgensis ecclesie pro se et Raceburgensi ecclesia, Hermanno de Hilghenstede, Hinrico de Clutze et Johanne notario consulum in Hamborg canonicis Hamburgensibus pro se et ecclesia Hamburgensi dicti domini episcopus et thesaurarius Verdensis ecclesie commissionem quandam sigillatam vero et integro sigillo predicti domini Johannis archiepiscopi Bremensis in medium produxerant et legi fecerant de principio ad finem sine diminucione qualibet hanc seriem continentem: *[folgt die Urkunde vom 23. Dezember 1314, s. Nr. 323].*

Huius igitur commissionis auctoritate iam dicti domini episcopus et thesaurarius Verdensis ecclesie procedentes quandam pronunciacionem sedendo in scriptis fecerant sub hac forma: *[folgt der in Nr. 327 enthaltene Schiedsspruch:* In nomine Domini amen *bis* actus legitimos admittendi].

Sane hanc pronunciacionem secundum omnem sui tenorem et seriem sepedictus dominus Nicolaus Verdensis episcopus in scriptis legerat suo nomine et vice predicti sui college hoc sibi specialiter committentis. Forma vero sigilli predicti viridi cere insui college hoc sibi specialiter committentis. Forma vero sigilli predicti viridi cere impressa erat oblonga et in ea erat ymago archiepiscopalis sub tabernaculo desuper facto sedens in cathedra inpressa, tenens in manu sinistra episcopalem baculum, et inter dextram manum erectam et humerum dicte ymaginis fuerat crux extenta. Tenor autem litterarum in eiusdem sigilli circumferencia contentarum erat talis: Johannes Dei gracia Bremensis archiepiscopus.

Acta sunt hec sub anno indictione mense die vacacione et loco predictis, presentibus discretis viris dominis magistro Andrea notario memorati domini Verdensis episcopi, magistro Andrea Stephani clerico Lubicensis dyocesis et Hinrico dicto de Lubeke et Mathya de Roghan perpetuis vicariis in ecclesia Zwerinensi, Marquardo de Molendino

et Nicolao de Wismaria presbiteris Raceburgensis dyocesis et aliis fide dignis ad hec vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Johannes dictus de Luneborg clericus Verdensis dyocesis publicus auctoritate imperiali notarius supradictis omnibus una cum dictis testibus interfui et ea omnia et singula de mandato prefati domini Nicolai episcopi et domini Hinrici thesaurarii Verdensis ecclesie ac de mandato honorabilium virorum prefatorum dominorum Philippi decani et capituli Zwerinensis, decani cantoris et scolastici ecclesie Lubicensis, Luderi scolastici Zwerinensis, magistri Pelegrini canonici Hamburgensis et Ludolfi de Estorpe, Hermanni de Hilghenstede, Hinrici de Clutze et Johannis notarii consulum in Hamborg canonicorum Hamburgensium et plurium aliorum predictarum ecclesiarum canonicorum presencium et assistencium fideliter scripsi et publicavi et in hanc formam publicam redegi meoque consueto signo et nomine roboravi.

(Notariatszeichen)[1]

Original, Pergament, in zwei Ausfertigungen. Original A: Rückaufschrift (14. Jahrh.): Pronunciacio domini Verdensis episcopi et thesaurarii Verdensis ex commissione archiepiscopi[a] facta et habita; *darunter (17. oder 18. Jahrh.):* Visitationes ecclesie in diocoesi Bremensi et subsidium caritativum continens. *No. 13. — Original B: Rückaufschrift (14. Jahrh.):* Pronunciacio (?) domini episcopi Verdensis . . . ., *das weitere ist unleserlich geworden durch den darüber geschriebenen Vermerk aus dem 17. Jahrh.:* Pronunciatio episcopi Verdensis et thesaurarii Hinrici inter archiepiscopum Bremensem, Hamburgenses et alios provinciales capitulares anno 1315, 3. Januarii in puncto visitationis. AAAA. No. 96.

Gedruckt: Mecklenb. UB. VI, Nr. 3735.

329.

Die Bischöfe von Lübeck und Ratzeburg, die Domkapitel zu Bremen, Lübeck, Schwerin, Ratzeburg, Hamburg und die gesamte Geistlichkeit der Stadt, Diözese und Provinz Bremen einigen sich über ihr gemeinsames Vorgehen gegen die Übergriffe des Erzbischofs von Bremen. — 1315 Februar 21.

In nomine Domini amen. Cum reverendus pater dominus Johannes sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus nos Dei gracia Borchardum Lubicensis et Marquardum Rasceburgensis ecclesiarum episcopos atque nos prepositos decanos et capitula Bremensis, Lubicensis, Zwerinensis, Raceburgensis et Hamburgensis ecclesiarum necnon universum clerum civitatis dyocesis et tocius provincie Bremensis diversis iniuriis gravaverit iura libertates privilegia statuta et consuetudines ecclesiarum nostrarum multipliciter infringendo et, quantum in ipso est, omnimode violando, illicitas et inconsuetas exactiones a nobis et a clero nobis subiecto minus provide extorquendo, provisiones in ecclesiis nostris contra tenorem indultorum apostolicorum temere faciendo et alia plura illicita committendo, ut facilius et commodius illicitis predicti domini archiepiscopi conatibus occurratur, cum singulares persone predictarum ecclesiarum ac singule ecclesie vel capitula supradicta in propulsandis huiusmodi violenciis et iniuriis nec laboribus nec expensis per se singulariter sufficiant, deliberato consilio per procuratores nostros specialiter ad infra-

a) *Davor von der folgenden Hand des 17. oder 18. Jahrh. auf Rasur:* Johannis.

1) *Abbildung s. Nr. 309.*

scripta a nobis constitutos propter hec Hamborch congregatos, sic duximus ordinandum et bona fide invicem promisimus observandum, ut pro defensione iurium nostrorum omnes et singuli nostrum in appellationibus et defensionibus obiectis seu per quemcumque nostrum obiciendis eisdem exceptionibus et obiectionibus in foro ecclesiastico omnino utemur nec per quemcumque nostrum aliqua particularis compositio super quocumque articulo singulariter attemptabitur, nisi super omnibus inter nos omnis fiat compositio generalis, in qua specialiter exprimatur, ne prenominatus dominus archiepiscopus aliquem de suis suffraganeis sine consensu Bremensis capituli presumat de cetero confirmare, sed expectabitur diffinitiva sententia efficaciter transiens in rem iudicatam, hoc tamen solo excepto, quod capitulares ecclesie Zwerinensis ab huiusmodi exceptionibus et defensionibus subportatos habebimus, que facto eorum contrariari videntur. Expensas autem faciendas in prosecutione cause vel causarum predictarum in curia Romana vel extra, si alibi contingat delegari, omnes faciemus de communi. De aliis tamen expensis, que fiunt pro placitis seu terminis observandis, facient singule ecclesie sicut hactenus consueverunt. Item si contingat aliquam singularem personam ex superius comprehensis gravari seu inquietari in curia Romana vel extra per archiepiscopum predictum occasione obiectorum vel obiciendorum sibi ex parte provincie sue directe vel indirecte, talem expensis communibus defendemus. Et si dubium orietur, utrum occasione predicta aliquis gravetur, super eo stabitur dictis sex canonicorum cathedralis ecclesie illius, sub qua vexatus huiusmodi commoratur; simili quoque modo stabitur dictis sex canonicorum Hamburgensis ecclesie, cum aliquis de ipsa ecclesia vel ei subditus perturbatur. Postremo licet prescripta morte presentis archiepiscopi et per exitum causarum pretactarum irrevocabilem extincta et finita censeri debeant, tamen invicem promittimus perpetuo servandum, quod privilegia nostra consuetudines libertates statuta et alia iura nobis et cuilibet nostrum competencia defensare volumus contra quoscumque violatores aut infractores eorundem in omni ecclesiastico iure communibus laboribus et expensis, nisi talia fuerint privilegia consuetudines libertates statuta et iura, propter que ecclesie superius nominate vel alique ex ipsis dicerent sibi mutuas actiones vel defentiones competere, quo casu ceteri de provincia neutri parti ad subsidia perstringentur. Et si dubitatio oriatur super eo, quod servari debeat ex consuetudine vel statuto, stabitur iuramento sex canonicorum ecclesie allegantis consuetudinem vel statutum, ut, quicquid esse et fuisse iurati dixerint, servetur inviolabiliter et expensis communibus defendatur. In quorum omnium evidenciam et observanciam ampliorem sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini millesimo CCC quintodecimo, IX. kalendas Marcii.

Original, Pergament. Von den angehängten 7 Siegeln sind Bruchstücke der an 4., 6. und 7. Stelle hängenden Siegel der Domkapitel von Lübeck, Schwerin und Hamburg vorhanden; die Siegelbänder sind sämtlich erhalten. Rückaufschrift: XXI. P., *ferner (17. Jahrh.):* Confoederatio vel unio episcoporum Lubecensis et Ratzeburgensis necnon capituli Hamburgensis, Bremensis, Lubecensis, Schwerinensis et Ratzburgensis ecclesiarum contra archiepiscopum Bremensem de anno 1315, 9. kalendas Martii. N. 99.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 51, Privilegia episcoporum V. Überschrift: Littere unionis episcoporum et capitulorum provincie Bremensis ad defendendum libertates privilegia et iura sua.

Gedruckt: Meckl. UB. VI, Nr. 3676, mit der falschen Jahreszahl 1314, aus einem Transsumpt vom 19. Februar 1320, berichtigt ebendort Nr. 3739.

Verzeichnet: Lisch, Urkunden-Sammlung z. Gesch. d. Geschlechts von Maltzahn I, S. 202.

330.

Die Ritter Volrad von Tzule, Detlef Wulf, Ludolf Scarpenberch und der Knappe Johannes von Lasbeke beurkunden, daß der letztere dem Kloster Reinbek Land im Billwärder verkauft habe. — 1315 Februar 24.

Universis presentia visuris seu audituris Volradus de Tzule, Thetlevus Lupus, Ludolphus Scarpenberch milites et Johannes de Lasbeke famulus in vero salutari salutem. Tenore presentium recognoscimus et fatemur Johannem de Lasbeke predictum sanctimonialibus[a] in Reynebeke dimidium mansum situm in Billenwerdere apud Bilnam cum decimis et omni iure, sicut ipsum sui predecessores possederunt, pro quinquaginta marcis denariorum Hamburgensium vendidisse, ita videlicet, ut, si ipsum in spacio quatuor annorum subsequentium pro iam dicta pecunia reemere decrev[er]it, in cathedra beati Petri apostoli et non in alio termino ad suos proprios et non aliorum usus sibi vel suis veris heredibus, si Deo disponente eundem Johannem e medio migrare contigerit, reemendi facultas libera relinquatur. Quod si neglectum fuerit, iure hereditario quiete ac pacifice non obstante contradictione aliqua perpetuis temporibus possidebunt. Preterea si memoratis sanctimonialibus[a] in prefixo[b] quatuor annorum spacio in predicto manso aliqua impugnatio seu nocumentum et precipue ex parte[c] Willekini Ruschen ac suorum heredum quomodolibet oriretur, de huiusmodi impugnationis nocumento ipsas indempnas eripere volumus et debemus, et si non fecerimus, civitatem Malne intrabimus non exituri, quoadusque de dampno sive nocumento sanctimonialibus[a] illato fuit integraliter satisfactum. Ceterum si premisse sanctimoniales[d] aliquos sumptus fecerint erga dictum mansum in edificiis, dictorum sumptuum recompensatio[nem] sepedictus Johannes eisdem amicabiliter ministrabit vel gratanter admittet, ut sua edificia ibidem constructa penitus inde tollant. In quorum omnium testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum anno Domini MCCC quintodecimo, in festo beati Mathye apostoli.

Abschrift, 17. Jahrh., auf Papier im Staatsarchiv zu Kiel. Aufschrift: Copia de Bildenwerder. Johannes de Lassbecke versettet dem Closter Reinebeck ⅹ mathe in dem Bildenwerder vor 6 ℔ lubsch, so in binnen 4 Jahren nicht wider gelost, alsdan beim Closter zu bliven. 1315. 24. Februar.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 310.

Verzeichnet: Westphalen, Mon. ined. IV, Sp. 3422 Nr. 30.

331.

Die Kirchengeschworenen zu St. Katharinen überlassen ihrem früheren Pfarrer Heinrich und seiner Schwester Mechtild eine Wohnung neben dem Pfarrhaus. — [1315] März 9.

Jurati sancte Katharine cum consensu parrochialium convenerunt cum domino Hinrico quondam plebano eorum et sorore Mechtildi de Buxtehude, quod, quam diu vixerint ambo, optinebunt domum ut sitam iuxta dotem. Si ipsum dominum Hinricum prius prefata Mechtildi decedere contigerit, tunc ipsa domina obtinebit domum eandem ad tempora sue vite, item [si][e] ipsa prior eo decesserit, tunc ipse sine impedimento quoad vixerit obtinebit eandem. Actum Judica.

Liber contractuum fol. 18b.

a) *Vorlage:* sacrimonialibus. b) *Vorlage:* profixo. c) *Vorlage:* exerte. d) *Vorlage:* sammoniales. e) *Fehlt in der Handschrift.*

332.

Notariatsinstrument über die dem erwählten Bischof Hermann Maltzahn[1] von Schwerin von benannten Räten und dem Vogt des Erzbischofs von Bremen erteilte Antwort auf seine Klage, daß der Erzbischof ihm die Weihe verweigere. — Buxtehude, 1315 März 23.

In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCXV, XXIII. die mensis Marcii, indictione terciadecima, constitutus apud discretos viros dominos Everhardum de Wildeshusen Bremensis et Ludolfum Groven Hamburgensis Bremensis dyocesis ecclesiarum canonicos cappellanos commensales et consiliarios secretarios reverendi patris domini Johannis archiepiscopi Bremensis necnon apud strennuum militem dominum Martinum de Hudha officialem et advocatum eiusdem domini archiepiscopi Bremensis venerabilis vir dominus Hermannus Moltzan electus et confirmatus in episcopum ecclesie Zverinensis in presencia mei notarii et testium subscriptorum querulando eisdem exposuit, quod, quamvis a tempore confirmacionis sue usque tunc semper cum instancia et humilitate debitis in singulis ordinacionum temporibus et ante et post huiusmodi tempora a reverendo patre domino . . archiepiscopo predicto petivisset et requisivisset, ut ipsum canonice et legitime auctoritate sua in dicte ecclesie[a] Zverinensis episcopum confirmatum in presbiterum ordinaret et post hec consecracionis munus eidem, prout de iure tenebatur, inpenderet vel, si per scriptum predicta exequi nollet vel non posset, licenciam[b] sibi per suas patentes litteras dare dignaretur ordinacionem et consecracionem huiusmodi ab aliis . . episcopis in forma ecclesie recipiendi, idem tamen . . archiepiscopus, quociens super predictis per ipsum dominum Hermannum vel procuratores suos ad hoc specialiter deputatos requirebatur, semper ordinacionem et consecracionem aut licenciam[b] predictas eidem inpendere vel dare denegabat nullam racionabilem causam assignans, quare hec facere non tenebatur, sed per vana subterfugia querens sibi tempus subducere de consecrandis . . episcopis a iure limitatum, supplicando humiliter et devote Everhardo, Ludolfo et Martino, quatenus, cum ipsi secreti consiliarii et familiares ipsius domini . . archiepiscopi exstiterent, apud ipsum pro eo intercedere curarent, ut ordinacionem et consecracionem aut saltem licenciam predictas eidem domino . . electo inpendere et concedere dignaretur, prout de iure tenebatur. Qui deliberacione prius inter se prehabita communiter responderunt, quod ipsi recognoscerent et scirent ipsum dominum . . electum predictas ordinacionem et consecracionem aut licenciam debitis temporibus et debito modo a prefato domino . . archiepiscopo sepius petivisse et quod ipsi nichilominus sepius pro eo apud ipsum intercessissent, sed ipse dominus . . archiepiscopus semper eis respondit, quod predictas ordinacionem et consecracionem nullo modo sibi inpenderet aut per alios sibi inpendi faceret, nisi prius mille marcas puri argenti, quas sibi a tota provincia Bremensi promissas et debitas asserebat, idem . . electus et confirmatus dicto domino . . archiepiscopo persolveret vel ad solucionem . . . .[c] sibi per ydoneam caucionem obligaret et nichilominus ultra hec a tota dicta provi[ncia littera]s[c] sufficientis caucionis sibi procuraret,

a) *Die Endbuchstaben der beiden Worte* dicte ecclesie *auf Rasur.* b) licenc *auf Rasur.* c) *Loch im Pergament. An der ersten Stelle ist etwa zu ergänzen:* huius pecunie.

1) *Der bisherige Schweriner Dompropst Hermann Maltzahn war zugleich Hamburger Domscholastikus gewesen; vgl. Nr. 152 und 153.*

quod, si aliquis ipsum dominum archiepiscopum in posterum inquietaret vel inpugnaret, tota provincia Bremensis eum defendere teneretur propriis eorum laboribus et expensis. Quibus sic responsis et relatis, prefatus dominus Hermannus electus et confirmatus in episcopum Zverinensem requisivit et peciit me notarium infrascriptum, ut super singulis responsionibus et dictis predictorum Everhardi, Ludolfi et Martini in presencia subscriptorum testium ibidem factis et habitis et diligenter conscriptis sibi facerem publicum instrumentum. Acta sunt hec in nova villa Buxstehudhe Verdensis dyocesis, anno mense die et indictione predictis, presentibus honorabilibus viris dominis Bertrammo decano Hamburgensi et magistro Johanne preposito Butzowensi, magistro Johanne Bule thesaurario Lubicensi, Hermanno preposito in Wildeshusen, magistro[a] Johanne de Campe canonico Zverinensi, Johanne dicto Sperlinch perpetuo vicario in dicta ecclesia Zverinensi, Olrico Moltzan et Georgio Hasencop militibus dicte Zverinensis dyocesis testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen)[1] Et ego Johannes dictus de Luneborch clericus Verdensis dyocesis publicus auctoritate imperiali notarius premissis omnibus una cum supradictis testibus interfui et ea omnia et singula de mandato honorabilium virorum prefatorum dominorum Hermanni electi et confirmati in episcopum Zverinensem, Everhardi, Ludolfi et Martini, fideliter scripsi et publicavi et in hanc formam publicam redegi meoque consueto signo signavi rogatus.

Original, Pergament. Rückaufschrift (14. Jahrh.): Instrumentum super eo, quod dominus archiepiscopus Bremensis a domino Hermanno quondam Zverinensi episcopo mille marcas puri argenti pro sua ordinacione et consecracione in episcopum exigere conabatur.

Gedruckt: Lisch, Urkunden-Sammlung z. Gesch. d. Geschlechts von Maltzahn I S. 223ff.; Mecklenb. UB. VI, Nr. 3746.

333.

Leibrentenvertrag des Johann Sperling mit dem Heiligen Geist-Hospital. — [1315] März 23.

Johannes dictus Sperlyng habet in curia Borstelde dicta ut sita est centum marcas denariorum, quas domui sancti spiritus resignavit sub hac forma, videlicet quod sibi dabunt singulis annis, quamdiu vixerit, decem marcas denariorum annuatim. Si vero contigerit ipsas C marcas ab ipsa domo evinci quocumque modo, tunc ipsi non dabitur talis census. Item si impeti contigeret aliquo modo C marcas predictas, tunc expensas, si que provisores et domus pro liberacione eorum facerent, de prefatis redditibus et centum marcis prenarratis exponentur. Item resignavit dicte domui hereditatem, ut sita apud fratres predicatores, pro qua dabunt sibi IIII marcas denariorum eciam ad tempora sue vite quolibet anno. Preterea si contigerit eum mori infra hunc annum, tunc census predictarum XIIII marcarum sibi dabitur, sicut in tempore fuerit deservitus. Volumus etiam sibi libenter dare in domo sancti spiritus predicta, quando desiderat, quolibet anno expensas ad mensam sacerdotum pro decem marcis denariorum. Actum in pascha.

Liber reddituum s. Nicolai 1300—1400, fol. 28.

a) magistro *über der Zeile nachgetragen.*

1) *Abbildung s. Nr. 309.*

334.

Herzog Erich I. von Sachsen-Lauenburg bestätigt den Bergedorfern die ihnen von seinem Vater verliehenen Freiheiten,[1] insbesondere den Gebrauch des Rechtes der Bürger von Mölln. — Lauenburg, 1315 Mai 1.

I.

Ericus Dei gratia dux Saxonie, Angarie et Westfalie omnibus presens scriptum cernentibus salutem in Domino sempiternam. Noverint universi presentes et posteri, quod nos bona et libera voluntate opidanis in opido nostro Bergerdorp nunc manentibus vel ad morandum postmodum intrantibus tale ius, quale cives in Molne habere dinoscuntur, perpetualiter erogamus nolentes, quod ab aliquo advocatorum nostrorum sive aliis vasallis nostris vel successoribus dictum ius aliquatenus infringatur. Volumus etiam, ut servi nostri, si qui sint, dictis opidanis coram advocato nostro super debitorum incusatione respondeant et iudicio stent. Quod qui non fecerint, possint de nostra licentia, si venerint ad opidum, occupari, donec ab actore secundum iusticiam aut amiciciam se absolvant. Et qui coram iudice nostro semel debitum fassi fuerint, ad expurgationem eiusdem nequaquam ammodo admittentur. In huius libertatis recompensam, quam a patre nostro habitam confirmamus et innovamus, decem marcas Hamborgensium denariorum annis singulis nobis dabunt in festo Martini, sicut dare actenus consueverunt. In cuius rei testimonium presens scriptum ipsis dari iussimus nostri sigilli robore consignatum. Datum Lovenborgh, anno incarnacionis Domini MCCCXV, in die apostolorum Philippi et Jacobi per manum Vlrici notarii curie nostre.

Original, Pergament, mit anhängendem, stark beschädigtem Reitersiegel. Rückaufschrift: Nr. 2, *ferner (17. Jahrh.):* Privilegium ducis Erici de anno 1315. *Die Urkunde ist aus dem Bergedorfer Stadtarchiv in das Staatsarchiv gelangt.*

Gedruckt: Dreyer, Einleitung zur Kenntnis der .... von E. Hochw. Rath der Reichsstadt Lübeck .. ergangenen allgemeinen Verordnungen (1769), S. 598 (sehr fehlerhaft und mit der falschen Jahreszahl 1305). Danach wiederholt: Klefeker, Samml. d. hamb. Ges. u. Verf. X, S. 356.

Verzeichnet: Schütze, Chronol. Verz. Nr. 224.

II.

Erik van Godes gnaden hertoge to Sassen, to Engeren unde Westvalen enbeden al denjennen, de desse schrift seen, ewigen heyl in Got. Weten scholen al deghenen, de jegenwardich synt unde hir namals kamen werden, dat wy mit guden vrigen willen geven to ewigen tiden den wichbeldesluden in dem wygbelde to Bargerdorpe nu wanaftich unde in tokamenden tiden darinne to wanende kamen werden, dat recht, dat de borger hebben to Molne. Unde willen ok, dat dit recht van nemende unser vogede, unser man effte van nakomelinghe nenerleyge wys werde[a] broken. Wy willen ok, dat unse knechte, weret dat der welke weren, schullen antwarden unde to rechte stan dissen vorscreven wichbeldesluden vor unsen vogede umme anklage der schult. We dat nicht endede, mogen se mit unsem orlove anholden, weret dat se quemen in wychbelde, [unde][b] hinderen also lange, dat se sik losen van deme sakewolden mit recht effte mit fruntschop. Ok degenen, de ens vor unsem [ri]chter[c] schult hebben bekant, schullen nenerleighe wys werden

a) *Abschrift* werden. b) *Fehlt in der Abschrift.* c) *Loch im Papier.*

1) *Durch Urkunde vom 25. Februar 1275, s. I. Nr. 758.*

togelaten sik to entschuldigende van dersulven schult. In ene vorschuldinghe desser vrigheit, de se hebben gehat van unsem vader, to vestende unde vornigende, scholen se uns geven alle jar to sunte Martens dage teyn mark Hamborger penninge, alse se aldus lange plegen to gevende. In ene tuchnisse desser vrigheit so hebbe wy ene heten geven desse schrift, de getekent is mit der vestinge unses ingesegels. Gegeven to Lovenborch, na dem jare[a] der bort unses Heren dusent drehundert in deme vofteynden jare, in dem dage Philippi unde Jacobi der hilgen apostele, vormyddelst der hant Ulrici des schrivers unses haves.

Nach einer notariell beglaubigten Abschrift des 16. Jahrhunderts. Unterschrift: Auschultata et collationata est presens copia per me Cristopherum de Wynthem clericum Bremensis diocesis auctoritate apostolica notarius et concordat cum suo vero originali sigillato de verbo ad verbum, quod attestor manu mea proppria et subscripsi. *Rückaufschrift:* Anno 93 is dise Copya altt 278 Jahr. Ericus. N. 2. — *Die von dem Notar beliebte Orthographie des 16. Jahrhunderts ist in dem vorstehenden Druck vereinfacht worden. — Das Original scheint nicht mehr vorhanden zu sein.*

Gedruckt (in der Orthographie des Notars): Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III Nr. 314.

335.

Das Kloster Segeberg verkauft dem Hamburger Domherrn Hermann von Heiligenstedten einen Zehnten zu Neuenbrook. — Hamburg, 1315 Mai 25.

Universis presens scriptum visuris Conradus Dei gracia prepositus et prior totusque conventus ecclesie Seghebergensis salutem in omnium salvatore. Ad noticiam omnium et singulorum cupimus pervenire, quod nos de maturo consilio et unanimi consensu domino Hermanno de Hilleghensteden canonico Hamburgensi, capitulo ibidem seu cuicunque idem Hermannus legare decreverit, decimam, quam a duobus fratribus, videlicet Svyn et Woldero, rationabiliter emimus, sitam in fine ville Nigenbroke cum omni iure, quo hactenus habuimus eam et pluribus annis possedimus, que quidem decima singulis annis duas marcas denariorum Hamburgensium sub odinghe solvit in redditibus, vendidimus et dimisimus pro viginti marcis denariorum Hamburgensium quiete et pacifice possidendam. Testes sunt dominus Bruno cantor, dominus Hinricus custos, magister Peregrinus, dominus Johannes Goritze et plures alii fide digni. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Hamborch, anno Domini MCCCXV, in die beati Urbani martiris.

Original, Pergament, im Gräfl. Archiv zu Breitenburg, mit Resten der anhängenden Siegel des Propstes und der Kirche in Segeberg. Rückaufschrift (15. Jahrh.): Super decima in Nigenbroke, *das letzte Wort ist später gestrichen und durch* Nienbrocke *ersetzt; ferner (18. Jahrh.):* Nr. 36. 1747. Nr. 3.

Gedruckt: Archiv für Schlesw. Holst. Lauenb. Staats- u. Kirchengesch. V, S. 135; Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 315.

Verzeichnet: Repertorium des Gutsarchivs von Breitenburg, Ztschr. f. schlesw. holst. lauenb. Gesch. VIII, Anh. S. 49, Nr. 7.

336.

Das Land Hadeln schließt mit Hamburg einen Sühnevertrag, durch den die zwischen ihnen bestehenden Streitigkeiten, insbesondere auch der zwischen dem Schultheiß Wolderich Lappe und Hamburg ausgebrochene Zwist mit seinen Folgen, beigelegt werden.[1] *— 1315 Juni 1.*

a) *Abschrift* den jaren.

1) *Vgl. über diese Ereignisse Lappenberg, Über ältere Geschichte und Rechte des Landes Hadeln, S. 18. Nach dieser Urkunde die im Hans. UB. II unter Nr. 260 abgedruckte undatierte Urkunde zu datieren, ist unbegründet.*

Universis presentia visuris seu audituris . . sculteti scabini consules ac universitas terre Hadhelerie salutem cum noticia veritatis. Noverint universi, quod orta fuit inter Woldericum scultetum dictum Lappe et eius amicos ac alios quosdam nostros conterraneos ex una et consules ac cives Hamburgenses parte ex altera cuiusdam discordie et dissensionis materia ex eo, quod ipsos consules suspectos habuerunt de morte quorundam amicorum suorum decollatorum per illos de Crummendike et ob hoc Gerhardus de Colonia ab amicis eorundem decollatorum iam dictis in terra nostra fuerat captivatus. Sed quia dicti consules de huiusmodi suspicione, sicut certis probationibus et huic cause sufficientibus demonstrarunt, omnitenus fuerant innocentes, ceperunt econtra quosdam incolas nostre terre, videlicet Johannem de Wůrden fratrem Wolderici, Johannem Braschen, Wolderum Scute, Henricum filium Hummeken, Henricum filium Wulves, Henricum filium Frederici sculteti, iuvenem Fredericum filium Frederici Magni, Fredericum de Sconevelde, Thidericum filium Heynen Toden, Biscop, Nicolaum Rodemowen, Nicolaum filium Rodeiohannis, Johannem Feyter, Johannem Sloyer et Nicolaum de Cortelande. Quibus captis intervenerunt amicabilia placita, in quibus fuit taliter placitatum, quod Gerhardus predictus ac sui fideiussores necnon prefati captivi esse debent utrobique liberi et soluti ac dicti fideiussores ipsius Gerhardi ex eo, quod pro ipso fideiusserunt, prefatis consulibus et Gerhardo super dampnis, expensis seu quibuscumque aliis non monebunt aliquam de cetero questionem. Insuper prenominati captivi iuraverunt corporaliter verum et firmum oreveydhe pro se et omnibus amicis suis natis et nascituris de non vindicando in perpetuum in prenominatos consules et cives quoslibet Hamburgenses. Quod eciam oreveydhe honesti viri Woldericus [de][a] Wůrden, Woldericus Lappe scultetus, Johannes Mus, Johannes . . . nnere,[a] Johannes Gris, Tammo filius Bertoldi, Alvericus filius Wolderi sculteti predicti, Willerus Spiker, Frede-
ricus Junghe, Hence Pape, Nicolaus Friso iuvenis et Wolderus Kule manuali fide et promisso dictis consulibus fideliter vallaverunt. Preterea placitatum est, quod omnes cause usque nunc exorte predicta causa nichilominus interclusa inter predictos consules et cives Hamburgenses ex una et nos ac nostram terram, captivatos predictos, Woldericum Lappen et eorum quoslibet amicos et universos utrobique suspectos parte ex altera abolite debebunt esse penitus et sopite nec in malo moneri seu ad memoriam aliquatenus revocari, hoc sane incluso, quod, si quis civium Hamburgensium quicquid de terra nostra incusare voluerit super quibuscumque, ipsi sine contradictione aut obstaculo procurabimus fieri a quibuslibet nostris compatriotis, quod fuerit nostri iuris. Id ipsum nobis et nostris conterraneis dicti consules et cives in sua civitate facient vice versa. Si vero quicquid de predictis omnibus per aliquem seu aliquos de nostris indigenis, quod absit, contigerit quomodolibet violari, pro refusione illius stabimus et promittimus respondere salvis eciam pactis et privilegiis universis inter civitatem Hamburgensem predictam et nostram terram hucusque datis. Que omnia et singula volumus rata et inviolabilia iugiter observari. Ut autem hec compositio et sona sortiatur robur perpetue firmitatis, presentem litteram nostre terre sigillo roborari fecimus in maioris certitudinis argumentum. Datum et actum in die beati Nicomedis martiris, anno Domini millesimo CCCXV.

Original, Pergament, mit anhängendem, beschädigtem Siegel des Landes Hadeln. Auf der Falte rechts: V. *Rückaufschriften:* R[egistra]ta *auf dem Siegelstreifen, ferner (wahrscheinlich 15. Jahrh.):* 1315. kk. T.

a) *Loch im Pergament.*

337.

Herzog Erich I. von Sachsen-Lauenburg erläßt dem Ritter Otto von Thun die Bede für anderthalb Hufen im Achterschlag auf Lebenszeit. — Lauenburg, 1315 Juni 16.

Nos Ericus Dei gratia dux Saxonie, Angarie et Westfalie tenore presentium protestamur, quod exigentibus serviciis Ottonis de Thunis militis nobis sepius benivole exhibitis ipsi Ottoni super unum mansum et dimidium situm in Achterslach hanc contulimus libertatem, quod temporibus vite sue de dicto manso et dimidio nullam peticionem penitus dare debet, quod per appensionem sigilli nostri duximus protestandum. Datum Lovenborgh, anno Domini MCCCXV, in crastino beatorum Viti et Modesti.

Original, Pergament, mit abhangendem, beschädigtem Siegel, im Freih. Groteschen Archiv vormals zu Schauen, jetzt als Depositum im Staatsarchiv zu Hannover. Rückaufschriften: 1. (14. Jahrh.): uppe Iɫ huve ut dem Achterslaghe; *2. (16. Jahrh.):* herzogen zu Sachsen, Engern und Westphalen brief anno 1315.

Gedruckt: Sammlung ungedruckter Urk. und anderer zur Erläuterung der Niedersächs. Gesch. und Altert. gehöriger Nachrichten, 3. Stück (1751), S. 28.

Verzeichnet: Reg. z. Gesch. d. Grfl. u. Freih. Groteschen Geschlechts, Nr. 202.

338.

Peter von Waes urkundet, daß Simon Coevoet ihm einen Teil des Geldes, das Albert von Haerne ihm schuldet, bezahlt und daß er für die Eintreibung des Restes Willekin Haze zu seinem Bevollmächtigten ernannt habe. — Gent, 1315 Juli 2.

Ego Petrus dictus de Waes in hiis scriptis publice protestando recognosco, quod recepi tredecim marcas, quas mihi Symon Coevoet persolvit benivole et gratanter ex parte Alberti de Haerne in diminucionem triginta novem marcarum pagamenti et octo solidorum grossorum veterum Turonensium, in quibus mihi legitime est obligatus. Et de quibus tredecim marcis predictis predictum Albertum quitum clamo liberum et solutum. Et super predictis debitis Willekinum dictum Haze meum verum et legitimum constituo procuratorem dans eidem potestatem et speciale mandatum predicta debita petendi moniendi consequendi recipiendi et de receptis quitum clamandi ac omnia et singula faciendi, que egomet facerem seu facere possem, si personaliter interessem, promittens sub ypotheca rerum mearum, quicquid per dictum meum procuratorem actum dictum factum fuerit seu procuratum, ratum gratum et firmum tenere in futurum. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus litteris est appensum. Datum in Gandano, anno Domini MCCC quintodecimo, feria quarta post intranciam Julii mencis (!).

Original, Pergament, mit Rest des anhängenden Siegels.

339.

Das Kloster Ütersen kauft von dem hamburgischen Domherrn Hermann von Heiligenstedten Güter zu Eggerstedt. — Ütersen, 1315 Juli 21.

Universis presencia visuris nos Johannes prepositus, Alburgis priorissa totusque conventus in Utersten oraciones in Christo devotas. Recognoscimus per presentem paginam publice protestantes nos a domino Hermanno dicto de Hylghenstede bona in Egherstede pro ducentis cum quinquaginta marcis rationabiliter emisse . . . .

Si autem medio tempore, quod absit, morte preveniretur, domino Brunoni ac domino Johanni dicto de Gortze canonicis Hamborgensibus pro predictis bonis emptis satis faciemus. Ob cuius rei caucionem et firmitudinem sigilla nostra duximus appendenda. Datum Utersten, anno Domini millesimo CCCXV, in die Praxedis virginis.

Das Original scheint nicht erhalten zu sein. Anfang und Schluß gedruckt bei J. L. Walther, Lexicon diplomaticum (Göttingen 1747), Tab. 22.

340.

Das Kloster Altenwalde kauft von Johann Camp und Willekin Brader von Blotenberg Güter in Oxstedt. — Altenwalde, 1315 Juli 22.

Universis Cristi fidelibus presentia visuris seu audituris Thidericus prepositus, Meyctildis priorissa totusque conventus monasterii in Wolde orationes in Christo devotas. Noveritis nos bona Johannis Camp et Willekini Braderi de Blotenberch sita in villa Ockenstede hereditario iure cum omnibus proventibus et obventionibus, sicuti ipsi in hereditate in decima maiore et minore hactenus possidebant, emisse emptione perpetua, pro quibus bonis eis triginta marcas Hadeleris argenti in proximo festo pasce et in bona secunda feria duobus terminis ulterius ultra annum firmiter obligamus persolvendas, Willekino decem cum dimidia et Johanni decem et novem cum dimidia, tali tamen interiecta conditione, si Johannes in proximo festo beati Petri ad cathedra[m] predicet se reditus in tribus villis Godendorpe, Wolde vel Holtte pro sua pecunia accepturos, de illis bonis tunc a nobis possidentibus mesam pro mesa eidem dabimus, veluti est arbitratum sub hiis; decem mese siliginis eis ambobus procuremus fieri semper in festo Martini episcopi, quousque pecunia persolvetur. In cuius nostre emptionis et obligationis evidens testimonium eisdem sigillo nostro presens scriptum dedimus roborandum. Actum et datum Wolde, anno Domini MCCCXV, in die sancte Marie Magdalene.

Original, Pergament, in der Beverinschen Bibliothek zu Hildesheim, mit anhängendem, beschädigtem, älterem Klostersiegel (Abb. Tafel V des UB. des Klosters Neuenwalde). Rückaufschrift (14. Jahrh.): Van den tegeden to Oxstede; *von jüngerer Hand:* Ocstede N 48; *17. Jahrh.:* Ockenstede Num. 48. Attestatio monasterii, a se empta bona Joannis Camp et Wilkini Braderi de Blotenberg sita in villa Ockenstede cum decima maiore et minore et aliis reditibus pro 30 marcis anno 1315.

Gedruckt: UB. des Klosters Neuenwalde, Nr. 28.

341.

Gerhard, Sohn des Boldewin von Bederkesa, tauscht seine Güter in Oxstedt und Berensch gegen solche des Klosters Altenwalde in Dalem ein. — Bederkesa, 1315 Juli 22.

Universis Christi fidelibus presentia visuris seu audituris Gerardus filius Boldewini de Bederkesa servicii et promotionis, quantum potest. Noveritis me de consensu et assensu mee uxoris et meorum heredum bona mea in Ockenstede et Berneske sita, videlicet alteram dimidiam domum, singulis annis solventia duas magnas mesas siliginis cum omnibus iuribus et proventibus et obventionibus in pascuis, in viis, in inviis, veluti ego hactenus libere possidebam, sanctimonialibus in Wolde dimittere hereditario iure dono

concambii pro bonis earum sitis in villa Dalem, domum unam solventem duas magnas mesas siliginis et sex hemmetones parvos avene, et pro area una, que Visworch(!) dicitur, quam solvo pro quinque fertonibus Bremensis argenti et ponderis, asigno sine aliquo impedimento meorum heredum perpetue possidenda. In cuius venditionis et concanbii mei evidens testimonium hiisdem sanctimonialibus presens scriptum sigillo meo et meorum patruum Willekini et Eggelberti duxi lucide roborandum. Actum et datum Bederkesa, anno Domini MCCCXV, in die beate Marie Magdalene venerande.

Original, Pergament, in der Beverinschen Bibliothek zu Hildesheim. Von den drei anhängenden und eingenähten Siegeln ist das erste zerbröckelt, das zweite und dritte, das des Willekin und des Engelbert von Bederkesa, beschädigt. Rückaufschrift (15. Jahrh.): Ockstede Bernscke Dalem; *von späterer Hand:* N. 49; *Schrift des 17. Jahrhunderts:* Bernsche Ockenstede; *darunter:* Gerardus de Bederkesa dant duas medias domos solventes 2 mesas siliginis in Bernsche et Ockstede pro domo mon[asterii] in Dalem solvente 2 mesas sil[iginis] et 6 hemmerones(!) avenae; ac pro area ibidem dat pecuniam a[nn]o 1315.

Gedruckt: UB. des Klosters Neuenwalde, Nr. 27.

342.

Die Provisoren des St. Georgs-Hospitals verkaufen Wolder Specsnyder eine Präbende. — [1315] Juli 25.

Provisores domus sancti Georrii cum Woldero Specsnydere taliter convenerunt, quod idem Wolderus dedit domui predicte LX marcas denariorum, pro quibus dabitur sibi prebenda in ipsa domo cum magistro domus et ad hoc due marce denariorum annuatim. Sed si in eadem domo prebendam suam commedere nollet, tunc, ubi esse decreverit, sibi sex marce denariorum annuatim dabuntur ad tempora sue vite. Actum Jacobi apostoli.

Liber reddituum s. Jacobi 1300—1400 fol. 10.

343.

Herzog Erich I. von Sachsen-Lauenburg gewährt dem Kloster Reinbek als Ersatz für Schaden, den es durch das Stauwasser der Bergedorfer Mühle erlitten hat, das freie Eigentum an 14 Morgen Land, die es in der Sadelbande erwerben wird, trifft Bestimmungen zur Verhinderung von Überschwemmungen durch das Stauwasser und gestattet dem Kloster für den Fall, daß es Wohltorf erwirbt, die Anlage eines Stauwerks in der Bille. — Lauenburg, 1315 August 11.

Ericus Dei gratia dux Saxonie, Angarie et Westfalie omnibus presens scriptum visuris vel audituris salutem in omnium salvatore. Cum et plantari sacram religionem et plantatam protegi expediat et foveri, nos zelo ducti divino claustrum et personas sanctimonialium in Reynebeke a gravamine et dampno, quod ex parte nostri per inundationem aggeris molendini Bergerdorp se recepisse conquerendo asserebant, eripere et indempnes conservare curantes dabimus et daturos nos promittimus libertatem et proprietatem quatuordecim mansorum, quando et ubi in terminis nostris Sadelbandie duxerint comparandos, exceptis hiis villis, in quibus ipsis emere non licebit, scilicet Lutowe, Honwarde, Seveneken, Sabenniz, Elmhorst, Tramme et in palude, que dicitur mersch. Cum autem dictos mansos emerint, ipsis proprietatem dare et nostris literis patentibus debebimus

confirmare. Insuper ne aqua dicti aggeris molendini Bergerdorp per inundationem ultra crescat neque statum et metas, in quibus nunc est, transcendat vel excedat, duo signa sive statuas ligneas, unam in Bergerdorp et aliam in Hunzekendorp, in Billam figi et poni faciemus, ad quorum signorum vel statuarum mensuram et non ultra aqua debeat elevari. Ceterum si predictos prepositum et conventum villam Woltdorp emere aut comparare contingeret, annuemus et permittemus, ut inundationem, que dicitur stowinge, in Billa ibidem faciant pro utilitate sua, sicut ipsis videbitur expedire; piscationem vero non habebunt ibi, nisi usque ad silvam nostram, ubi nos cum preposito conveniemus et signum sive metam ibidem perpetuam fieri faciemus. Si vero tantummodo emerent in Woltdorp inundationem, que dicitur stowinge, et alibi in dominio nostro mansos quatuordecim, ut premittitur, compararent, quid proinde nobis facturi sint et exhibituri, hoc duobus de vasallis nostris et duobus de amicis et fautoribus claustri committetur, quorum ordinationi in hoc articulo standum erit. Ad evidentiam premissorum presens scriptum nostro sigillo consignatum dicto claustro iussimus presentari. Et nos Johannes Dei gratia dux Saxonie, Angarie et Westfalie omnia premissa grata et rata habentes ea appensione sigilli nostri duximus confirmanda. Datum Lovenborgh, anno Domini millesimo trescentesimo XV, in crastino beati Laurentii martiris.

Original, Pergament, beschädigt, im Staatsarchiv zu Kiel. Die beiden angehängten Siegel fehlen. Rückaufschriften: 1. (14. Jahrh.): Proprietas ville Wolthorp, *2. (16. Jahrh.):* Herzog Erich vergonnet XIV hufe umb den geleden schadenn in denn scheden Sadelbandie dem Closter, vorbehalten sich die dorper Lotouw, Hoemfarde, Sovenecken, Sabeniß und Elmhorst und wil ock denn daem so hoch nicht mher stauen allein die so hoch die Sulen dorgesettet 82, *3. von jüngerer Hand:* A° 1315. u. Rubr. Reinb. Orig. Brieffe. N. 15.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. US. II, Nr. 33; Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 317.

Verzeichnet: Westphalen, Mon. ined. IV, Sp. 3422 Nr. 31.

344.

Das hamburgische Domkapitel trifft Bestimmungen über die Vermehrung der Einkünfte des Domherrn Ludolf Grove[1] für die Zeit, in der er Inhaber einer kleinen Präbende ist. — Hamburg, 1315 August 31.

Universis hanc litteram visuris Bertrammus Dei gracia decanus ecclesie Hamburgensis[2] totumque capitulum ecclesie eiusdem salutem in Domino sempiternam. Quia prebenda minor domini Ludolfi dicti Groven nostri concanonici adeo tenuis est et exilis, quod de ea honeste et decenter secundum ecclesie nostre consuetudinem et status sui decenciam sustentari non potuit nec potest, ne propter defectum temporalium ministerio spiritualium

1) *Ludolf Grove wird als hamburgischer Domherr zuerst am 6. Dezember 1314 genannt. Er gehörte zu den Schiedsrichtern, die an diesem Tage ihren Spruch fällten in dem Streite zwischen dem Bremer Erzbischof auf der einen, dem Bremer Domkapitel, dem Bremer Adel, den Städten Bremen und Stade auf der anderen Seite. S. Brem. UB. II, Nr. 146.*

2) *Der Dekan Bertram von Heimichhude ist bald darauf, spätestens zu Anfang des Jahres 1316, gestorben. 1315 April 29 hatte Fürst Heinrich von Mecklenburg ihm einen Hof mit sechs Hufen zu Wischuer geschenkt, den er noch im Laufe desselben Jahres unter gleichzeitiger Ernennung seiner Testamentsvollstrecker für eine Vikarienstiftung in der Schweriner Kirche bestimmte (Mecklenb. UB. VI, Nr. 3757, 3758). Am 4. März 1316 wird er als verstorben bezeichnet (ebendort, Nr. 3814).*

impediatur et a divino officio ecclesie nostre retrahatur, nos de communi consensu et approbacione omnium et singulorum nostrorum, qui tunc tam in maiori quam in minori prebenda fuimus, sic ipsius Ludolfi defectum salubri remedio ab omnibus nobis concorditer adiumento gratuite sincere ac pure propter Deum subveniendum duximus et providendum, videlicet quod, cum dominus Johannes de Gortze noster concanonicus in minori prebenda adhuc existens quietam possessionem maioris prebende in ecclesia nostra adeptus fuerit ac in percepcione sit eiusdem, advocatus vel advocati nostrarum prebendarum, qui pro tempore erunt, de prebenda eiusdem Johannis decem marcas Hamburgenses predicto Ludolfo ad eius defectum relevandum singulis annis, videlicet in vigilia nativitatis Christi V marcas et in vigilia beati Johannis baptiste ac nativitatis eiusdem V marcas, absque contradictione qualibet ministrabunt, quousque sequens ipsum Johannem in ordine in minori prebenda, videlicet magister Johannes de Luttekenborch, percepcionem maioris prebende quiete sit adeptus. De cuius prebenda iterum X marcas advocatus vel advocati nostri, qui pro tempore erunt, eodem modo et eisdem terminis singulis annis, ut premittitur, ministrabunt predicto Johanni de Gortze de solucione huiusmodi ulterius supportato. Idem[a] et eodem modo ac eisdem terminis advocatus vel advocati nostri, qui pro tempore erunt, facient de prebendis maioribus aliorum omnium, videlicet dominorum Henrici de Crumedik, Johannis notarii civitatis ac Andree Stephani nostrorum concanonicorum, in minori prebenda existencium, cum maiores prebendas fuerint consecuti ac in percepcione sint earundem, quousque prenominatus Ludolfus maiorem prebendam eciam fuerit consecutus ac in percepcione sit eiusdem pacifice et quiete. Quem in hiis scriptis recognoscimus fore primum et immediatum ad maiorem prebendam percipiendam post predictos Johannem de Gortze, magistrum Johannem de Luttekenborch, Henricum de Crumedik, Johannem notarium, Andream Stephani. Et quod eidem Ludolfo maiorem prebendam immediate post iam prenominatos nostros concanonicos absque impedimento et contradictione cuiuslibet assignabimus, nos tenore presencium obligamus, hoc adiecto, quod, cum posterior de prenominatis predictas X marcas solvere inceperit, precedens, qui pro tempore solvit, a solucione huiusmodi supportatus habeatur. Ut autem hec nostra provisio seu ordinacio gratuite sincere ac pure propter relevamen eiusdem Ludolfi ac de consensu et consilio predictorum omnium in minori prebenda existencium facta et inventa firma permaneat nec a quoquam nostrum in posterum infringatur, ipsam in hiis scriptis redactam sigillo nostri capituli una cum sigillis sepedictorum dominorum, Johannis de Gortze, magistri Johannis de Luttekenborg, Henrici de Crumedik, Johannis notarii, Andree Stephani nostrorum concanonicorum fecimus communiri. Datum Hamborg, anno Domini MCCCXV, pridie kalendas Septembris.

Original, Pergament, mit anhängendem, beschädigtem Siegel des Domkapitels. Weitere Siegel sind nicht angehängt worden. Rückaufschrift (14. Jahrh.): De X marcis datis propter Deum uni de minori prebenda.

345.

Testament des Wolder. — 1315 September 7.

In nomine Domini amen. Anno Domini MCCCXV ego Wolderus posui testamentum

a) *Or.* Ididem.

meum in vigilia nativitatis Marie sub hac forma: Primo dedi unum baldic ad casulam fratribus minoribus et calicem de VIII marcis. Item fratri Hermanno de Korbeke dedi II marcas. Item fratribus maioribus dedi calicem de VIII marcis et I marcam ad missas pro defunctis. Item fratri Johanni de Lubeke dedi IIII solidos. Item dedi ad quamlibet ecclesiam in civitate Hamburgensi III marcas. Item domino Hermanno dedi I marcam. Item vovit unum virum in Rigam[a]. Item vult facere dici missas per byenium ad sanctum Nicolaum. Item dabitur stipa de quinque marcis.

Original, Pergament.

346.

Frau Wycke wird in das St. Georgs-Hospital aufgenommen. — [1315, September 29].[1]

Domina Wycke recepta in domum sancti Georrii sub hac forma, quod, quamdiu vixerit, prebendam habere debet in ipsa domo et ideo faciet, quicquid iubetur a provisoribus ipsius domus, nec subportabitur, quamdiu non fuerit senio vel evidenti necessitate corporis aggravata.

Liber contractuum fol. 19b.

347.

Der Rat von Lüneburg beurkundet, daß der lüneburgische Bürger Gerbert vom Neuenlande[2] *Alheid, der Witwe des Heinrich Rufus, sein bei der St. Johannis-Kirche gelegenes Grundstück käuflich überlassen habe, das nach ihrem Tode zugunsten der Predigerbrüder in Hamburg verkauft werden solle. — Lüneburg, 1315 Oktober 9.*

Nos consules civitatis Luneborgensis Gerbertus Magistri Putei, Albertus de Molendino, Volcmarus de Sacco, Henricus de Lubeke, Nicolaus Schilsten, Johannes Wedder, Hinricus de Parchem, Johannes Abbenborch, Hermannus cum Cuna, Henricus Viskule, Hermannus Hoch recognoscimus presentium testimonio litterarum, quod Gerbertus dictus de Nova Terra noster conburgensis de omnium legitimorum heredum suorum consilio et consensu vendidit domine Alheydi relicte quondam Henrici Rufi domum suam, curiam et aream, sitam apud ecclesiam sancti Johannis baptiste nostri patroni in hunc modum: Dicta domina Alheydis istam emit hereditatem cum quadam elemosina sibi commissa, qua perfrui poterat ea vivente. Quam elemosinam, videlicet XXVII marcas Luneborgensium denariorum, legavit fratribus predicatoribus in Hamborch post mortem suam, ita quod consules nostre civitatis, qui fuerint pro tempore, ipsa mortua se intromittere debent de ista hereditate et vendere et dictis fratribus dare XXVII marcas, si tantum potest solvere illa hereditas; si minus solvit, ipsi fratres illud dampnum sustinebunt, si plus, cum superfluo dicta domina faciet, quicquid sue placuerit voluntati, et dicti fratres in illa hereditate amplius habebunt penitus nichil iuris. Super quo nostre civitatis sigillum presentibus in evidens testimonium duximus apponendum. Datum Luneborch, anno Domini MCCCXV, Dyonisii et sociorum ejus martyrum.

Original, Pergament, im Stadtarchiv zu Lüneburg, mit anhängendem, leicht beschädigtem Stadtsiegel. Gedruckt: Lüneb. UB. I, Nr. 284, unvollständig.

a) *Oder* Riga?

1) *Die Niederschrift befindet sich unter den Michaelis 1315 in das Kontraktenbuch gemachten Eintragungen.*

2) *So hieß die Gegend hinter der St. Johannis-Kirche, die spätere Wandfärberstraße in Lüneburg, s. Lüneb. UB. I, S. 166 Anm. 1 und 278 Anm. 2.*

348.

Fünf Brüder von Borch verkaufen dem Kloster Harvestehude Land zu Halstenflet im Kirchspiel Bardesflet. — Stade, 1315 Oktober 26.

Universis Christi fidelibus presentia visuris vel audituris nos Hinricus, Danyel, Ywanus, Luderus et Gotfridus fratres dicti de Borch famuli rei geste seriem cum favore. Ne res perhennis lapsu evanescat temporis, decet perhendinari serie scripturarum. Hinc est, quare vobis volumus esse notum, quod communi consensu et voluntate nostra et omnium, quorum interest aut interesse poterit in futuro, vendidimus sex morgiones terre libere hereditatis nostre sitos in Halstenvlete in parrochia Bartesvlete pro centum et X marcis Stadensium denariorum pecunie numerate ac plenarie persolute sine hura qualibet, excepta tamen decima ac censu comitis, qui vulgariter grevenscat dicitur, que solventur, ut prius, viro honorabili domino Alardo dicto de Scilsten plebano in Wedele, nunc provisori dominarum ac religiose domine domine Margarete abbatisse ac priorisse totique conventui claustri sanctemonialium in Valle Virginum prope Hamborch, cum omnibus aliis iuribus et pertinentiis perpetue possidendos. Actum Stadis, presentibus viro honorabili domino Nicolao preposito sancti Georgii Stadensis ac domino Hinrico de Borch patre nostro, domino Bertoldo dicto de Stadis, Gotfrido advocato Stadense, Hinrico de Lith militibus ac Hinrico dicto de Hitzewede, Volcmaro de Sande, Johanne dicto de Stenhus consulibus et aliis ad hoc vocatis et rogatis in testimonium quam plurimis fide dignis. Ut igitur hec venditio in perpetuum firma permaneat, omnium nostrum sigillorum munimine roboravimus presens scriptum. Datum Stade, anno Domini MCCCXV, VII. kalendas Novembris.

Abschrift im Harvestehuder Kopialbuche fol. XXI. Überschrift: Item de sex morgionibus sitis in Halstenvlete.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 321.

349.

Notariatsinstrument über die dem Erzbischof Johann von Bremen überbrachte Aufforderung des Bremer Domkapitels, nach Bremen zurückzukehren, und über die Antwort des Erzbischofs auf den Vorwurf, den Priester Ubbo verhaftet zu haben. — Jever, 1315 Oktober 27.[1]

In nomine Domini amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCXV, vicesimoseptimo die mensis Octobris, indictione quartadecima, apostolica sede vacante, constitutus in presentia reverendi patris domini Johannis archiepiscopi Bremensis, mei notarii et testium subscriptorum discretus vir magister Johannes Bule canonicus Bremensis una cum honorabilibus viris dominis Frederico decano, magistro Borchardo dicto Grelle et magistro Johanne dicto Parvus archidiacono terre Wrtsacie canonicis ecclesie Bremensis asserens se procuratorem honorabilium virorum dominorum . . prepositi, . . decani et capituli Bremensis

1) *Daß die Urkunde nach Hamburg gelangt ist, wird mit den Streitigkeiten, in die das hamburgische Domkapitel mit dem Erzbischof verwickelt war, zusammenhängen. Aus diesem Grunde und weil sie übrigens im Bremischen Urkundenbuche fehlt, ist sie hier aufgenommen worden.*

nomine suo ac nomine tocius capituli Bremensis petivit eundem dominum . . archiepiscopum Bremensem humiliter et instanter invocans eciam ad hoc auxilium omnium clericorum et laicorum assedentium et astantium, quatenus idem dominus archiepiscopus rediret ad ecclesiam suam Bremensem et conformaret se ecclesie sue et capitulo ac redderet ecclesiam suam indempnem; nam capitulum libenter vellet eum recipere ac sibi honorem debitum, reverentiam et obedientiam tamquam archiepiscopo et prelato in omnibus exhibere. Qui ad huiusmodi peticionem nichil penitus respondebat. Item post modici temporis intervallum cum obiceretur eidem domino archiepiscopo sententia excommunicationis lata in eum a canone ex eo, quod magistrum Ubbonem presbiterum captivaverat offerentem se, ut dicebatur, parere iuri coram eo et velle libenter corrigi, si in aliquo deliquisset, dictus dominus archiepiscopus sic respondit: Verum est, quod Ubonem fecimus captivari, quia pro quibusdam excessibus coram nobis fuerat accusatus; sed postquam ipsum invenimus innocentem, dimisimus eum a captivitate solutum. Facta sunt hec Geveris in ecclesia parrochiali, presentibus discretis viris dominis Gerhardo Albo perpetuo vicario in ecclesia Bremensi, Folcolfo in Sonle, Tytardo in Tzellenstedhe, Memmone in Tettenze, Radolfo, Jolavo in Langworden, Erpolpho in Bochorne, Folcolfo in Wadworden ecclesiarum rectoribus et aliis pluribus clericis et laicis ibidem in synodo congregatis.

Et ego, Erkemboldus dictus Bolto, clericus Bremensis diocesis, publicus auctoritate sedis apostolice notarius, quia premissis una cum supradictis testibus interfui, predicta propria manu scripsi et in hanc publicam formam redegi meoque signo consueto signavi rogatus.

(Notariatszeichen)[1]

Original, Pergament. Rückaufschrift (14. Jahrh.): Revocatio archiepiscopi ad suam ecclesiam et confessio eiusdem de captivitate Ubbonis presbiteri, *und von späterer Hand:* N II, fol. 60.

350.

Die Knappen Marquard und Johann Stake beurkunden, daß ihr verstorbener Bruder Heinrich dem Kloster Harvestehude den Zehnten von Ländereien in Tatenberg vermacht und sie selbst dem genannten Kloster den Zehnten einer benachbarten Hufe verkauft haben. — 1315 November 29.

Nos Marquardus et Johannes famuli dicti Staken recognoscimus et tenore presentium firmiter protestamur, quod dilectus frater noster quondam Henricus felicis recordationis cum consensu et voluntate nostri et nostrorum heredum ob anime sue remedium salutare liberaliter contulit et legavit abbatisse et conventui monasterii Vallis Virginum decimam unius mansi et octo iugerum sitorum in Tadekenberghe iure hereditario et proprietario perpetuis temporibus libere cum omnibus iuribus proventibus et pertinentiis possidendam. Ceterum nos Marquardus et Johannes predicti protestamur et presentibus profitemur, quod nos cum pari voluntate et unanimi consensu nostro et nostrorum heredum vendidimus eisdem abbatisse et conventui decimam unius mansi nostri eciam in Tadekenberghe siti prope mansum predictum cum omnibus iuribus et proventibus suis iure proprietatis et

1) *Abbildung s. Nr. 292.*

hereditatis possidendam perpetuis temporibus pacifice libere et quiete pro quadragintaquinque marcis Hamburgensium denariorum nobis integraliter persolutis. Verumptamen huic venditioni nostre talis conditio est annexa: Si dicte abbatissa et conventus proprietatem memorate decime unius mansi, quam ipsis vendidimus, a domino pheudi, videlicet nobili comite de Scowenborch, poterunt adipisci, tunc dicta venditio rata et irrevocabilis permanebit; si vero dictam proprietatem nequiunt adipisci, tunc nos supradictam unius mansi decimam reemere poterimus, non tamen omnibus anni temporibus, sed infra duodecim noctes natalis Domini dumtaxat, pro eadem, que premittitur, pecunie quantitate. Testes aderant honesti viri Bertrammus dictus Kule miles, Johannes de Monte et Johannes de Horborch cives Hamburgenses et quam plures alii fide digni. Ne autem prefata nostra venditio a nostris heredibus seu a quovis alio infringi valeat quoquo modo, presentem litteram nostrorum sigillorum appensione roboravimus in testimonium premissorum. Datum in vigilia beati Andree apostoli, anno Domini MCCCXV.

Original, Pergament, mit anhängendem Siegel des Marquard Stake; das Siegel des Johann Stake ist verloren. Die Urkunde ist stark beschädigt und an mehreren Stellen nur durch Vergleichung mit der Abschrift im Harvestehuder Kopialbuche zu entziffern. Rückaufschrift (14. Jahrhundert): De decima unius mansi et VIII iugerum in Tatekenberghe.

Abschrift im Harvestehuder Kopialbuche fol. XIX b. Überschrift: Item de bonis unius mansi et octo iugerum in Thadekenberghe, *und später hinzugefügt:* in Ossenwerder benedden der kerken.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 324.

351.

Everart van der Hede in Gent bevollmächtigt Johann Coevoet, seine ausstehenden Forderungen einzuziehen. — 1315 Dezember 21.

Noverint universi tam presentes quam futuri, quod ego Everardus dictus de Hede opidanus et hospes in Gandano in hiis scriptis publice protestando recognosco, quod Johannem dictum Coevoete latorem presentium super omnibus et singulis diversis pecuniarum quantitatibus, in quibus diversi mihi tenentur et sunt obligati, prout lator presentium tempore et loco viva voce nominabit, meum verum et legitimum constituo procuratorem dans eidem potestatem et speciale mandatum predicta omnia mea debita petendi moniendi prosequendi recipiendi et de receptis quitum clamandi ac omnia et singula in premissis faciendi, que egomet facerem seu facere possem, si personaliter interessem, et que in premissis necessaria fuerint seu oportuna, promittens, quicquid per dictum meum procuratorem actum dictum factum fuerit seu procuratum, ratum gratum et firmum tenere in futurum. In cuius rei testimonium sigillum meum proprium presentibus litteris est appensum. Datum anno Domini MCCC quintodecimo, dominica ante natale Domini, presentibus vero litteris post festum beati Remigii proximo venturum[1] minime valituris.

Original, Pergament, mit anhängendem, beschädigtem Siegel.

1) *1316 Oktober 1.*

352.

Der Organist Meister Rudolf übergibt dem Hamburger Rat sein Testament und kauft von ihm Roggenrenten, die für sein Seelenheil am 28. Juni jeden Jahres als Almosen verteilt werden sollen. — 1315.

Magister Rodolphus organista positus in extremis commisit testamentum suum consulibus Hamborgensibus et emit ab eis redditus quatuor chororum siliginis, de quibus ipsi consules, qui pro tempore fuerint, dabunt unam stipam annis singulis in vigilia beatorum Petri et Pauli perpetuis temporibus in remedium anime dicti magistri Rodolphi omnibus et singulis, qui elemosinas accipere voluerint propter Deum. Actum anno Domini millesimo CCC quintodecimo.

Rotes Stadtbuch, fol. 152.

353.

Das hamburgische Domkapitel urkundet, daß der Domkantor Bruno fünf Vikarien im Dom Renten in den Kirchspielen Krempe und Neuenbrook und den Kalandsbrüdern zu St. Petri ein Kapital zum Ankauf einer Rente überwiesen habe. — Hamburg, [1315—1322].[1]

Leo Dei gratia prepositus, Johannes decanus totumque capitulum ecclesie Hamburgensis notum esse cupimus universis, quod honorabilis vir dominus Bruno cantor ecclesie nostre iam dicte in nostra presentia constitutus assignavit V vicariis infrascriptis, videlicet duabus ad altare beate virginis ante scalas cripte, vicarie primitive, vicarie altaris ante faciem ac vicarie in capella beate [Anne][a], octo marcarum redditus in parochia Crempe et triginta sex solidorum redditus in parochia Nigenbroke situatos, de quorum reddituum situ in literis oppidi Crempe super hoc confectis plena fit mentio, inter sacerdotes dictarum vicariarum equaliter dividendos, ita videlicet, quod duo vicarii dicti altaris ante scalas secundis et quartis feriis, vicarius capelle beate Anne tertiis feriis, vicarius altaris ante faciem quintis feriis et vicarius cripte sextis feriis officium [divinum][b] cum collectis pro sacerdote, famula et famulis ac etiam generali competentibus celebrent tonaliter pro defunctis. Quorum vicariorum si aliquis in celebratione dicti officii suo tempore negligens exstitit nec anticipando aut altero die celebrando suam suppleret negligentiam, vicarius pro huiusmodi negligentia sex denarios dabit inter alios vicarios celebrantes dividendos. De predictis vero XXXVI solidis dabuntur campanario quatuor solidi, qui in commemoratione animarum pulsabit omnes campanas solemniter in vigiliis et in missa.

a) *Fehlte in der Vorlage Staphorsts, der in einer Anmerkung schreibt:* Hic deest vox Annae, ex sequentibus supplenda. b) *Staphorst:* officium. Si enim; *als Anmerkung zu* officium *ist hinzugefügt: Deest vox* habeat *vel similis.*

1) *Der Vorgänger des Propstes Leo von Erteneborg, Ludwig von Brunkhorst, kommt zuletzt in Urkunden vom Jahre 1314 (Nr. 324, 325), der des Dekans Johann von Campe, Bertram von Heimichhude, in einer Urkunde vom 31. August 1315 (Nr. 344 Anm. 2) vor. Demnach kann die Urkunde frühestens in das Jahr 1315 fallen. Der terminus ad quem ist die Woche nach dem 25. April 1322* (in hebdomade Misericordias Domini), *in der die Kalandsbrüderschaft zu St. Petri aufgelöst und mit der von St. Nikolai zur Kalandsbrüderschaft im Dom verschmolzen wurde; vgl. Staphorst, Hamb. Kirchengesch. I2, S. 707.*

Assignavit insuper cantor predictus[a] fratribus kalendarum ad sanctum Petrum viginti marcas denariorum ad comparandum redditus duarum marcarum, de quibus pro quolibet sacerdote ipso die kalendarum missam pro defunctis celebrante dabitur solidus ad mensam pro expensis et de residuo, si sacerdotum celebrantium defectus fuerit, emetur panis, qui facto prandio fratrum kalendarum rogabitur propter Deum. Si vero fratres kalendarum iam predicta servare noluerunt vel forte congregatio eorum prohiberetur aut ex quibuscunque causis annullarentur in futurum, extunc pecunia viginti marc[ar]um predicta vel redditus absque contradictione qualibet devolventur. In cuius testimonium sigillum nostrum una cum sigillo predicti cantoris presentibus est appensum. Datum et actum Hamburg.

Gedruckt: Staphorst, Hamb. Kirchengesch. I 2, S. 146 aus einem nicht mehr vorhandenen Codex des Erpold Lindenbruch.

354.

Graf Adolf VII. von Holstein setzt seinem Schwager, dem Grafen Heinrich von Schwerin, für die seiner Schwester Elsebe versprochene Mitgift den Ochsenwärder zum Pfande. — 1316 Januar 22.

Wie Alf van der gnade Godes greve tu Scowenborch unde tu Holzsten bekennen unde ertughen in desem ieghenwardeghen breve, dat wie hebben gheset unsem levem swagher greven Hinrike van Zwerin dat ghanzce Ossewerder mit aller nut unde rechtecheyt, alse wie unde [unse][b] eldern it vore hat hebben, vor verteynhundert lodeghe marc sulvers, de wi der eddelen vrowen, unser suster Elseben, mede ghelovet hebben, also beschedeleken, dat greve Hinrik edder sin voghet scal iewelkes iares ut desem vorbenumeden werder gheven hern Otten dem Groten achtintech marc Lubescher penninghe; darboven sal her Otte nenerhande rechtecheyt hebben in dem gude. Wer over, dat wi de achtintech marc van hern Otten nicht entwerden twisschen hir unde sunte Michelis daghe, so scul wi setten unsem swagher in dem Gurieswerder mit aller rechtecheyt hundert marc gheldes Lubeker penninghe, als wi it dar best hebben. Swan wy em dat vorbenumede sulver gheven, so is unse gut us ledech unde los. Tu ener betughinghe deser dinghe hebbe wi unse inseghel hir vor ghehenghet. Dese bref is ghegheven na der bort Godes dusent iar drihundert iar in den sostende iare, in sunte Vincencius daghe.

Original, Pergament, mit anhängendem, stark beschädigtem Reitersiegel des Grafen (Abb.: Milde, Siegel des M. A., Siegel der Holst.-Lauenb. Grafen, Tafel 6, Nr. 31) im Geh. u. Hauptarchiv zu Schwerin. Rückaufschrift (16. Jahrh.: Alf grave zu Holstein versezt Hinriken graven zu Swerin das gantze Ossenwerder vor 1400 lodige marck silbers, welche summa ehr seiner schwester Elseben zum brautschatze zugesagt gehabt. A° 1316. — 2. 29.

Gedruckt: Mecklenb. UB. VI, Nr. 3804; Grote-Ebstorf, Beiträge zur Geschichte der Elbinseln vor Hamburg (1907), S. 28.

Verzeichnet: Grotefend, Reg. z. Gesch. d. Grfl. u. Frh. Groteschen Geschlechts, S. 39, Nr. XVI.

355.

Die Grafen Johann III. und sein Vetter Gerhard III. von Holstein teilen den ihnen überkommenen Besitz der Kieler Linie des Schauenburger Grafenhauses in zwei Herrschaften,

a) *Staphorst:* predictis. b) *Fehlt im Or.*

eine Segeberger und eine Kieler, und fügen der ersteren u. a. zu dhat leyde tvischen Lubeke unde Hamborgh, dhat greve Johan und sin sone greve Alf hadden. — *Kiel, 1316 Februar 7* (na Godes borth dhusent iar drehunderth iar in dheme sosteynden iare, in dheme sonendaghe, als men alleluia leghet, des sonavendes dhar vore, oppe dheme huse tho dheme Kyle).[1]

Gedruckt nach dem Original im Reichsarchiv zu Kopenhagen, Gemeinschaftliches Archiv: Schlesw. Holst. Lauenb. US. II, Nr. 34; Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 329; Suhm, Hist. af Danmark XI, S. 925.

356.

Die Vorsteher des Heiligen Geist-Hospitals nehmen von den Testamentsvollstreckern Wilhelms von Holland ein Kapital auf, das bei einem Neubau der Hospitalskirche zurückgezahlt und zur Stiftung eines Kirchenfensters verwandt werden soll. — [1316 Februar 22].

Provisores domus sancti spiritus debent testamentariis Wilhelmi de Hollandia[2] XV marcas denariorum nomine ipsius Wilhelmi, pro quibus assignant eis in hereditate Gherardi pistoris in Rodingesmarke unam marcam denariorum censualem. Quando autem edificabitur de novo ecclesia, tunc dictam restituent pecuniam et fiet cum ea[a] fenestrum in ecclesia memorata. Actum in carnisprivio.

Liber reddituum s. Nicolai 1300—1400, fol. 29b.

357.

Heinrich Blomenberch überweist dem Gasthaus des Heiligen Geist-Hospitals eine Rente, die er von den Kirchenvorstehern zu St. Katharinen für die Überlassung eines Platzes zur Vergrößerung des St. Katharinen-Kirchhofs jährlich erhält. — [1316 März 21].

Provisores ecclesie sancte Katherine debent dare singulis annis Hinrico Blomenberch duas marcas denariorum annuatim pro XXX marcis denariorum reemendas pro spacio, quod eisdem dimisit ad ampliacionem cimiterii sancte Katherine. Has duas marcas censuales dimisit et dedit domui hospitum[3] ecclesie sancti spiritus nostre civitatis, ut per eas pauperes consolentur. Actum Letare.

Liber reddituum s. Catharine 1300—1400, fol. 13. Die Eintragung ist durchgestrichen.
Gedruckt: Die milden Privatstiftungen zu Hamburg. 2. Ausg. (1870), S. XXXII, Anm. 38.

a) *Vorlage* eam.

1) *Durch Urkunden vom 15. April 1316, 12. April 1317 und 16. April 1318 belehnte Herzog Rudolf von Sachsen die Grafen Johann und Gerhard von Holstein mit den ihnen zugefallenen Herrschaften. Siehe Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 333, 332 und Nr. 359, wo Nr. 332 fälschlich in das Jahr 1316 gesetzt ist. Das Original im Reichsarchiv zu Kopenhagen hat deutlich, wie auch in den Reg. u. Urk. gedruckt ist:* in dheme seventheghiden iare.

2) *Über das Testament vgl. Nr. 163.*

3) *Über diese erstmalige Erwähnung des Gasthauses vgl. Koppmann, Hamburgs kirchliche und Wohltätigkeits-Anstalten im Mittelalter, S. 43.*

358.

Benannte Geschlechter des Kirchspiels Brunsbüttel beurkunden ihren mit Hamburg geschlossenen Sühnevertrag. — Groden in Dithmarschen, 1316 März 30.

In nomine Domini amen. Universis in perpetuum presentia visuris seu audituris nos Amitzemanni, Vokemanni, Etzinghemanni et Zertzinghemanni de parrochia Brunesbutle cupimus esse notum et tenore presentium firmiter protestamur, quod divina nobis opitulante gracia et discretorum terre nostre instructi consilio totam gwerram et discordiam, quam nos et amici nostri ex una et consules et cives Hamburgenses parte ex altera iam habuimus multis annis, ad sonam firmam et ad compositionem inviolabilem perpetuo duraturam deduximus per hunc modum: Quod omnes controversie inimicitie spolia vulnera seu homicidia et generaliter omnes cause sive de novo seu ex antiquo suborte fuerint, quibus nos et nostri amici fautores et complices contra dictos consules et cives Hamburgenses moveri poterimus quoque modo, debent in perpetuum esse sopite et in concordiam firmam et pacem inviolabilem sunt redacte nec umquam debent a nobis seu a nostris successoribus in malo ad memoriam revocari, sed nos et universi nostri fautores complices et amici debebimus predictos consules et cives Hamburgenses et mercatores quoscunque de quacunque regione terra vel civitate fuerint, in terris et in aquis et specialiter in Albea fideliter promovere nec ipsos spolio nec aliquo nocendi genere quomodolibet inpedire publice vel occulte. Insuper, ut memorata sona nostra maneat inconvulsa, arbitrantes volumus: si aliquis seu aliqui de nostris progeniebus amicis fautoribus seu complicibus spiritu rebellionis ducti spoliaverint, huiusmodi spolium debebimus in integrum restaurare. Volumus eciam esse immunes et separati a iure et communitate terre nostre usque ad condignam emendam et restitutionem integram ablatorum. Arbitramur eciam, quod advocati et universitas terre nostre faciant spoliatis iudicium super spoliatoribus secundum iusticiam terre nostre. Insuper, si aliquis seu aliqui de nostris progeniebus fautoribus seu amicis in spolio vulneratus occisus seu captus fuerit, per hoc sona non debet esse fracta vel argui violata. Et ut hec nostra compositio sortiatur plenam roboris firmitatem, infrascripti nostri consanguinei pro dicta sona perpetuis temporibus dictis consulibus et universis civibus Hamburgensibus inviolabiliter observanda promiserunt ipsis in solidum fide data: de nobis Ezinghemannis Vos filius Scarlakenis et Hammo Steveghe Hillensone pro Petro Nacken apud cogghonem occiso; de nobis Zertzinghemannis Johannes filius Ywani Hibbensone pro patre suo Ywano; de nobis Vokemannis Henricus Vokensone et Herderus filius eius, Boyo filius Frederici, Hannebole et frater eius, Johannes Lalle et frater eius pro Ecghehardo Vokensone et pro Manekino. Preterea de nobis Amitzemannis promiserunt Johannes Pram, Voko Fresensone, Reymarus Tule, Otto Boyensone, Thedo filius Nycolai Ameken, Mane Stukensone, Ameke Mule, Spituul Knechteke, Bruninghus filius Johannis Emmensone et Stelling frater Jungheren pro Nycolao Amekini, Nycolao Emmensone et pro Edone Juncheren et Nannone Wedelen. Qui pro nobis omnibus pro dicta sona et de non vindicando mortem amicorum nostrorum predictorum et pro omnibus et singulis articulis suprapositis inviolabiliter observandis promiserunt, ut premittitur, in solidum fide data sepedictis consulibus et civibus

Hamburgensibus universis et firmam securitatem, quam oreweydhe appellamus, inviolabiliter duraturam una cum prioribus articulis observare, ut premittitur, promiserunt et iureiurando interposito firmiter vallaverunt. Huius nostre compositionis testes sunt honesti viri domini Johannes in Bokelenborch, Henricus in Merne ac Otto in Brunesbutle ecclesiarum rectores, Thedo Kalingh de Nerden, Sagerbuteke advocatus terre nostre, Laurentius sororius Thedonis, Wibrandus Meyensone, Petrus filius Albi Vokonis, insuper Johannes Margaretensone, Henricus Haghene, Willekinus Niger consules in Meldorpe ac Bertrammus Luscus et Bernardus filius domini Godekini consules Hamburgenses et quam plures alii fide digni. In quorum omnium evidens testimonium et maiorem roboris firmitatem parrochie nostre sigillum duximus presentibus apponendum. Datum et actum in Marsgrove, feria tercia ante festum palmarum, anno Domini millesimo CCC sextodecimo.

Original, Pergament, mit dem an roten Seidenfäden anhängenden, leicht beschädigten Siegel des Kirchspiels Brunsbüttel (Abb.: K. Boie, Die mittelalterlichen Siegel Dithmarschens, Kiel 1926, Tafel IV, Nr. 32).

Gedruckt: Urk. Gesch. d. Urspr. d. D. Hanse II, S. 294; UB. d. L. Dithmarschen Nr. 15; Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 330.

Verzeichnet: Hans. UB. II, Nr. 273.

359.

Benannte Geschlechter des Kirchspiels Marne urkunden wie die Geschlechter des Kirchspiels Brunsbüttel in Nr. 358. — Groden in Dithmarschen, 1316 März 30.

In nomine Domini amen. Universis in perpetuum presencia visuris seu audituris nos Wittewillerimanni ac Edinghemanni de parrochia Merne cupimus esse notum et tenore presentium firmiter protestamur, quod divina nobis opitulante clementia et discretorum terre nostre instructi consilio omnem gwerram inter nos et nostros amicos fautores et complices ex una et consules ac cives Hamburgenses ex parte altera ortam ad sonam firmam et ad compositionem inviolabilem perpetuo duraturas deduximus in hunc modum: Quod omnes controversie inimicicie spolia vulnera seu homicidia generaliter omnes cause sive ex antiquo orte fuerint seu de novo, quibus nos et nostri amici fautores et complices contra dictos consules et cives Hamburgenses moveri poterimus quoquo modo, debent in perpetuum esse sopite et in concordiam firmam ac pacem inviolabilem, ut premittitur, sunt redacte nec unquam debent a nobis seu a nostris successoribus in malo ad memoriam revocari, sed nos et universi nostri fautores complices et amici debebimus prefatos consules et cives Hamburgenses ac mercatores quoscunque, de quacunque terra regione vel civitate fuerint, in terris et in aquis, specialiter in Albea, fideliter promovere nec ipsos spoliis seu aliquo nocendi genere quomodolibet impedire publice vel occulte. Insuper ut memorata sona nostra maneat inconvulsa, arbitrantes volumus: si aliquis seu aliqui de nostris progeniebus amicis fautoribus seu complicibus universis spiritu rebellionis ducti spoliaverint, huiusmodi spolium debebimus in integrum restaurare. Volumus etiam esse immunes et separati a iure et communitate terre nostre, donec condignam emendam et restitutionem integram fecimus spoliorum. Arbitramur insuper, quod advocati et universitas terre nostre spoliatis faciant iudicium super spoliatoribus secundum iusticiam terre nostre. Insuper, si aliquis seu aliqui de nostris

progeniebus fautoribus amicis vel complicibus in spolio vulnerati capti fuerint vel occisi, per hoc nostra sona non debet esse fracta seu argui violata. Et ut hec nostra composicio sortiatur plenam roboris firmitatem, infrascripti nostri consanguinei pro dicta sona perpetuis temporibus dictis consulibus et civibus Hamburgensibus inviolabiliter observanda promiserunt ipsis in solidum fide data, videlicet de nobis Wittewillerimannis Hilsemake, Hammo Swineke, Hammo filius Offonis Vetelen, Willerus filius Willeri iuvenis pro Offone Vetelensone, qui et fuit patruelis Maken Koninghes; preterea de nobis Edinghemannis Magnus Folcolfus, Willerus filius domine Brometen[a], Hammo filius Amekini pro filio Rufi Hammonis et pro filio iam dicti Amekini. Qui pro nobis omnibus pro dicta sona et de non vindicando mortem amicorum nostrorum predictorum et pro omnibus et singulis articulis suprapositis inviolabiliter observandis sepedictis consulibus et civibus Hamburgensibus universis promiserunt in solidum fide data ac eciam firmam securitatem, quam oreveydhe vulgariter appellamus, inviolabiliter duraturam una cum prioribus articulis observare, ut premittitur, promiserunt et iureiurando interposito firmiter vallaverunt. Huius nostre composicionis testes sunt honesti et discreti viri domini Johannes in Bokelenborch, Henricus in Merne ac Otto in Brunesbůtle ecclesiarum rectores, Thedo Kaling de Nerden, Sagerbuteke advocatus terre nostre, Nicolaus frater eius, Laurentius sororius Thedonis, Wibrandus Meyensone, Nicolaus filius Oldagi, Herdinghus Groten Boyensone, Johannes filius Martini de Bosenworth, Petrus filius Albi Vokkonis, insuper Johannes Margaretensone, Henricus Haghene, Willekinus Niger, Johannes Fortis, Petrus domine Wobben sone consules in Meldorp ac honesti viri Bertrammus Luscus, Bernardus filius domini Godekini consules Hamburgenses et quam plures alii fide digni. In quorum omnium evidens testimonium et maiorem roboris firmitatem sigillum nostre parrochie presentibus duximus apponendum. Datum et actum in Marsgrove, feria tercia ante festum palmarum, anno domini millesimo CCC sextodecimo.

Abschrift des seit 1842 nicht mehr vorhandenen Originals von Hübbe in der Sammlung Van Dudeschen Saken Bd. I. Das Siegel hing an der wohlerhaltenen Urkunde an roten Seidenfäden, zeigte das Bild des heiligen Matthäus und trug die Umschrift: S. sancti Mathei in Merna *(Abb.: K. Boie, Die mittelalterlichen Siegel Dithmarschens, Tafel VI, Nr. 61).*

360.

Das Land Wursten schließt mit Hamburg einen Vertrag, insbesondere zum Schutze und zur Verteidigung des Turms auf der Insel Neuwerk. — Neuwerk, 1316 April 1.

Nos iudices, consules et universitas terre Wortsatie recognoscimus et tenore presentium firmiter protestamur, quod cum honorabilibus viris amicis nostris specialibus et dilectis consulibus et universitate civitatis Hamburgensis quadam speciali amicitia et mutuo iuvamine perpetuo duraturis compromisimus nos et confederavimus per hunc modum, quod ipsos in terra nostra et ubicumque potuerimus debebimus fideliter promovere et singulariter, si aliquis seu aliqui principes barones aut terrarum domini sive quicumque

a) *Hübbe:* Bromete *oder* Dromete? *Reimer Hansen, der den Inhalt der Urkunde auf S. 23 seiner Geschichte der Stadt und des Kirchspiels Marne (1927) ohne Quellenangabe wiedergibt, schreibt:* Bromete.

pacis emulatores turrim Nove Ocht,[1] quam dicti consules et cives Hamburgenses pro salute nostra et omnium mercatorum exstruxerunt et custodiunt multis laboribus et expensis, infestaverint obsederint vallaverint seu presumpserint expugnare, debebimus una cum ipsis et ipsi una nobiscum huiusmodi invasoribus et pacis emulatoribus totis terre nostre viribus armata manu concorditer resistere et eorum iniustas violentias mutuo iuvamine repellere fideliter et constanter. In cuius rei testimonium sigillum terre nostre duximus presentibus apponendum. Datum et actum in Nova Och, anno Domini millesimo CCC sextodecimo, feria quinta ante festum palmarum.

Original, Pergament, beschädigt, mit stark beschädigtem Siegel des Landes Wursten, das angehängt war, doch vom Pergamentstreifen abgerissen ist.

Gedruckt: Ausführung und Erklärung, wie es . . . 1619, April 19 am Kammergericht zu Speyer i. S. Bgm. u. Rath der Stadt Hamburg c. Otten und Frantz Otten Herz. zu Braunschweig u. Lüneb. . . . die Schiffarth u. Staffelgerechtigkeit auff der Elbe betr. . . . eigentl. gewand u. beschaffen (Hamb. 1620), S. 143; Werdenhagen, De rebus publ. Hanseat. (1631), S. 595, (1641), S. 303; Lambecius, Rer. Hamb. Lib. II, S. 260 (ed. Fabricius, S. 81); Lünig, Reichsarchiv, Part. spec. cont. IV, S. 933; Der Stadt Hamb. geziemende Beantwortung der 1712. . . von Seiten Ihro Kgl. Maj. von Dänemarck publ. Species Facti (Hamb. 1715), S. 87; Du Mont, Corps universel dipl. du droit des gens I 2, S. 30; Moser, Reichs-Stättisches Hand-Buch I, S. 850; Hans. UB. II, Nr. 274.

Verzeichnet: Schütze, Chron. Verz. Nr. 244; Urk. Gesch. d. Urspr. d. D. Hanse II, S. 293.

361.

Erzbischof Johann von Bremen beurkundet das Gelöbnis der Dithmarschen, niemandem, der in ihrem Lande sich aufhält oder verkehrt, Schaden zufügen zu wollen. — Meldorf, 1316 April 3.

Vniversis presentes litteras inspecturis Johannes miseracione divina sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus salutem in Domino sempiternam. Noveritis, quod ad nostram instanciam dilecti nobis Thitmarci promiserunt et litteras patentes iam dudum dederunt, quod, licet actenus per aliquos Thitmarcos spolia homicidia ac alia gravamina ac dampna nonnullis in ipsa terra Thitmarcie et eius districtu sunt illata, de cetero fieri nullatenus sustinebunt, quin ymo omnes et quilibet secure ad ipsam terram et eius districtum venire possunt, ibidem moram trahere et recedere cuiuslibet iure salvo. Quod si quisquam huius securitatis violator temerarius extiterit, quod absit, ipsi nobis et nostris advocatis tam fructuose et efficaciter assistant, quod pena unius terror esse debeat f[uturorum].[a] Et in huius securitatis testimonium ac noticiam pleniorem presentibus litteris una cum nostro sigillum dicte terre Thitmarcie est appensum. Datum Meldorpe, anno Domini MCCCXVI, tercio nonas Aprilis.

Original, Pergament, mit dem anhängenden, stark beschädigten Siegel des Erzbischofs mit seinem Sekret als Rücksiegel und dem gleichfalls anhängenden und beschädigten Siegel des Landes Dithmarschen (Abb.: K. Boie, Die mittelalterlichen Siegel Dithmarschens, Tafel I, Nr. 1).

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 331.

Verzeichnet: Hans. UB. II, Nr. 275.

a) *Schrift verlöscht.*

1) *Über diese wiederholt mißverstandene Bezeichnung für die Insel Neuwerk vgl. K. Ferber, Der Turm und das Leuchtfeuer auf Neuwerk, Ztschr. f. Hamb. Gesch. XIV, S. 9f.*

362.

Der Laienbruder des Heiligen Geist-Hospitals Elver vermacht zwei Gärten zum Besten einer Brot- und Bierspende für die Insassen des Hospitals. — [1316 April 11].

Johannes carpentarius resignavit Elvero converso domus sancti spiritus ortum suum, ut situm apud ortum quondam Conradi de Apen. Hunc autem ortum cum orto supra inmediate scripto[1] idem Elverus post mortem suam prefate domui resignavit, ita quod provisores, qui pro tempore fuerint, annis dabunt singulis in perpetuum semper in die corporis Christi cuilibet infirmo in ipsa domo degenti unum cuneum et obulatam cervisie, quod observandum commisit anime provisorum. Actum in pascha.

Liber de hortis venditis fol. 8.

363.

Der Bremer Scholastikus Johann bittet das hamburgische Domkapitel, ihn in der Verwaltung des übernommenen Amtes eines Administrators der bremischen Kirche zu unterstützen.[2] — 1316 Mai 19.

Johannes Dei gratia scolasticus et amministrator spiritualium et temporalium sancte Bremensis ecclesie ab honorabili capitulo eiusdem ecclesie deputatus honorabili capitulo Hamburgensis ecclesie cum affectu sincero paratam in beneplacitis voluntatem. Cum ad obviandum periculis, que promte imminebant toti provincie Bremensi ex eo, quod reverendus pater noster Johannes archiepiscopus racione non regitur, propter instantiam capituli Bremensis secundum consilium totius provincie procuratorum onus amministrationis spiritualium et temporalium sepedicte Bremensis ecclesie in nos suscepimus volentes illud pro viribus nostris exequi et fideliter, quantum Deus dederit, supportare, rogamus, quatenus cooperari et assistere nobis curetis in executione dicti officii, sicut ipsi Bremensi ecclesie tenemur, secundum exigentiam status vestri. Grates equidem vobis referimus pro eo, quod consilia vestra per procuratores vestros nobis insinuare

1) Uxor Philippi de Travendemunde cum tutore suo Johanni de Britcerdorpe vendidit et resignavit Elvero converso domus sancti spiritus ortum suum, ut situm extra portam Milderdor. Judicium prestabit warandiam. *Lib. de hort. vend., fol. 8. — Einige Jahre vorher, wahrscheinlich 1313* (actum Nycolay) *hatte der obengenannte Johannes carpentarius einen anderen ihm gehörigen Garten* (ortum suum, ut situm apud ortum domus sancti spiritus foris dammonem porte Milderadis) *an Thedolph Potecowe überlassen. Ibidem fol. 8. Auch das Heiligen Geist-Hospital erhielt in diesen Jahren noch mehrere Ländereien: 1313 oder 1314 verkaufte der Ratsherr Bruno von Glovescyn dem Provisor des Hospitals Elver* ortum suum, ut situm foris dammonem novi molandini; *Elver aber* ipsum ortum contulit ad lumen perpetuum ante hostiam concremandum in elevatione hostie. *1314 oder 1315 verließ Gretha Valkeneres dem Provisor Elver* ortum suum, ut situm foris Milderdor . . ., quem quidem ortum dedit ad perpetuum lumen cremandum in elevatione ostie in ipsa domo [sancti spiritus] post obitum suum. *1315 erhielt das Hospital von Gerhard dem Sohn Werners von Metscendorp* tria iugera agrorum sitorum in Hammerbroke apud Hamme. *Ibidem fol. 8.*

2) *In einer Urkunde vom 17. Mai 1316 erklärte das bremische Domkapitel den Erzbischof Johann für wahnsinnig, indem es gleichzeitig zum erzbischöflichen Koadjutor und zum Administrator des bremischen Erzstifts für die Dauer der Vakanz des päpstlichen Stuhles den Scholastikus Johann, den ältesten Sohn des Herzogs Otto von Lüneburg, ernannte; vgl. die Urkunde bei Sudendorf, UB. VIII, S. 51, mit dem unrichtigen Datum Mai 19.*

curastis cum laudabili benivolentia, afferentes nos vobis paratos et benivolos ad conservationem iurium et privilegiorum vestrorum tam in spiritualibus quam in temporalibus omnimodis, sicut pro vestro commodo utilius poterimus et honore. Datum anno Domini MCCCXVI, in vigilia ascensionis Domini, sub sigillo scolastrie Bremensis.

Original, Pergament, mit abhangendem, beschädigtem Siegel.
Verzeichnet: Brem. UB. II, S. 690, Nr. 101.

364.

Graf Adolf VII. von Holstein bestätigt den Verkauf einer Rente in Hoisdorf durch den Ritter Hermann von Hamm an den hamburgischen Domkantor Bruno. — 1316 Juni 11—17.

Adolfus Dei gracia domicellus terre Hol[t]sacie, Stormarie et in Scowenborg omnibus presens scriptum visuris salutem[a] et bone voluntatis affectum. Noverint universi, quod dominus Hermannus miles dictus de Hamme in presencia nostra constitutus recognovit se de beneplacito et consensu omnium heredum suorum legitimorum vendidisse domino Brunoni cantori ecclesie Hamburgensis viginti marcarum redditus in villa Hoyerstorpe in septem mansis inmediate iacentibus iuxta curiam suam in ordine ad dextram, cum itur versus Vulensik, cum omnibus attinenciis suis et utilitatibus silvis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus terminis, sicut idem Hermannus et sui heredes eosdem mansos hactenus possederunt, pro ducentis et quinquaginta marcis denariorum Hamburgensium iudicio sibi et suis heredibus reservato, ita ut dictus dominus Bruno vel illi, quibus ipse dicta bona vendiderit donaverit vel legaverit, modo predicto eisdem bonis libere perfruantur. Quam vendicionem ratificamus et tenore presencium confirmamus. Preterea dictus dominus Hermannus pro se et suis heredibus promisit data fide, quod favorabilis erit iudex hominum bonorum eorundem, sicut aliorum in eadem villa commorancium, et nullam exactionem seu peticionem inordinatam faciet in eos ultra quam in suos nec aliquid novi ordinet vel statuet, unde eadem bona possint aliquatenus devastari. Quod si factum fuerit, dictus dominus Hermannus vel sui heredes, qui pro tempore fuerint, respondebunt pro defectu, quandocumque fuerint requisiti, addito eciam, quod dictus dominus Bruno vel illi, quibus dicta bona vendita obligata fuerint vel donata, plenam et liberam habeant potestatem pandandi huram suam seu pignora recipiendi cum emenda debita tempore suo, hoc est post octavam beati Martini,[1] quando dicta hura eis non fuerit persoluta. Insuper dominus Bruno predictus ex speciali amicicia et favore dicto domino Hermanno et suis heredibus legitimis concessit, ut prenominata bona in vigilia beati Jacobi[2] pro supradicta pecunia reemere possint in civitate Hamborgh persolvenda, quandocumque ipsis[b] placitum fuerit et acceptum. Ut autem rata hec omnia permaneant et inconvulsa, sigillum nostrum una cum sigillis domini Hinrici dicti[c] de Hamme thesaurarii ecclesie Hamburgensis ac Hinrici dicti de Wedele militis, dicto domino Hermanno de[d] Hamme[d] sigillo carente, presentibus est appensum. Datum et actum anno Domini MCCCXVI,

a) *Abschrift im Liber copialis Capituli:* salutem in Domino. b) *Abschrift* eis. c) *Fehlt in der Abschrift.* d—d) *Fehlt in der Abschrift.*

1) *November 18.*
2) *Juli 24.*

infra octavas festi corporis Christi, presentibus honorabilibus viris dominis magistro Hinrico preposito Lubicensi, Hartwico dicto de Herslo et Hermanno de Hillegenstede canonicis ecclesie Hamburgensis, Johanne et Hinrico fratribus dictis de Wedele militibus et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis.

Transsumpt in einer Originalurkunde des Grafen Johann III. von Holstein von 1337 April 23.
Abschrift im Liber copialis Capituli, fol. 109b, Privilegia comitum LXXXVc. Überschrift: Item super eodem (*d. h.* Super viginti marcis in Hoyerstorpe, quas habuit capitulum ante empcionem ville).
Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 335.

365.

Dienstvertrag Peters, des Beschließers im Heiligen Geist-Hospital. — [1316] Juni 24.

Sciendum, quod, si Petrum clavigerum domus sancti spiritus in ipsa domo et servicio eius contigerit infirmari seu quocumque modo in vita aut membris debilitari, semper prebenda cum vestitu competenti sibi dabitur in ipsa domo temporibus sue vite. Ipse tamen faciet omnia, que iubetur (!) a provisoribus, qui per consules fuerint deputati, interim, quod non habet notoriam infirmitatem vel debilitatem corporis aut membrorum. Quod si nollet facere, statim ammoveri potest a domo supradicta neque servari debet conditio supradicta. Actum Johannis babtiste.

Liber reddituum s. Nicolai 1300—1400, fol. 30.

366.

Der Londoner Bürger William de Widdeslade teilt König Eduard II. von England mit, daß ein zu Sluys in Flandern von ihm mit Lebensmitteln beladenes Schiff in der Nähe von Yarmouth von Leuten aus Deutschland,[1] Seeland und Friesland beraubt worden sei, und bittet, dafür zu sorgen, daß die geraubten Waren, über deren Rückgabe ein Prozeß schwebe, nach England geschafft und im Werte ihnen entsprechende Kaufmannsgüter aus den genannten Ländern in England beschlagnahmt werden. — [1316 vor Juli 3].

A nostre seignor le roy prie William de Widdeslade soen pour marchaunt et citein de Loundres, qe, come il feist charger une neef a lEsclus en Flaundres de certeins vitailles come despecerie a la vaillance de trois centz liveres desterlinges et les feist carier en Angleterre a vendre illoqes a soen profist et autres du dit roialme, et par meffesours des parties dAlemaigne et Seland et Friselannd[a] fust de ceux vitaille derobbe en la costere de la mere empres de Gernemuthe, les queux biens ensi uncore luy sointe detenuz saunz aucune ma[niere][b] de satisfactioun luy deux faite, sicome pleinement est tesmoigne par les bones gentz de Loundres en leur lettres overtes a . . .[b] consail nostre seignor le roy mustrees a Nichole au drein parlement, qi sount en la chauncellerie, e le dit William eit ia say par proces ordoine par le dit consail por restitucion des ditz biens avoir et amendes des damages, qil en ad eu, qe comande fust bref darest devers les gentz des dites parties par tout le consail avantdit, lequel arest ia de novele entre

a) *Oder* Friselaund? b) *Schrift am Schluß der Zeile verlöscht.*

1) *Darunter befanden sich, wie aus späteren Urkunden hervorgeht, angeblich auch Hamburger.*

les autres arestes en roialme est defendu tanque a la seint Michel proschein a venir, pleise a nostre seignor le roy por lamour de Dieu avoir regarde a ceo, qe les ditz vitailles furent cariez en son roialme por amendement de son poeple, et de [sa][a] grace especiale comander, qe les bien des gentz des parties susdites soient aresteutz dein son roialme a vaillance des trois centz liveres avantdites et a la summe des damages avantditz et liverez al dit William en allouance de la dite robberie, forpris les biens de gentz, qi serount trovez amenantz vitailles en ceste terre a leur vitailles.

Original, Pergament, im Public Record Office zu London, Ancient Petitions, File 193, Nr. 9604.

367.

König Eduard II. von England an seinen Kanzler John de Sandale: übersendet die Bittschrift des Londoner Kaufmanns William de Widdeslade — Nr. 366 — und befiehlt ihm, die Angelegenheit sobald wie möglich zu fördern. — Westminster, 1316 Juli 3.

Edward par la grace de Dieu roi dEngleterre, seigneur dIrlaunde et ducs dAquitaine a nostre cher clerc et foial Johan de Sandale nostre chauncellier saluz. Nous vous enveoms cy dedenz enclos une peticioun, qui nous feust baille par nostre bien amez William de Widdeslade marchaunt de Londres touchaunte un arrest, qui lui feust grantez nadgaires a ce quil . . .[a] vers les gentz des parties dAlemaigne, Selande et Friselannde,[b] laquele busoigne nous voloms que soit exploitee si . . .[a] te, come estre poet bonement, et vous maundoms, que regardeez meisme la peticioun et le proces, quil ad fait en cele partie, meisme la busoigne facez exploiter, si tost come vous porrez par reson et selonc ce que ad este usez en . . . . .[a] ces houres. Donnee souz nostre prive seal, a Westmostier, le tierz iour de juyl, lan de nostre regne neuisme.

Original, Pergament, im Public Record Office zu London, Chancery Warrants I, File 94, Nr. 3693 mit aufgedrücktem, briefschließendem Siegel.

368.

Das Kloster Reinbek beurkundet, daß Marquard Cattescruch eine Lüneburger Salzrente zur Ausstattung einer Vikarie bestimmt hat. — Reinbek, 1316 August 14.

Omnibus in perpetuum presencia visuris seu audituris nos Daniel prepositus, Alheydis priorissa totusque conventus sanctimonialium in Reynebeke facimus manifestum, quod Marquardus Cattescruch in anime sue remedium et salutem de uno choro et dimidio salis pro suis denariis comparatis, sitis in salina Luneborch in domo dicta Eghetinge, dimidium chorum salis singulis annis valentem decem marcas denariorum Hamburgensium contulit ad dotandam perpetuam vicariam, ubicumque sue placuerit voluntati. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Reynebeke, anno Domini MCCCXVI, in vigilia assumpcionis Marie.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 85, Privilegia conventuum X. Überschrift: Super dimidio choro salis pertinente ad vicariam Nicolai Vos.
Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 338.

a) *Schrift am Schluß der Zeile verlöscht.* b) *Oder* Friselaunde?

369.

Das hamburgische Domkapitel urkundet über die Stiftung eines Altars in der St. Katharinen-Kirche durch den hamburgischen Bürger Johann Sperling. — 1316 August 19.

Universis presens scriptum visuris capitulum ecclesie Hamburgensis salutem in eo, qui neminem vult perire. Ut ea, que ad divinum ordinantur officium, nemo impedire debeat, immo plus sua possibilitate sit promptus quilibet promovere, hinc est, quod ex unanimi consensu omnium nostrum Johanni dicto Sperlingh civi Hamburgensi annuimus, ut altare in parrochia nostra sancte Katherine habeat, quod suis iustis bonis et laboribus instauravit. Quod ad presens domino Gotfrido presbitero pure contulit propter Dominum, ut instituta missa singulis diebus in memoriam sui et uxoris sue suorumque amicorum hora debita celebretur. Idem vero altare dotavit cum hiis bonis infrascriptis, videlicet decem et octo iugeribus, que habet in parrochia Cestere in loco, qui Honrecampe nuncupatur. Collacionem siquidem iuris patronatus sepedicti altaris Johannes ac Hermannus dicti de Galyn filii fratris Johannis predicti civesque Lubicenses libere obtineant, quamdiu vixerint; post mortem vero supradictorum eadem collacio, manente tamen altari[a] in eadem parrochia, cum suis proventibus ad nostrum capitulum divolvetur. Preterea minister sepedicti altaris omnes oblaciones nostro plebano, qui pro tempore nostram ibidem rexerit ecclesiam, totaliter per districtam conscientiam presentabit et secundum generalem ordinationem, quam circa omnia altaria parrochiarum nostrarum deinceps fieri decrevimus, se regat tam in choro quam die quolibet in divinis. Eciam domino nostro decano obedientiam faciet, quam tenetur. Ut autem tam pium factum perpetuo firmum maneat et securum, nostri capituli sigillum una cum sigillo eiusdem Johannis presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCCXVI, in die Magni martiris.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 67b, Privilegia capitularia XXXVII. Überschrift: Super vicaria in ecclesia sancte Katherine, quam fundavit Sperling.

370.

König Eduard II. von England an den Sheriff von Lincoln: befiehlt, wegen eines von Untertanen des Grafen von Holland und Angehörigen mehrerer namhaft gemachten deutschen Städte, darunter Hamburgs, an dem Londoner Kaufmann William de Widdeslade begangenen Seeraubs Waren von Kaufleuten aus den genannten Gegenden mit Beschlag zu belegen. — York, 1316 September 30.

Rex vicecomiti Lincolnie salutem. Cum nuper ad prosecutionem Willelmi de Widdeslade civis et mercatoris nostri Londoniensis nobis suggerentis ipsum quedam bona et mercimonia sua de averio ponderis ad valenciam trescentarum librarum in quadam navi Laurencii Pollessone de Brabancia apud lEsclus in Flandria posuisse usque in Angliam ad commodum suum inde faciendum ducenda et quosdam malefactores tam de dominio et potestate comitis Hanonie, Hollandie et Selandie ac domini Frisie quam de partibus Alemanie marinarios in dicta navi existentes in costera maris prope Wyntringtone in comitatu Norffolk armata potencia insultasse et bona et mercimonia predicta ab hominibus predicti mercatoris nostri in dicta navi tunc existentibus abstulisse et se cum eisdem bonis et mercimoniis, quo voluerunt, transtulisse bona et mercimonia illa eidem mercatori nostro taliter adhuc detinendo in ipsius mercatoris nostri dampnum non modicum et status sui depressionem manifestam, prefato comiti ac burgimagistris scabinis consulibus et ballivis de certis villis dictarum parcium Alemannie, videlicet de Colonia, Dortmonde, Rikelinghous, Lubyke, Osenbrugge, Menstre, Grippeswolde, Sussalt et Hamburghe pluries per litteras nostras rogaverimus speciales, ut dicto mercatori nostro de bonis et mercimoniis suis predictis sic ablatis et sibi detentis debitam restitucionem vel competentem satisfactionem ac de dampnis, que sustinuit in hac parte, emendas rationabiles fieri facerent nostrorum rogaminum interventu et, licet predictus mercator noster litteras nostras inde deprecatorias per Johannem de Rothewelle attornatum suum in hac parte prefato comiti directas eidem comiti liberaverit ac eciam diversas alias litteras nostras prefatis burgimastris scabinis consulibus et ballivis eis directas similiter liberaverit ex parte nostra ipsosque comitem burgimagistros scabinos consules et ballivos pluries ac instanter requisierit ex parte nostra, ut sibi tanquam attornato prefati mercatoris nostri in hac parte restitutionem vel satisfactionem de bonis et mercimoniis predictis ac emendas rationabiles de dampnis predictis fieri facerent iuxta nostrarum continentiam litterarum, iidem tamen comes burgimagistri scabini consules et ballivi receptis dictis litteris nostris eis, ut premittitur, directis ad dictos rogatus nostros nichil inde facere curarunt (!), set dicto mercatori nostro in exhibicione iusticie totaliter defuerunt (!), sicut maior et communitas civitatis nostre predicte per litteras suas patentes communi sigillo suo consignatas nobis plenius significarunt: nos igitur, qui singulis de regno nostro tenemur in huiusmodi oppressionibus suis subvenire, ulterius dissimulari nolentes, quin prefato mercatori nostro provideamus de remedio oportuno, tibi precipimus, quod bona et mercimonia mercatorum tam de dominio et potestate prefati comitis quam mercatorum, quos tibi legitime per informacionem dicti mercatoris nostri vel eius in hac parte attornati seu per inquisicionem per te inde, si necesse fuerit, faciendam constare poterit esse de dictis villis Colonie, Dortmonde, Rikelinghous, Lubyke, Osenbrugge, Menstre, Grippeswolde, Sussalt et Hamburghe vel earum aliqua, usque ad summam centum et sexaginta librarum ac eciam dampnorum, que dictus mercator noster vel eius attornatus coram te docere poterit evidenter eundem mercatorem nostrum occasione dicte depredacionis sustinuisse, infra ballivam tuam sine dilacione aliqua arestari et per sacramentum proborum et legalium hominum de balliva tua in hac parte non suspectorum in presencia illorum, quorum fuerint, appreciari et ea sic appreciata salvo absque distractione aliqua custodiri facias, quousque eidem mercatori nostro de predictis trescentis libris et dampnis, que ea occasione sustinuit, fuerit satisfactum, et nos de toto facto tuo in hac parte et que et cuiusmodi bona arestari feceris et de precio eorundem et quorum bona et mercimonia illa fuerint, reddas nos (!) sigillo tuo distincte et aperte certiores. Mandavimus enim vicecomiti nostro Norffolkie, quod ipse bona et mercimonia predictorum mercatorum usque ad summam centum et quadraginta librarum, que infra ballivam suam inveniri contigerit, similiter faciat arestari. Teste rege, apud Eborum, XXX. die Septembris.

Rot. lit. claus. 10. Edw. II. 25, im Public Record Office zu London. Am Rande: De aresto faciendo

a) *Abschrift* in altari.

pro Willelmo de Wyddeslade. *Es folgt die Bemerkung:* Consimile breve dirigitur vicecomiti Norffolkie de centum et quadraginta libris.

Gedruckt: Lüb. UB. II, Nr. 1046.

Verzeichnet: Hans. UB. II, Nr. 291; Dortmunder UB. I, Nr. 348; Calendar of the Close Rolls. Edw. II. 1313—1318, S. 366; Pommersches UB. V, Nr. 3025; Westfälisches UB. VIII, Nr. 1088.

371.

Rath und Gemeinde von Hamburg bestellen Roger von Terni zu ihrem Prokurator beim päpstlichen Stuhl. — Hamburg, 1316 Oktober 1.

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo domino Johanni sacrosancte Romane et universalis ecclesie summo pontifici Johannes Miles, Johannes de Monte, Bruno de Glovecin, Bertrammus Luscus, Alardus Vnvorverde, Henricus de Hetfelde, Thedo de Ponte Molendini, Johannes de Holdenstede, Johannes de Horborch, Wernerus de Metsendorpe, Hartwicus de Hetfelde, Johannes Miles iunior, Wolderus Pannicida, Henricus Blomenberch, Nycolaus de Luneborch, Bernhardus Godekini, Henricus Gerbodonis, Johannes Longus, Henricus Winandi, Conradus de Holdenstede, Albertus de Holdenstede, Johannes de Edemiz, Nycolaus Franzoyser, Ludeko Volcekini, Bertrammus de Parleberghe, Petrus de Hadheleria, Johannes de Luneborch et Gotfridus Ybing consules et commune opidi Hamburgensis Bremensis dyocesis cum omnimoda reverentia devota pedum oscula beatorum. Sanctitati vestre cupimus esse notum, quod nos discretum virum magistrum Rogerium de Interampnis exhibitorem presentium absentem tamquam presentem fecimus constituimus et ordinavimus nostrum procuratorem in curia sanctitatis vestre ad impetrandum litteras tam simplices quam legendas iusticiam seu graciam continentes, contradicendum, iudices eligendum et eos recusandum et de loco seu locis conveniendum et ad omnia alia faciendum, que facere potest verus et legitimus procurator, dantes eidem potestatem et mandatum alium vel alios procuratorem seu procuratores substituendi loco sui et in se procuracionis officium resumendi, quandocumque et quocienscumque sibi visum fuerit expedire, gratum et ratum habituri, quicquid per dictum procuratorem nostrum vel substitutum seu substitutos ab ipso factum seu procuratum fuerit in premissis et quolibet premissorum. In cuius rei testimonium sigillo nostro roboravimus presens scriptum. Actum et datum Hammenborch, anno Domini millesimo CCC sextodeximo, kalendas Octobris.

Unbesiegeltes, nicht ausgehändigtes Original, Pergament.

372.

Kaufleute von der deutschen Hanse in London, darunter Hamburger, an König Eduard II. von England und seinen Rat: bitten, ihre Güter, die in Veranlassung des an William de Widdeslade begangenen Seeraubs mit Beschlag belegt sind, freizugeben, und versichern, indem sie sich zur Antretung des Wahrheitsbeweises bereit erklären, daß sie unschuldig seien. — [1316, vor Oktober 28].

A nostre seignor le roi et a son conseil prient ses marchauntz dAlemaigne, qui sont del hans des marchauntz de mesme la terre en Loundres, cest a savoir des viles de Coloigne, Dertemounde, Reclingeouse, Lubike, Osenbrigge, Menstre, Grippeswolde, Susake et Hamburghe, que, come lur biens sont arestuz a la Seint Botulphe par bref, qest issu hors de la chauncellerie a la soeute William de Wodeslade de Loundres par la reson dune roberie, qui fu faite nadgaires sur mer par larouns et gentz utlaghez de Seland et de Fresland et dEscoce a lavantdit William et plusurs autres et auxint as aucuns autres de meismes les villes avauntnomes, cest a savoir de Fraunke de Coloigne C liverez despeyes et de Henri de Wakynthorpe de Lubike C marche de poison et a Johan de Menstre XL livere de poison, et a la quele roberie faire nulle des dites villes nestoient, la quele chose ils sont prestz daverrer, par quant que la court le roy voudra agarder: que plese a nostre seignor le roi et a son conseil comaunder, que cel areste soit delivre, de sicome il entendount estre en la protection nostre seignor le roi, sicome les autres de le dit hans sont, et il ne ount rien trespasse, par quey il ne doyvent ioier de sa protection, et il sont toutz iour prestz de servir au roy e a son roialme en marchaundise et en autre chose a lur poair.

Original, Pergament, im Public Record Office zu London, Chancery Warrants I, File 95, Nr. 3763.
Gedruckt: Lüb. UB. II, Nr. 1047.
Verzeichnet: Hans. UB. II, Nr. 292.

373.

König Eduard II. von England an seinen Kanzler, den erwählten Bischof [John de Sandale] von Winchester: übersendet die Bittschrift der Kaufleute von der deutschen Hanse in London, Nr. 372, und befiehlt ihm, zuverlässige Leute aus der Grafschaft Nicole mit der Erhebung des angebotenen Wahrheitsbeweises zu beauftragen. — Newburgh, 1316 Oktober 28.

Edward par la grace de Dieu roi dEngleterre, seignor dIrlaunde e ducs dAquitaine al honorable piere en Dieu J. par la meisme grace . . eslit de Wyncestre confermez nostre chauncellier salutz. Nous vous enveoms ci dedeinz enclose une peticion, qui nous feust baillee depar marchandz dAlemaigne touchante un arrest, qest fait sur lour niefs[a] et[a] marchandises a la Seint Botolf par bref de nostre grant seal a la suyte William de Wydeslade marchand de Londres, et por ce que les attornez[a] des[a] ditz marchandz nous ount fait entendantz, qil sont prestz daverer, par quantque nostre court voudra agarder, qe nul des villes, dont il sont, nestoit a la roberie, par quele le dit arrest est agardez, et qil sont del hans des marchandz dAlemaigne en Londres, par quoi il ne lour biens et marchandises ne doient estre arrestuz por dette, dont il ne soient plegges ne principalx dettours ne por autri trespas, a[a] ce qest dit,[a] vous mandoms, que, regardee meisme la peticion, facez assigner suffissantz gentz du[a] contez de Nicole[a] a receivre le dit averrement, sil le voillent attendre, et facez mander par bref de nostre dit seal au visconte de Nicole, qil prise des ditz marchantz suffisante seurete de respondre au

a—a) *Über der Zeile nachgefügt.*

dit William de sa demande, sil faillent en lour dit averrement, il soeffre meismes les marchantz en dementres marchander de lour biens et marchandises et faire lour profit sanz nulle desturbance. Donnee souz nostre prive seal a Neuburghe, le XXVIII. iour doctobre, lan de nostre regne disme.

Original, Pergament, im Public Record Office zu London, Chancery Warrants I, File 95, Nr. 3762, mit Spuren des auf dem Rücken aufgedruckten Siegels in rotem Wachs.
Gedruckt: Lüb. UB. II, Nr. 1047.
Verzeichnet: Hans. UB. II, Nr. 292, Anm. 2; Dortmunder UB. I, Nr. 350; Westfäl. UB. VIII, Nr. 1102.

374.

König Eduard II. von England an den Sheriff von Lincoln: ordnet an, die in Folgeleistung seines Befehls vom 30. September mit Beschlag belegten Güter von Kaufleuten aus Lübeck, Münster und Soest wieder freizugeben. — York, 1316 November 14.

Rex vicecomiti Lincolnie salutem. Licet nuper ad prosecutionem Willelmi de Wydeslade civis et mercatoris nostri Londoniensis nobis suggerentis ipsum quedam bona et mercimonia sua de averio ponderis ad valenciam trescentarum librarum in quadam navi Laurencii Pollessone de Brabancia apud lEsclus in Flandria posuisse usque in Angliam ad commodum suum inde faciendum ducenda et quosdam malefactores tam de dominio et potestate comitis Hanonie, Holandie et Selandie ac domini Frisie quam de partibus Alemannie marinarios in dicta navi existentes in costera maris prope Wyntryngtone in comitatu Norffolk armata potencia insultasse et bona et mercimonia predicta ab hominibus predicti mercatoris nostri in dicta navi tunc existentibus abstulisse et se cum eisdem bonis et mercimoniis, quo voluerint, transtulisse bona et mercimonia illa eidem mercatori nostro taliter detinendo in ipsius mercatoris dampnum non modicum et status sui depressionem manifestam ac eciam pro eo, quod testificatum fuit nobis per litteras patentes maioris et communitatis civitatis nostre Londonarum, quod prefatus comes ac eciam burgimagistri scabini consules et ballivi de certis villis dictarum parcium Alemannie, videlicet de Colonia, Dortmonde, Rykelinghous, Lubyke, Osenbrugge, Menstre, Grippeswolde, Sussalt et Hamburghe, quibus pluries super hoc litteras nostras transmisimus speciales, ut dicto mercatori nostro de bonis et mercimoniis suis predictis sic ablatis et sibi detentis debitam restitucionem vel competentem satisfactionem ac de dampnis, que sustinuit in hac parte, emendas racionabiles fieri facerent nostrorum rogaminum interventu, ad dictos rogatus nostros nichil facere curaverunt, set dicto mercatori nostro in exhibicione iusticie super premissis totaliter defuerunt, tibi precepimus, quod bona et mercimonia mercatorum tam de dominio et potestate prefati comitis quam mercatorum, quos tibi legitime per reformacionem (!) prefati Willelmi vel eius in hac parte attornati seu per inquisicionem inde per te, si necesse foret, faciendum constare posset esse de dictis villis de Colonia, [Dortmonde, Rikelinghous, Lubyke, Osenbrugge, Menstre, Grippeswolde, Sussalt et Hamburghe][a] vel earum aliqua usque ad summam centum et sexaginta librarum ac eciam dampnorum, que dictus mercator noster vel eius attornatus coram te docere posset

a) *Ergänzt aus Nr. 370. In der Vorlage steht* etc.

evidenter ipsum mercatorem nostrum occasione depredacionis predicte sustinuisse, infra ballivam tuam sine dilacione aliqua arestari et per sacramentum [proborum et legalium hominum][a] de balliva tua in hac parte non suspectorum in presencia illorum, quorum bona essent, si premuniti vellent interesse, appreciari et ea sic appreciata salvo absque distractione aliqua faceres custodiri, quousque eidem mercatori nostro de predictis centum et sexaginta libris et de dampnis predictis esset debite satisfactum, et quod nos de toto facto tuo in hac parte et que et cuiusmodi bona arestari faceres et quorum fuerint ac de precio eorundem nos sub sigillo tuo distincte et aperte redderes certiores ac tu nobis retornaveris, quod virtute brevis nostri tibi de arestacione facienda directi arestasti apud Sanctum Botulphum mercimonia quorundam mercatorum de Lubyke, Menstre et Sussalt et quod bona illa in presencia mercatorum illorum appreciari fecisti iuxta tenorem brevis predicti, videlicet unam navem Stephani Kynge de Lubyke precii decem librarum et unam navem Henrici de Whitiburghe de Lubyke precii decem librarum et similiter unam navem Herberti de Heryerwyche de Lubyke precii decem librarum ac eciam unam navem Marioti Cate de Lubyke precii duodecim librarum, item tria millia et octoginta de stokefissh Johannis de Menstre precii decem et novem librarum, item duo millia et octingenta alterius generis piscis eiusdem Johannis precii triginta et quinque librarum, item septingenta alterius generis piscis eiusdem Johannis precii quinque librarum et quinque solidorum, item duo millia et quingenta piscis Conradi de Wyse de Lubyke precii viginti et novem librarum, item mille et octingenta piscis Johannis de Londoniis de Menstre precii viginti et unius librarum et duodecim solidorum ac insuper duodecim barellos de calibe Johannis le Clerke de Sussalt precii triginta et sex librarum, prout in returno tuo predicto plenius continetur: ob aliquas tamen certas causas tibi precipimus, quod omnia bona et mercimonia dictorum mercatorum de Lubyke, Menstre et Sussalt, que pretextu mandati nostri predicti, ut premittitur, arestasti et adhuc ea occasione detines sub aresto, illis, quorum fuerint, vel eorum attornatis de arestacione predicta hac vice quieta deliberes indilate ad commodum suum inde faciendum, prout sibi melius viderint expedire, et qualiter hoc preceptum nostrum fueris executus, nos reddas distincte et aperte sine dilatione qualibet certiores remittens nobis hoc breve. Teste rege, apud Eborum, XIIII. die Novembris, per ipsum regem et consilium.

Rot. lit. claus. 10. Edw. II. 21, im Public Record Office zu London. Am Rande: De bonis diversorum mercatorum ad sectam Willelmi de Wyddeslade arestatis dearestandis.
Gedruckt: Lüb. UB. II, Nr. 1048.
Verzeichnet: Hans. UB. II, Nr. 293; Calendar of the Close Rolls. Edw. II. 1313—1318, S. 376; Westfälisches UB. VIII, Nr. 1111.

375.

Papst Johann XXII. befiehlt dem Abte des Klosters St. Michaelis in Lüneburg [Thomas II.],[1] in Veranlassung einer Klage des hamburgischen Domkapitels gegen den Erzbischof Johann von Bremen wegen widerrechtlich verhängter Kirchenstrafen eine Untersuchung anzustellen und eine Entscheidung zu treffen. — Avignon, 1316 November 17.

a) *Ergänzt aus Nr. 370. In der Vorlage steht* etc.
1) *A. v. Weyhe-Eimke, Die Äbte des Klosters St. Michaelis zu Lüneburg (Celle 1862).*

Johannes episcopus servus servorum Dei dilecto filio abbati monasterii sancti Mychahelis in Luneborch Verdensis dyocesis salutem et apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis . . Hinricus thesaurarius et Bruno cantor ac capitulum ecclesie Hamburgensis Bremensis dyocesis, quod, licet ipsi nullius essent excommunicationis vel suspensionis vinculo innodati nec dicta eorum ecclesia Hamburgensis ecclesiastico supposita interdicto, tamen venerabilis frater noster Johannes . . archiepiscopus Bremensis dictos thesaurarium et cantorem excommunicatos et capitulum suspensum[a] ac ecclesiam prefatam interdictam auctoritate propria nunciavit et mandavit per alios publice nunciari, propter quod dicti thesaurarius et cantor ac capitulum dampna gravia et expensas se asserunt incurrisse. Ideoque discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis audias causam et appellacione remota debito fine decidas faciens, quod decreveris, auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gracia odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avinione, XV. kalendas Decembris, pontificatus nostri anno primo.

Transsumpt in der Urkunde des Thesaurars der Bardowieker Kirche Heinrich von 1318 Juni 5, Nr. 416.

376.

Das Kloster Reinbek verkauft das Dorf Langelohe an Marquard Kattescruch. — 1316 November 19.

Vniversis presencia visuris seu audituris Daniel prepositus, Alheydis priorissa totusque conventus sanctimonialium monasterii in Reynebeke salutem cum noticia veritatis. Tenore presencium recognoscimus publice protestantes nos de communi consensu et pari voluntate honesto viro Marquardo Kattescruch vendidisse villam nostram Langhelo cum omnibus usufructibus pertinenciis et bonis, videlicet agris pratis aquis pascuis atque silvis, et cum omni iure proprietate et libertate quiete ac pacifice possidendam, prout nos ipsam possedimus et ipse eciam Marquardus quondam ipsam possederat a nobilibus terre Holtsacie comitibus multis annis, pro ducentis marcis denariorum Hamburgensium, quas nos in numerata pecunia recognoscimus recepisse et in nostros usus similiter convertisse. Ceterum talis condicio est annexa, quod infra decem annos immediate subsequentes eandem villam pro eisdem ducentis marcis reemere poterimus. Quod tamen facere tenebimur quolibet decem annorum predictorum in vigilia beati Martini episcopi exclusis omnibus aliis anni temporibus, et tunc in eadem villa omnes inveniemus et habebimus usufructus. Neglecta vero huiusmodi reempcione talis termini, extunc predictus Marquardus memoratam villam iure hereditario atque vigore proprietario perpetualiter non obstante impedimento seu obstaculo aliquo possidebit. Poterit eciam predictus Marquardus ante reempcionem sive post, si neglecta fuerit, eandem villam vendere donare seu obligare cuicumque seu quibuscumque personis ecclesiasticis vel secularibus, prout sibi visum fuerit expedire, servatis tamen condicionibus et articulis suprascriptis. Preterea ille vel

a) *Vorlage* suspensos.

illi, cui vel quibus predictus Marquardus antedictam villam vendiderit donaverit seu obligaverit, gaudebunt presenti littera super premissis confecta. Ut autem hec nostra vendicio a nemine permutari valeat seu infringi, hanc litteram in testimonium et in signum nostris sigillis fecimus communiri. Testes aderant honorabiles viri dominus Hinricus thesaurarius ecclesie Hamburgensis, dominus Johannes de Monte et Albertus de Holdenstede consules in Hamborch et quam plures alii fide digni. Datum et actum in die beate Elizabeth, anno Domini MCCCXVI.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 83b, Privilegia conventuum IIII. Überschrift: Super villa Langhelo pertinente ad vicariam Nicolai Vos fundatam per Mar[quardum] Katt[escruch].

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 340.

377.

Vier hamburgische Ratsherrn urkunden über das Patronatsrecht des Domkapitels an der von Walburg Boterclod gestifteten Vikarie und über ihre Einkünfte. — Hamburg, 1316 November 22.

Omnibus presencia visuris et audituris Johannes de Monte, Hinricus de Hetfelde, Johannes Longus et Conradus de Holdenstede cives Hamburgenses volumus esse notum, quod collacio vicarie per Walburgam relictam Johannis quondam dicti Boterclod instauratam, quam honorabilis vir dominus Hinricus thesaurarius ecclesie Hamburgensis Nicolao Vulpi nomine capituli contulit, ad idem capitulum pertinet pleno iure nec quisquam de progenie dicte Walburgis super iure patronatus seu collacione eiusdem vicarie movebit de cetero questionem. Bona vero, quibus eadem vicaria dotata dinoscitur, sunt duo frusta terre in Gorieswerdere situata et centum triginta marce denariorum Hamburgensium, quas Laswallek tenet noster concivis, pro quibus idem domum suam lapideam obligavit censum quendam deputatum iuxta consuetudinem civitatis de eadem domo pro eisdem denariis annis singulis redditurus. In quo si possessori dicte vicarie, qui pro tempore fuerit, quidquam defecerit, huiusmodi defectum Laswallek predictus et sui heredes omnino supplebunt, sicut alias in registro civitatis expressum plenius continetur.[1] In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Hamborgh, anno Domini MCCCXVI, in die beate Cecilie virginis et matris.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 152, Privilegia communia XV. Überschrift: Super vicaria in ecclesia sancte Katherine per uxorem Boterclot fundata, quam habet H. de Vulensik.

1) *Die Eintragung, im Jahre 1316 gemacht und später durchgestrichen, findet sich im Liber reddituum s. Catharine 1300—1400, fol. 14. Sie lautet folgendermaßen:* Thidericus Laszwalc debet ad vicariam fundatam in ecclesia sancte Katherine per dominam Walburgam relictam Johannis Boterklot C et XXX marcas denariorum. Cuius vicarie collatio nunc spectat ad capitulum Hamburgense, quam etiam modo tenet Nycolaus filius Alberti Vosses. Pro hiis vero C et XXX marcis denariorum idem Thidericus resignavit in lapidea hereditate sua ut sita iuxta stratam ad opus dicte vicarie censum annuo dandum iuxta ritum et consuetudinem civitatis, quem etiam quarter in anno dabit. Verumtamen ipsum censum redimere potest, quando sue placuerit voluntati. Preterea, si in hereditate predicta defectus aliquis esset, pro ipso defectu ipse tenebitur respondere. Actum Mychaelis.

378.

Aufzeichnung über das Begängnis der auf den 28. Januar fallenden Jahresfeier zum Andenken an [den hamburgischen Ratsherrn und späteren Reinfelder Mönch] Verest von Rokesberg,[1] seine Frau und seinen Sohn im Heiligen Geist-Hospital. — 1316.

Notandum, quod provisores domus sancti spiritus, qui pro tempore fuerint, ex parte domus eiusdem debent dare perpetuo in anniversario fratris Veresti, domine Wyben uxoris sue ac domini Veresti presbiteri filii sui de Rokesberghe, qui occurrit in octava beate Agnetis virginis, tres denarios pro vigiliarum et missarum officio unicuique sacerdoti, qui in domo celebraverit memorata; ceterum eisdem presbiteris, omnibus conversis et sororibus ac universis ac singulis infirmis, qui in dicta domo degerint, dabunt duo fercula, videlicet quartam partem pulli et aliud ferculum de carnibus, unam quartam cervisie et unum panem triticeum, quorum duo pro denario comparantur, singulis annis in anniversario supradicto, et nichilominus cottidiana prebenda cum debitis ferculis nullatenus minuatur. Actum anno Domini MCCCXVI.

Liber reddituum s. Nicolai 1300—1400, fol. 30.

379.

Das bremische Domkapitel an den hamburgischen Dompropst Leo: ersucht, den Vogt von Ahrensfelde anzuhalten, daß er den widerrechtlich von ihm gefangenen Kleriker Heinrich freigebe und seine Bürgen nicht in Anspruch nehme. — [1316 (17) — 1322].[2]

Honorabili viro domino . . preposito ecclesie Hamburgensis.[a]

Volquinus Dei gracia prepositus, Fredericus decanus et capitulum ecclesie Bremensis honorabili viro domino Leoni preposito Hamburgensi salutem et sincere dilectionis affectum. Sua nobis Hinricus clericus presencium ostensor natus de nostra dyocesi gravi querimonia demonstravit, quod, cum ipse racione studii per partes Holtzacie se transferret,

a) *Adresse auf der Rückseite.*

1) *Verest von Rokesberg läßt sich um das Jahr 1266 als Hamburger Bürger nachweisen; er erwarb damals Grundbesitz im St. Nikolai-Kirchspiel (Ztschr. f. hamb. Gesch. I, S. 377). Einige Jahre später tritt er mit der Bezeichnung dominus auf; er wird also Ratsherr gewesen sein (a. a. O., S. 394). Vor 1275 August 6 zog er sich als Mönch in das Kloster Reinfeld zurück (Hamb. UB. I, Nr. 759). Am 6. Dezember 1283 stiftete er zusammen mit seiner einstigen Frau Wicburg einen Altar in der St. Nikolai-Kirche (Hamb. UB. I, Nr. 809). Den Besuchern einer Messe, die er am Altar des heiligen Nikolaus in der St. Nikolai-Kirche gestiftet hatte, wurde im Jahre 1288 von Rom aus ein Ablaß bewilligt (Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. II, Nr. 742).*

2) *Die Datierung ergibt sich aus dem Termin der Erwählung des hamburgischen Propstes Leo — vgl. darüber Ztschr. f. hamb. Gesch. VI, S. 55 Anm. 3 — und dem Jahre, in dem der bremische Propst Volquin spätestens gestorben ist. Nach urkundlichen Nachrichten ist Volquin an einem 10. Oktober vor dem Jahre 1323, also spätestens am 10. Oktober 1322, aus dem Leben geschieden. S. Westphälische Provinzial-Blätter, 2. Band 4. Heft (1839), S. 230; vgl. auch W. von Hodenberg, Die Diöcese Bremen und deren Gaue in Sachsen und Friesland (1859), S. 20.*

occurrit eidem . . advocatus in Arnesvelde ipsum Dei timore postposito rebus suis et libris ablatis hostiliter captivando. Cumque ipsum sic captum crudeliter detineret, supervenerunt quidam viri Dominum timentes ipsum a dictis vinculis excrediderunt promittentes ipsum restituere vel decem marcas denariorum persolvere pro eodem. Quare cum eidem clerico de tantis iniuriis non inmerito compati debeatis, rogamus affectuose, quatinus dictum advocatum ad hoc legitimis monitionibus inducere curetis nostre dilectionis intuitu, ut eundem clericum de dicta captivitate restitutis ablatis et fideiussores suos de promisso dimittat liberos et solutos, alioquin contra detentores dicti clerici, prout de iure tenemini, quanto acrius possitis, per vestram sententiam procedatis.

Original, Pergament, mit Resten des aufgedrückten, briefschließenden Siegels. Rückaufschriften von späten Händen: Monitorium capituli Bremensis ad prepositum Hamburgensem. Nr. 30, fol. 168.

380.

Papst Johann XXII. überträgt dem Abt des Klosters St. Michaelis in Lüneburg [Thomas II.] die Entscheidung in dem Visitationsstreite zwischen dem hamburgischen Domkapitel und dem Erzbischof von Bremen unter Hinweis auf die Behauptung des Kapitels, daß es die entsandten Visitatoren in Hamburg nicht zuzulassen brauche, da keine Visitation in Bremen vorausgegangen sei. — Avignon, 1317 Januar 25.

Johannes episcopus servus servorum Dei dilecto filio . . abbati monasterii sancti Michaelis in Luneborgh Verdensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii . . decanus et capitulum ecclesie Hamburgensis Bremensis diocesis petitione monstrarunt, quod, cum Thethardus de Stadis canonicus ecclesie sancti Georgii Stadensis et Thethardus de Osenbruche monachus in Huda Cistertiensis et Premostratensis ordinum monasteriorum Bremensis diocesis asserentes venerabili fratri nostro . . archiepiscopo Bremensi ab apostolica sede per ipsius sedis sub certa forma litteras fore concessum, ut ecclesias et monasteria et alia loca ecclesiastica suarum civitatis et diocesis ac provincie posset per se vel per alium seu alios visitare et procurationes moderatas ab ecclesiis monasteriis et locis predictis taliter visitatis in pecunia recipere numerata, qualibet constitutione contraria non obstante, et quod idem archiepiscopus eos ad huiusmodi visitationis officium exercendum auctoritate dictarum litterarum duxerat deputandos, predictis . . decano et capitulo mandassent, ut eos in dicta eorum ecclesia ad visitandum reciperent sibique procurationem ratione visitationis debitam in pecunia persolverent numerata, ex parte ipsorum decani et capituli fuit excipiendo propositum coram eis, quod, cum idem archiepiscopus suas Bremensem ecclesiam et etiam civitatem, quam primitus de iure visitare tenebatur, minime visitasset, idem decanus et capitulum eosdem Thethardum et Thethardum, nisi dictus archiepiscopus suas Bremensem ecclesiam et civitatem primitus visitasset, ad visitandum in dicta eorum ecclesia admittere, cum alias causa

rationabilis non subesset, quare ad id admitti deberent, sibique procurationem ratione visitationis huiusmodi exhibere minime tenebantur et ad id compelli de iure non poterant nec debebant. Et quia dicti Thethardus et Thethardus eosdem . . decanum et capitulum super hoc audire contra iustitiam denegarunt, ipsi sentientes ex hoc indebite se gravari ad sedem apostolicam appellarunt. At idem archiepiscopus, huiusmodi appellatione contempta, in decanum et singulares canonicos excommunicationis et capitulum suspensionis ac ecclesiam predictos interdicti sententias auctoritate propria promulgavit. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota, decernas faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avinione, VIII. kalendas Februarii, pontificatus nostri anno primo.

Original, Pergament, Bulle verloren. Vermerke der päpstlichen Kanzlei:[1] *1. oben rechts* J, *zweimal schräg durchstrichen, nach Diekamp der Vermerk des Korrektors oder des revidierenden Notars, nach Brackmann, Papsturkunden (1914), S. 18, eine bislang nicht recht zu deutende Kanzleinotiz, vermutlich irgendein Kontrollzeichen; 2. unten links, durch die Falte verdeckt, der Kostenvermerk* V̄ *(= 6 grossi), darunter der Name eines Kanzleibeamten, wahrscheinlich des Rescribendars:*[2] Jac[obus] Pascal[is]; *3. auf der Falte unten rechts der Name des Schreibers:* B. de Ponte; *4. auf dem Rücken in der Ecke oben links: Registraturvermerk* (?): C (?); *5. auf dem Rücken oben in der Mitte:* Egidius de Bake, *Name der Persönlichkeit, an den die Urkunde auszuhändigen war, vermutlich eines Prokurators. — Spätere Rückaufschrift (14. Jahrh.):* Rescriptum instante capitulo etc. Hamburgensi ad abbatem Luneborgensem contra archiepiscopum ratione X.

Transsumpt in den Urkunden vom 5. Dezember 1317, Nr. 400 und vom 5. Juni 1318, Nr. 416.

381.

König Eduard II. von England an die Sheriffs von London: befiehlt, da der Kaufmann William de Widdeslade für den von Untertanen des Grafen von Holland und Angehörigen mehrerer deutschen Städte, darunter Hamburgs, an ihm begangenen Seeraub sein Recht weder beim Grafen noch bei den Städten habe finden können, Waren von Kaufleuten aus den genannten Gegenden bis zu einem bestimmten Betrage mit Beschlag zu belegen. — Woodstock, 1317 Januar 28.

Rex vicecomitibus Londoniensibus salutem. Cum nuper ad prosecutionem Willelmi de Wyddeslade civis et mercatoris nostri Londoniensis nobis suggerentis ipsum quedam

1) *Über die Kanzleivermerke vgl. Diekamp, Zum päpstlichen Urkundenwesen des 11., 12. und der ersten Hälfte des 13. Jahrhunderts, und Zum päpstlichen Urkundenwesen von Alexander IV. bis Johann XXII. (1254—1334), Mitt. d. Inst. f. Oesterr. Geschichtsforsch. III S. 565ff., IV S. 497ff.; Schmitz-Kallenberg, Die Lehre von den Papsturkunden in Al. Meisters Grundriß der Geschichtswissenschaft I, Abt. 2 Urkundenlehre (2. Aufl. 1913), S. 101 ff.*

2) *Vgl. Tangl, Das Taxwesen der päpstlichen Kanzlei vom 13. bis zur Mitte des 15. Jahrhunderts, Mitt. d. Inst. f. Oesterr. Geschichtsforsch. XIII, S. 48ff.*

bona et mercimonia sua de averio ponderis ad valenciam trescentarum librarum, videlicet quinque balas amigdalarum ad valenciam duodecim librarum et decem solidorum et tria dolia, que continent duo milia quadringentas quaterviginti et octo libras zucri in[a] pane[a], ad valenciam centum quinquaginta et quinque librarum et decem solidorum ac crocum ad valenciam decem et novem librarum et duodecim solidorum necnon quibibes ad valenciam decem et septem librarum et octo solidorum ac eciam duas balas piperis ad valenciam decem et septem librarum quindecim solidorum et sex denariorum necnon unam balam brasilii ad valenciam decem et septem librarum tresdecim solidorum et sex denariorum et clavos gariophili ad valenciam triginta et unius librarum et septem solidorum ac eciam maces ad valenciam viginti et octo librarum et quatuor solidorum, in quadam navi Laurencii Pollessone de Brabancia apud lEsclus in Flandria posuisse usque in Angliam ad commodum suum inde faciendum ducenda et quosdam malefactores tam de partibus Hannonie, Holandie et Selandie quam de villis Colonie, Dortmonde, Rikelynghous, Lubyke, Osenbrugge, Menstre, Grepeswold, Sussalte et Hamburghe ac aliunde de partibus Alemannie marinarios in dicta navi existentes in costera maris prope Wyntertone in comitatu Norffolk armata potencia insultasse et bona et mercimonia predicta ab hominibus predicti mercatoris nostri in dicta navi tunc existentibus abstulisse et se cum eisdem bonis et mercimoniis, quo voluerint, transtulisse bona et mercimonia illa eidem mercatori nostro taliter adhuc detinendo in ipsius mercatoris nostri dampnum non modicum et status sui depressionem manifestam, que omnia maior et communitas dicte civitatis nostre Londoniensis per litteras suas patentes communi sigillo suo consignatas nobis significarunt, dominum W[illelmum] comitem Hannonie, Holandie et Selandie per se ac burgimagistros scabinos et consules et ballivos de dictis villis Colonie, Dortmonde, Rikelynghous, Lubyke, Osenbrugge, Menstre, Grepeswolde, Sussalte et Hamburghe, videlicet de qualibet dictarum villarum per litteras nostras separatim rogaverimus speciales, ut dicto mercatori nostro de bonis et mercimoniis suis predictis sic ablatis et sibi detentis debitum iusticie complementum ac de dampnis, que sustinuit in hac parte, emendas racionabiles fieri facerent nostrorum rogaminum interventu, et, licet predictus mercator noster litteras nostras per Johannem de Rothewelle attornatum suum in hac parte prefato comiti super hoc directas eidem comiti liberaverit ac eciam alias litteras nostras prefatis burgimagistris scabinis consulibus et ballivis directas eis similiter liberaverit ex parte nostra ipsosque pluries ac instanter requisierit ex parte nostra, ut sibi tanquam attornato prefati mercatoris nostri in hac parte de bonis et mercimoniis predictis ac de dampnis predictis iusticiam exhiberent iuxta dictarum nostrarum continentiam litterarum, iidem tamen comes burgimagistri scabini consules et ballivi receptis dictis litteris nostris eis, ut premittitur, directis ad dictos rogatus nostros nichil inde facere curarunt, set dicto mercatori nostro totaliter in iusticia defuerunt exhibenda, sicut predicti maior et communitas

a – a) *Über der Zeile nachgetragen.*

civitatis nostre predicte nobis per litteras suas patentes communi sigillo suo consignatas iterato significarunt: nos igitur, qui singulis de regno nostro tenemur in suis oppressionibus subvenire, ulterius dissimulari nolentes, quin prefato mercatori nostro in premissis de remedio provideamus oportuno, vobis precipimus, quod bona et mercimonia hominum et mercatorum tam de potestate dicti comitis quam hominum et mercatorum Colonie, Dortmonde, Rikelynghous, Lubyke, Osenbrugge, Menstre, Grepeswolde, Sussalte et Hamburghe, Henr[ico] de Bere certis de causis except[o], usque ad summam trescentarum librarum et eciam dampnorum predictorum per sacramentum proborum et legalium hominum de civitate predicta coram vobis taxandorum, que infra eandem civitatem contigerit inveniri, sine dilatione aliqua arestari et per sacramentum proborum et legalium hominum de balliva vestra in hac parte non suspectorum in presencia mercatorum, quorum bona et mercimonia illa fuerint, per vos super hoc premuniendorum, si interesse voluerint, appreciari et ea aut pretium eorundem, si homines et mercatores illi bona et mercimonia sua sic per vos arestata pro eodem precio penes se retinere et eidem mercatori nostro de eodem precio statim satisfacere voluerint, eidem mercatori vel eius in hac parte attornato sine dilatione liberari faciatis in satisfactionem predictarum trescentarum librarum ac eciam dampnorum supradictorum. Et nos de toto facto vestro in hac parte et que et cuiusmodi bona arestari et prefato Willelmo vel attornato suo predicto et per quod precium liberari feceritis et quorum bona et mercimonia illa fuerint, reddatis nos per litteras vestras tenorem presencium continentes distincte et aperte certiores. Teste me ipso apud Wodestocke, XXVIII. die Januarii. Per breve de privato sigillo.

Rot. lit. claus. 10. Edw. II. 13, im Public Record Office zu London. Am Rande: De aresto pro Willelmo de Wyddeslade facto.

Gedruckt: Kunze, Hanseakten aus England, Nr. 61, Anfang und Schluß.

Verzeichnet: Calendar of the Close Rolls. Edw. II. 1313—1318, S. 392f.; Pommersches UB. V, Nr. 3042; Westfäl. UB. VIII, Nr. 1128.

382.

Papst Johann XXII. überträgt dem Abte des Klosters St. Michaelis in Lüneburg [Thomas II.] die Entscheidung in dem Visitationsstreit zwischen dem hamburgischen Domkapitel und dem Erzbischof von Bremen unter Hinweis darauf, daß die Visitatoren sich geweigert haben, dem Kapitel eine Abschrift des angeblich im Besitze des Erzbischofs befindlichen Visitationsprivilegs vorzulegen. — Avignon, 1317 Februar 3.

Johannes episcopus servus servorum Dei dilecto filio . . abbati monasterii sancti Mychaelis in Luneborch Verdensis dyocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii . . decanus et capitulum ecclesie Hamburgensis Bremensis dyocesis petitione monstrarunt, quod, cum Tethardus de Stadis canonicus sancti Georgii Stadensis et Dethardus de Osenbruke monachus in Huda Cysterciensis et Premonstratensis ordinum monasteriorum Bremensis dyocesis asserentes venerabili fratri nostro Johanni archiepiscopo Bremensi ab apostolica sede per ipsius sedis sub certa forma litteras fore concessum,

ut ecclesias et monasteria et alia loca ecclesiastica suarum civitatis et dyocesis ac provincie posset per se vel per alium seu alios visitare et procurationes moderatas ab ecclesiis monasteriis et locis predictis taliter visitatis in pecunia recipere numerata, qualibet constitutione contraria non obstante, et quod idem . . archiepiscopus eos ad huiusmodi visitationis officium exercendum auctoritate litterarum huiusmodi duxerat deputandos, predictis . . decano et capitulo mandavissent, ut eos in dicta eorum ecclesia ad visitandum reciperent sibique procurationem ratione visitationis debitam in pecunia persolverent numerata, iidem . . decanus et capitulum de predictis litteris merito hesitantes ipsarum litterarum copiam, quam nunquam habuerant, sibi ab eis fieri humiliter postularunt. Et quia dicti Thethardus et Dethardus ipsis . . decano et capitulo huiusmodi copiam facere contra iusticiam denegarunt, iidem . . decanus et capitulum sencientes ex hoc indebite se gravari ad sedem apostolicam appellarunt. At idem . . archiepiscopus appellatione huiusmodi contempta in . . decanum et singulares personas eiusdem ecclesie excommunicationis et in capitulum suspensionis ac ecclesiam vero predictos interdicti sententias promulgavit. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota, decernas faciens, quod decreveris, auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avinione, [III.][a] nonas Februarii, pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Transsumpt des Abtes Thomas II. von St. Michaelis zu Lüneburg vom 5. Dezember 1317, s. Nr. 400, verglichen mit dem Transsumpt in der Urkunde des Thesaurars Heinrich von Bardowiek von 1318 Juni 5, Nr. 416.

383.

Papst Johann XXII. urkundet in erweiterter Fassung, wie in der Urkunde vom 25. Januar 1317, Nr. 380. — Avignon, 1317 Februar 13.

Johannes episcopus servus servorum Dei dilecto filio . . abbati monasterii sancti Michaelis in Luneborgh Verdensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii . . decanus et capitulum ecclesie Hamburgensis Bremensis diocesis peticione monstrarunt, quod, cum[b] Thethardus de Stadis canonicus sancti Georgii Stadensis et Thethardus de Osembrucghe monachus in Hudha monasteriorum Cisterciensis et Premonstratensis ordinum[c] Bremensis diocesis asserentes[d] venerabili fratri nostro Johanni archiepiscopo Bremensi[e] ab[e] apostolica sede per ipsius sedis sub certa forma litteras fore concessum, ut ecclesias et monasteria et alia loca ecclesiastica suarum civitatis et diocesis ac provincie posset per se vel alium seu alios visitare et procuraciones moderatas ab ecclesiis et monasteriis et locis predictis taliter visitatis in pecunia recipere numerata, qualibet constitucione contraria non obstante, et quod idem archiepiscopus eos ad huiusmodi visitacionis officium exercendum auctoritate litterarum predictarum duxerat

a) *So im Transsumpt des Thesaurars Heinrich von Bardowiek, fehlt im Transsumpt des Abtes Thomas.* b) *Auf Rasur nachträglich zwischengeschrieben.* c) *Or.* ordininum. d) *Folgt auf Rasur ein verzierter Bindestrich.* e—e) *Auf Rasur.*

deputandos, predictis decano et capitulo mandassent, ut eos in dicta eorum ecclesia ad visitandum reciperent sibique procurationem ratione visitationis huiusmodi debitam persolverent in pecunia numerata, ex parte vero decani et capituli fuit excipiendo propositum coram eis, quod, cum idem archiepiscopus suas Bremensem ecclesiam ac etiam civitatem, quam primitus de iure visitare tenebatur, minime visitasset, iidem decanus et capitulum eosdem Thethardum et Thetardum, nisi dictus archiepiscopus suas Bremensem ecclesiam et civitatem primitus visitasset, ad visitandum in dicta eorum ecclesia admittere, cum alias causa rationabilis non subesset, quare ad id admitti deberent, sibique procurationem ratione visitacionis huiusmodi exhibere minime tenebantur et ad id compelli de iure non poterant nec debebant. Et quia dicti Thetardus et Thechardus eosdem decanum et capitulum super hoc audire contra iusticiam denegarunt, ipsi sentientes ex hoc indebite se gravari ad sedem apostolicam appellarunt. At idem archiepiscopus, huiusmodi appellacione contempta, in decanum et singulares[a] canonicos excommunicationis et capitulum suspensionis ac ecclesiam predictos interdicti sententias contra iustitiam promulgavit. Et licet postmodum venerabilis frater noster . . episcopus et . . thesaurarius Verdensis auctoritate ipsius archiepiscopi eis in hac parte commissa[b] prefatas sententias huiusmodi appellationibus ipsorum decani et capituli sedi apostolice minime presentatis in irritum revocassent easque denuntiassent irritas et inanes idemque archiepiscopus, quod super hoc ab eisdem episcopo et thesaurario factum erat, ratum habuisset et gratum, tamen, quia postmodum idem archiepiscopus dictos decanum canonicos capitulum et ecclesiam fore predictis sententiis innodatos sine aliqua rationabili causa denunciari minus iuste auctoritate predicta mandavit, iidem decanus et capitulum sentientes ex hoc indebite se gravari ad nostram super hoc duxerunt providentiam recurrendum. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, usuris cessantibus, appellatione remota, decernas faciens, quod decreveris, auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione[c] cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avinione, idus Februarii, pontificatus nostri anno primo.

Original, Pergament, Bulle verloren. Vermerke der päpstlichen Kanzlei: 1. oben rechts J, *zweimal schräg durchstrichen; 2. unten links, durch die Falte verdeckt:* X, *darunter* Jac[obus] Pascal[is]; *3. auf der Falte unten rechts:* Jac[obus] Adin; *4. auf dem Rücken oben links in der Ecke:* Ga (?); *5. auf dem Rücken oben rechts:* r (?); *6. auf dem Rücken oben in der Mitte:* Egidius de Bake; *7. auf dem Rücken oben:* P. de s[anc]to Laur[entio]. *Spätere Rückaufschrift (14. Jahrh.):* Ecclesie Hamburgensis scripta (?) contra archiepiscopum ad abbatem Luneborgensem, quia archiepiscopus decanum et capitulum ecclesie Hamburgensis indebite fecit excommunicatos. — *Die mit der Urkunde vom 25. Januar 1317 übereinstimmenden Teile sind in Petit gedruckt. Transsumpt in den Urkunden vom 5. Dezember 1317, Nr. 400 und vom 5. Juni 1318, Nr. 416.*

384.

Papst Johann XXII. urkundet in erweiterter Fassung, wie in der Urkunde vom 3. Februar 1317, Nr. 382. — Avignon, 1317 Februar 13.

Johannes episcopus servus servorum Dei dilecto filio . . abbati monasterii sancti Mychaelis in Luneborch Verdensis dyocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis dilecti filii . . decanus et capitulum ecclesie Hamburgensis Bremensis dyocesis petitione monstrarunt, quod, cum Tethardus de Stadis canonicus

a) *Folgt auf Rasur ein verzierter Bindestrich.* b) *Auf Rasur.* c) *Or.* appellone.

sancti Georgii Stadensis et Dethardus de Osenbrughe monachus in Huda Cysterciensis et Premonstratensis ordinum monasteriorum Bremensis dyocesis asserentes venerabili fratri nostro Johanni archiepiscopo Bremensi ab apostolica sede per ipsius sedis sub certa forma litteras fore concessum, ut ecclesias et monasteria et alia loca ecclesiastica suarum civitatis et dyocesis ac provincie posset per se vel per alium seu alios visitare et procurationes moderatas ab ecclesiis monasteriis et locis predictis taliter visitatis in pecunia recipere numerata, qualibet constitutione contraria non obstante, et quod idem . . archiepiscopus eos ad huiusmodi visitationis officium exercendum auctoritate litterarum predictarum duxerat deputandos, predictis . . decano et capitulo mandavissent, ut eos in dicta eorum ecclesia ad visitandum reciperent sibique procurationem ratione visitationis huiusmodi debitam in pecunia persolverent numerata, iidem . . decanus et capitulum de predictis litteris merito hesitantes ipsarum litterarum copiam, quam nunquam habuerant, sibi ab eis fieri humiliter postularunt. Et quia dicti Thethardus et Dethardus ipsis . . decano et capitulo huiusmodi copiam facere contra iusticiam denegarunt, iidem . . decanus et capitulum sencientes ex hoc indebite se gravari ad sedem apostolicam appellarunt. At idem . . archiepiscopus appellatione huiusmodi contempta in . . decanum et singulares canonicos eiusdem ecclesie excommunicationis et in capitulum suspensionis ac ecclesiam predictos interdicti sententias contra iustitiam promulgavit. Et licet postmodum venerabilis frater noster . . episcopus et . . thesaurarius Verdensis auctoritate ipsius . . archiepiscopi eis in hac parte concessa prefatas sentencias huiusmodi appellationibus ipsorum . . decani et capituli sedi predicte minime presentatis in irritum revocassent easque denunciassent irritas et inanes idemque . . archiepiscopus, quod super hoc ab eisdem . . episcopo et thesaurario factum erat, ratum habuisset et gratum, tamen, quia postmodum idem . . archiepiscopus dictos . . decanum . . canonicos . . capitulum et ecclesiam fore predictis sentenciis innodatos sine aliqua rationabili causa denunciari minus iuste auctoritate predicta mandavit, iidem decanus et capitulum sencientes ex hoc indebite se gravari ad nostram super hoc duxerunt providenciam recurrendum. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota, decernas faciens, quod decreveris, auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avinione, idus Februarii, pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Transsumpt des Abtes Thomas II. von St. Michaelis zu Lüneburg vom 5. Dezember 1317, s. Nr. 400, verglichen mit dem Transsumpt in der Urkunde von 1318 Juni 5, Nr. 416. — Die mit der Urkunde vom 3. Februar 1317 übereinstimmenden Teile sind in Petit gedruckt.

385.

Papst Johann XXII. überträgt dem Abte des Klosters St. Michaelis in Lüneburg [Thomas II.] die Entscheidung in dem Zehntenstreit zwischen dem hamburgischen Domkapitel und dem Erzbischof von Bremen. — Avignon, 1317 Februar 24.

Johannes episcopus servus servorum Dei dilecto filio . . abbati monasterii sancti Michaelis in Luneburgh Verdensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis . . decanus et capitulum ac clerus ecclesie Hamburgensis Bremensis diocesis petitione

monstrarunt, quod venerabilis frater noster Johannes archiepiscopus Bremensis[a] eis novas exactiones [imponere] satagens ipsis[c] communiter contra iustitiam propria auctoritate mandavit, ut sibi decimam partem omnium suorum ecclesiasticorum proventuum in subsidium debitorum, quibus suam Bremensem ecclesiam fore asserebat minus veraciter obligatam, exhibere ac solvere procurarent. Ex parte vero decani et capituli ac cleri predictorum fuit coram archiepiscopo excipiendo propositum, quod, cum prefata Bremensis ecclesia non foret tantis debitis pregravata, quod tanto subsidio, videlicet decima parte[d] dictorum proventuum, indigeret, cum etiam simile subsidium pro huiusmodi debitis ab aliis[e] ecclesiis Bremensis[f] civitatis et diocesis, sua Bremensi ecclesia dumtaxat excepta, idem archiepiscopus postularet, nec alias manifesta seu rationabilis causa subesset, quare ipse[g] a memoratis decano et capitulo ac clero predictam ipsorum proventuum decimam partem exigeret, eis, qui parati erant super [hoc][h] stare iuri, id mandare de iure non poterat nec debebat ipsique sibi in hac parte [parere][i] minime tenebantur. Quare pro parte dictorum decani et capituli ac cleri fuit ab eodem archiepiscopo humiliter postulatum, ut mandatum huiusmodi, quatenus de facto processerat, revocaret. Et quia prefatus archiepiscopus eos [super hoc][k] audire contra iustitiam recusavit, ex parte decani et capituli ac cleri predictorum sentientium ex hoc indebite se gravari fuit ad sedem apostolicam appellatum. At ipse, huiusmodi appellatione contempta, in predictum[l] decanum[m] [et in ipsius ecclesie][n] cantorem excommunicationis et singulos de [ipso][n] capitulo suspentionis ac [dictam][n] ecclesiam interdicti sententias promulgavit. Et demum, prefato archiepiscopo felicis recordationis Clementi pape V. predecessori nostro mendaciter referente,[o] quod predicta Bremensis ecclesia plurimo premebatur onere debitorum quodque prefati decanus et capitulum ac clerus sibi recusabant contribure (!) in debitis supradictis, tacito de appellatione predicta, a qua per actum legitimum[p] recessum non fuerat et in cuius prosecutione memorati decanus[q] et capitulum ac clerus existebant, predecessor ipse prefato archiepiscopo per suas certi tenoris litteras compellendi ad id prefatos decanum et capitulum ac clerum concessisse dicitur potestatem. Cumque postmodum archiepiscopus ipse memoratis[r] decano et capitulo ac clero mandavisset pretextu huiusmodi litterarum, quod sibi precise decimam partem dictorum proventuum pro memorato subsidio exhiberent, ex parte [ipsorum][s] fuit coram eodem archiepiscopo excipiendo propositum, quod, cum super hoc ex certo eisdem decano et capitulo ac clero per eundem archiepiscopum minus iuste illato gravamine fuisset ad eandem sedem legitime[t] appellatum ac huiusmodi ipsorum

a) *Im Text:* Brebensis; *Bemerkung des Beamten, der die Reinschrift revidiert hat,*[1] *am Rande:* Bremensis in nota. b) *Fehlt im Text. Am Rande:* imponere in nota. c) *Im Text:* ipsos, *durch einen Punkt unter dem o und durch übergeschriebenes i als fehlerhaft bezeichnet.* d) *Verbessert aus* decime partis. e) *Am Rande:* melius diceretur omnibus. f) *Am Rande; im Text* Brebensis. g) *Davor, durch daruntergesetzten Punkt getilgt,* a. h) *Am Rande, fehlt im Text.* i) *Fehlt im Text. Am Rande:* parere in nota. k) *Am Rande, fehlt im Text.* l) *Verbessert aus* predictos. m) *Folgt, durch 2 daruntergesetzte Punkte getilgt,* et. n) *Am Rande, fehlt im Text.* o) *Verbessert aus* deferente. p) *Über* legitimum *ein Kreuz, dasselbe Zeichen am Rande, daneben* at. q) *Verbessert aus* memoratis decanum. r) *Verbessert aus* memoratos. s) *Am Rande, im Text* dictorum. t) *Im Text* legitinie.

1) *Wahrscheinlich eines Notars oder eines Abbreviators; vgl. Diekamp, Mitt. d. Instituts für oesterr. Geschichtsforsch. IV, S. 522; Bresslau, Handbuch der Urkundenlehre I (2. Aufl.), S. 278 Anm. 6, 298 f.*

appellatio [adhuc penderet][a], a qua per aliquem actum legitimum[b] recessum non fuerat et in cuius prosecutione prefati decanus et capitulum ac clerus existebant, prout superius est expressum, et erant legitime probare parati pretextu litterarum ipsarum utpote veritate tacita et falsitate suggesta[c] impetratarum et in quibus de appellatione predicta mentio aliqua non fiebat, non potuit eis de iure talia mandavisse nec ei[d] super hoc parere aliquatenus tenebantur. Et quia memoratus archiepiscopus eos super hoc audire contra iustitiam recusavit, ex parte dictorum decani et capituli ac cleri sentientium ex hoc indebite se gravari ad eandem sedem iterato extitit appellatum.[e] At idem archiepiscopus, huiusmodi appellatione contempta, in prefatum decanum et singulos de dictis[f] capitulo ac clero excommunicationis, in capitulum vero suspentionis ac in ipsam ecclesiam interdicti sententias promulgavit ipsosque decanum et singulos de capitulo ac clero excommunicatos, capitulum suspensum et ecclesiam interdictam fecit et facit publice nuntiari. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus [vocatis][g], qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota, decernas faciens, quod decreveris autoritate nostra firmiter observari. Testes autem, [qui][h] fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avinione, VI. kalendas Martii, pontificatus nostri anno primo.

Original, Pergament, mit zahlreichen Korrekturen, unbesiegelt ausgehändigt. Vermerke der päpstlichen Kanzlei: 1. oben rechts J, *zweimal schräg durchstrichen; 2. unten links, durch die Falte verdeckt:* X̿, *darunter* Jac[obus] Pascal[is]; *3. darunter, auf der Innenseite der Falte, durchstrichen:* R france et re ad tax 1 f.;[1] *4. auf der Falte unten rechts:* B. Bonian. (?); *5. oben in der Mitte:* + mala n detur;[2] *rechts davon etwas tiefer:* R. ut in papiro; *6. auf dem Rücken oben links:* g; *7. auf dem Rücken oben in der Mitte:* Egidius de Bake; *8. darunter Spuren eines ausradierten, nicht mehr lesbaren Vermerks. — Auf der linken Seite ist die Urkunde durch einen schrägen Strich, der sich von der 1. bis zur 13. Reihe erstreckt, durchstrichen. — Rückaufschrift (17. Jahrh.):* Papalis commissio ad abbatem Luneburgensem in causa capituli Hamburgensis contra archiepiscopum Bremensem Johannem in puncto decimarum et subsidii.

a) *Fehlt im Text. Notiz am Rande:* adhuc penderet ut pote, *die beiden letzten Worte sind wieder gestrichen.* b) *Der revidierende Beamte hat Punkte unter das zweite i und das u gesetzt und an den Rand geschrieben:* contrarium. *Wahrscheinlich sollte die Korrektur dem eben vorhergehenden* legitinie *gelten und ist irrtümlich hier eingetragen. Vgl. Nr. 387, S. 288, Note e.* c) *Darüber ein Kreuz; dasselbe Zeichen am Rande, daneben:* at. d) *Text* eis. *Das* s *ist durch einen daruntergesetzten Punkt getilgt.* e) *Von einer anderen Hand als der, die die übrigen Korrekturen eingetragen hat, ist über den Schluß des Wortes* cat *geschrieben.* f) *Verbessert aus* dicto. g) *Loch im Papier.* h) *Fehlt im Text.*

1) *D. h. wahrscheinlich:* Registravit France *(abgekürzter Name eines Kanzleibeamten?)* et recepit ad taxam 1 florenum. *Vgl. Diekamp, Mitt. d. Inst. f. Oesterr. Geschichtsforsch. IV, S. 518. Die Worte sind unmittelbar vor dem Umbrechen der Falte geschrieben, da sie zum Teil unter dieser abgeklatscht sind. Zu bemerken ist, daß, wie wenigstens aus späterer Zeit bekannt ist, in Avignon 1 florenus zu 12 grossi gerechnet wurde; vgl. Th. Schrader, Die Rechnungsbücher der hamb. Gesandten in Avignon, S. 112. Die Notiz wird also ein Vermerk über den Empfang der vorher als Taxe genannten* X̿ *(= 12 grossi) durch den zuständigen Kanzleibeamten sein, der den Empfang zugleich in das dafür angelegte Rechnungsbuch einzutragen hatte.*

2) *D. h. vermutlich:* mala, non detur. *Trotzdem ist die Urkunde ausgehändigt worden, was bei korrigierten Urkunden an sich nichts Ungewöhnliches war, vgl. Finke, Die Papsturkunden Westfalens, 1. Teil (1888), S. XXVI Anm. f.*

386.

Papst Johann XXII. urkundet wie in Nr. 385, unter abweichender Darstellung des Verlaufes der Streitigkeiten zwischen dem hamburgischen Domkapitel und dem Erzbischof von Bremen. — Avignon, 1317 Februar 24.

Johannes episcopus servus servorum Dei dilecto filio . . abbati monasterii sancti Mychaelis in Luneborgh Verdensis dyocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis . . decanus et capitulum ac clerici ecclesie Hamburgensis Bremensis dyocesis peticione monstrarunt, quod, cum olim venerabilis frater noster Johannes archiepiscopus Bremensis, nulla necessitate ecclesie sue Bremensis urgente vel evidenti utilitate eiusdem ecclesie exposcente, dictis . . decano et capitulo ac clericis absque aliqua causa racionabili et consensu capituli ecclesie sue Bremensis minime requisito auctoritate ordinaria mandavisset, ut decimam partem omnium suorum proventuum ecclesiasticorum nomine subsidii sibi solvere procurarent, alioquin in . . decanum excommunicacionis et capitulum ac clericos predictos interdicti sentencias proferebat, iidem . . decanus et capitulum ac clerici sencientes ex tali mandato indebite se gravari ad sedem apostolicam appellarunt. At idem . . archiepiscopus, huiusmodi appellacione contempta, in decanum excommunicacionis et capitulum ac clericos predictos interdicti sentencias contra iusticiam promulgavit et postmodum, eodem . . archiepiscopo tacito de premissis minus veraciter exponente felicis recordacionis Clementi pape quinto predecessori nostro, quod racione debitorum, quibus dictam ecclesiam suam Bremensem asserebat existere obligatam, moderatum subsidium ab eisdem . . decano et capitulo ac clericis sibi postulaverat exhiberi et quod iidem decanus et capitulum ac clerici subsidium ipsum sibi solvere indebite denegabant, et supplicante sibi, ut ipsos ad id posset auctoritate ipsius predecessoris per censuram ecclesiasticam coartare, idem predecessor suggestione huiusmodi circumventus archiepiscopo predicto dicitur per suas certi tenoris litteras concessisse, ut eos ad exhibendum sibi huiusmodi subsidium monicione premissa per censuram ecclesiasticam posset appellacione postposita coartare. Cumque postmodum dictus . . archiepiscopus pretextu huiusmodi litterarum prelibatis . . decano et capitulo ac clericis iterato mandasset, ut sibi dictam decimam partem nomine dicti subsidii solvere procurarent, ex parte ipsorum . . decani et capituli ac clericorum fuit coram eodem . . archiepiscopo excipiendo propositum, quod, cum ipsi ab eodem archiepiscopo ad predictam sedem, ut predicitur, appellassent et tempus prosequendi appellacionem huiusmodi, in cuius prosecucione existebant, nondum esset elapsum, sed de ipso non modicum superesset, prout erant legitime probare parati, et de hoc in dictis litteris nulla mencio haberetur, prout ex ipsarum tenore liquido apparebat, idem archiepiscopus id eis auctoritate predictarum litterarum utpote per veri suppressionem et falsi suggestionem optentarum non poterat mandasse de iure, iidem . . decanus et capitulum ac clerici huiusmodi mandato parere minime tenebantur et ad id compelli de iure non poterant nec debebant. Et quia dictus . . archiepiscopus eos super hoc audire contra iusticiam recusabat, ipsi sencientes ex hoc indebite se gravari ad sedem apostolicam appellarunt. At idem archiepiscopus, huiusmodi appellacione contempta, in prefatos . . decanum et singulos de dictis capitulo et clericos excommunicacionis, in capitulum vero suspensionis ac in ipsam ecclesiam interdicti sentencias promulgavit ipsosque decanum et singulos de capitulo ac clericos excommunicatos,

capitulum suspensum ac ecclesiam interdictam facit et fecit publice nunciari. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus evocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellacione remota, decernas faciens, quod decreveris, auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellacione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avinione, VI. kalendas Marcii, pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Transsumpt des Abtes Thomas II. von St. Michaelis zu Lüneburg von 1317 Dezember 5, s. Nr. 401.

387.

Papst Johann XXII. urkundet in erweiterter Fassung, wie in der Urkunde vom 24. Februar 1317, Nr. 385. — Avignon, 1317 Februar 25.

Johannes episcopus servus servorum Dei dilecto filio . . abbati monasterii sancti Michaelis in Luneburgh Verdensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis . . decanus et capitulum ac clerus[a] ecclesie[b] Hamburgensis Bremensis diocesis petitione monstrarunt,[c] quod venerabilis[d] frater noster Johannes archiepiscopus Bremensis eis novas exactiones imponere satagens ipsis co[mmuniter][e] contra iustitiam propria auctoritate mandavit, ut sibi decimam partem omnium suorum ecclesiasticorum proventuum[f] in subsidium debitorum, quibus suam Bremensem ecclesiam fore asserebat minus veraciter obligatam, exhibere[g] ac solvere procurarent. Ex parte vero decani et capituli ac cleri predictorum fuit coram eodem archiepiscopo excipiendo propositum, quod, cum prefata Bremensis ecclesia non foret tantis debitis pregravata, quod tanto subsidio, videlicet decime partis dictorum proventuum, indigeret, cum etiam simile subsidium pro huiusmodi debitis ab aliis[h] ecclesiis Bremensis civitatis et diocesis, sua[i] Bremensi ecclesia dumtaxat excepta, idem archiepiscopus postularet, nec alia manifesta seu rationabilis causa subesset, quare ipse a memoratis decano et capitulo ac clero predictam ipsorum proventuum decimam partem exigeret, eis, [qui][k] parati erant super hoc stare iuri, id mandasse[l] de i[u]re[m] non poterat[n] nec debebat[o] ipsique sibi in hac parte parere minime tenebantur. Quare pro parte dictorum decani et capituli ac cleri fuit eidem[p] archiepiscopo h[umili]ter[k] supplicatum, ut mandatum huiusmodi, quatenus [ad illud][q] de facto processerat, revocaret. Et quia prefatus archiepiscopus eos super hoc audire contra iustitiam recusavit, ex parte decani et capituli ac cleri predictorum sentientium [ex hoc][r] indebite se gravari fuit ad sedem apostolicam appellatum. At ipse, huiusmodi appellatione contempta, in predictum[s] decanum[t] [et in ipsius ecclesie][u] cantorem

a) *Hierzu ist von der Hand des revidierenden Beamten am Rande geschrieben:* aperi. b) ecclesie *von anderer Hand über der Zeile hinzugefügt, und noch einmal von noch anderer Hand über der ersten Zeile der Urkunde und durch* |. *als hierher gehörig bezeichnet.* c) *Verbessert aus* monstrarum. d) *Übergeschrieben* tuum, *wieder gestrichen (vgl. unter* f) *und, anscheinend von anderer Hand daneben geschrieben:* va(?). e) *Im Text steht* contrauniter. f) *Verbessert aus* provem *durch Überschreiben von* tuum. g) *Verbessert aus* exibere. h) *Am Rande durchstrichen:* melius esset omnibus. i) *Verbessert aus* sub. k) *Loch im Pergament.* l) *Verbessert aus* mandare. m) *Im Text* iire. n) *Verbessert aus* poterant. o) *Desgl. aus* debebant. p) *Im Text stand anfangs* eodem, *dann hat der Schreiber davor* ab *eingefügt. Der revidierende Beamte hat* ab *und* o *durch daruntergesetzte Punkte getilgt und an den Rand geschrieben:* coram in nota, cor[rige] eidem. *Diese Notiz ist durchstrichen.* q) *Am Rande, fehlt im Text.* r) *Fehlt im Text. Am Rande:* ex hoc in nota; in nota *durchstrichen.* s) *Verbessert aus* predictos. t) *Folgt, durch zwei daruntergesetzte Punkte getilgt,* et. u) *Am Rande, fehlt im Text.*

excommunicationis et singulos de [dicto][a] capitulo suspensionis ac [ipsam][a] ecclesiam interdicti sententias promulgavit. Et demum, prefato archiepiscopo felicis recordationis Clementi pape V. predecessori nostro mendaciter deferente, quod predicta Bremensis ecclesia plurimo[b] premebatur debitorum onere quodque [prefati][c] decanus et capitulum ac clerus sibi recusabant contribuere in debitis supradictis, [tacito][d] de appellatione predicta, a qua per actum legitimum[e] recessum non fuerat et in cuius prosecutione memorati decanus et capitulum ac clerus existebant, predecessor ipse prefato archiepiscopo per suas certi tenoris litteras compellendi ad id prefatos decanum et capitulum ac clerum concessisse dicitur potestatem. Cumque postmodum archiepiscopus [ipse][f] memoratis[g] decano et capitulo ac clero mandavisset pretextu huiusmodi litterarum, quod sibi precise[h] decimam partem dictorum proventuum pro memorato subsidio exhiberent, ex parte ipsorum fuit coram eodem archiepiscopo excipiendo propositum, quod, cum super hoc ex certo eisdem decano et capitulo ac clero per eundem archiepiscopum minus iuste illato gravamine fuisset ad eandem sedem legitime[i] appellatum ac huiusmodi ipsorum appellatio [adhuc penderet][k], a qua per aliquem actum legitimum[l] recessum non fuerat et in cuius prosecutione prefati decanus et capitulum ac clerus existebant, prout superius est expressum, et erant legitime[i] probare parati pretextu litterarum ipsarum utpote veritate tacita[m] et falsitate suggesta[n] impetratarum et in quibus de appellatione predicta mentio aliqua non fiebat, non potuit eis de iure talia mandavisse nec ipsi sibi super hoc parere aliquatenus tenebantur. Et quia memoratus archiepiscopus eos super hoc audire contra iustitiam recusavit, ex parte dictorum decani et capituli ac cleri sentiencium ex hoc indebite se gravari ad eandem sedem iterato extitit appellatum.[o] At idem archiepiscopus, huiusmodi appellatione contempta, in prefatum decanum et singulos de dicto capitulo ac clero excommunicationis, in capitulum vero suspencionis ac in ipsam ecclesiam interdicti sententias promulgavit ipsosque decanum et singulos de capitulo excommunicat[os][p] et capitulum suspensum ac ecclesiam interdictam [fecit et facit][q] publice nuntiari. Et licet postmodum venerabilis frater noster . . episcopus et dilectus filius . . thesaurarius Verdensis auctoritate ipsius archiepiscopi eis in hac parte commissa prefatas sententias, antequam huiusmodi appellationes ipsorum decani et capituli ac cleri fuissent sedi apostolice presentate,[r] in irritum revocassent eosque denuntiassent irritas et inanes[s] idemque archiepiscopus, quod super hoc ab eisdem episcopo et thesaurario factum erat, ratum habuisset et gratum, tamen, quia postmodum idem archiepiscopus dictos decanum et[t] singulos de capitulo et clero,[u] capitulum et ecclesiam fore predictis sententiis innodatos denuntiari sine aliqua rationabili causa minus iuste auctoritate predicta mandavit, iidem decanus et capitulum ac clerus sentientes ex hoc

a) *Am Rande, fehlt im Text.* b) *Verbessert aus* plurima. c) *Fehlt im Text. Am Rande:* prefati in nota; in nota *durchstrichen.* d) *Im Text* et, *getilgt vom revidierenden Beamten, der an den Rand geschrieben hat:* tacito in nota; in nota *gestrichen.* e) *Am Rande* contrarium. *Im Text steht* legitinium. *Das letzte* i *ist durch einen* i-*Strich über der Zeile ausdrücklich als solches kenntlich gemacht. Der revidierende Beamte hat unter das erste und das dritte* i *einen Punkt gesetzt und wollte durch das* contrarium *am Rande wohl andeuten, daß der Strich von dem vom Schreiber fälschlich geschriebenen und vielmehr als m-Strich anzusehenden dritten* i *fortzunehmen und über das erste* i *zu setzen sei.* f) *Am Rande.* g) *Verbessert aus* memoratus. h) *Das Wort ist unterstrichen.* i) *Im Text* legitinie. k) *Am Rande:* adhuc penderet utpote; *das letzte Wort ist gestrichen.* l) *Im Text* legitinium. m) *Verbessert aus* citata. n) *Am Rande* ac *oder* at. o) *Von einer anderen Hand als der, die die übrigen Korrekturen gemacht hat, ist über den Schluß des Wortes* catt(?) *geschrieben.* p) *Im Text:* excommunicationis. *Der revidierende Beamte hat irrtümlich verbessert* excommunicatum. q) *Am Rande.* r) *Darüber ein Kreuz, dem ein Kreuz am Rande entspricht.* s) *Verbessert aus* inanas. t) *Übergeschrieben.* u) *Verbessert aus* cleros.

indebite se gravari ad nostram super hoc duxerunt providentiam recurrendum. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota, decernas faciens, quod decreveris, auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avinione, V. kalendas Martii, pontificatus nostri anno primo.

Original, Pergament, mit zahlreichen Korrekturen. Der untere Teil der Urkunde ist durch einen Schnitt hart unter der Datumszeile abgetrennt, so daß die Falte mit der Bulle fehlt. Päpstliche Kanzleivermerke: 1. oben rechts J, *zweimal schräg durchstrichen; 2. oben in der Mitte:* R[egistrata] in audi[enti]a,[1] *dahinter zwei Kreuze; 3. darüber ein ausradierter Vermerk, von dem nur noch das Schlußwort* l[itte]ra *zu erkennen ist; 4. auf dem Rücken oben links:* g; *5. auf dem Rücken oben in der Mitte, sehr verblichen:* Egidius de Bake; *6. darunter ein nicht mehr zu entziffernder, ausradierter Vermerk; 7. darunter zwei ebenfalls sehr verblichene Worte, das erste nicht mehr erkennbar, das zweite:* p[res]b[ite]r. — *Spätere Rückaufschriften (14. Jahrh.): 1.* presertim cum iidem decanus et capitulum ac clerus moderatum subsidium iuxta debitorum quantitatem erant exhibere parati archiepiscopo supradicto, sed decima erat immoderata, prout erant legitime probare parati et super hoc stare iuri; *2.* ut moderato contentus(?) subsidio; *3.* immoderatum petendo subsidium; *ferner (17. Jahrh.):* Papalis commissio ad abbatem Lunenburgensem in causa capituli Hamburgensis contra archiepiscopum Bremensem in puncto decimarum et subsidii. — No 9. — *Die mit der Urkunde vom 24. Februar 1317 übereinstimmenden Teile sind in Petit gedruckt.*

388.

Papst Johann XXII. urkundet in erweiterter Fassung, wie in der Urkunde vom 24. Februar 1317, Nr. 386. — Avignon, 1317 Februar 25.

Johannes episcopus servus servorum Dei dilecto filio . . abbati monasterii sancti Mychaelis in Luneborg Verdensis dyocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sua nobis . . decanus et capitulum ac clerici ecclesie Hamburgensis Bremensis dyocesis peticione monstrarunt, quod, cum olim venerabilis frater noster . . archiepiscopus Bremensis, nulla necessitate ecclesie sue Bremensis urgente vel evidenti utilitate eiusdem ecclesie exposcente, dictis . . decano et capitulo et clericis absque aliqua causa racionabili, consensu capituli ecclesie sue Bremensis minime requisito, auctoritate ordinaria mandavisset, ut decimam partem omnium suorum proventuum ecclesiasticorum nomine subsidii sibi solvere procurarent, alioquin in . . decanum excommunicacionis et capitulum et clericos predictos interdicti sentencias promulgaret, iidem . . decanus et capitulum ac clerici sencientes se ex tali mandato indebite gravari ad sedem apostolicam appellarunt. At idem . . archiepiscopus, huiusmodi appellacione contempta, in decanum excommunicacionis et capitulum et clericos predictos interdicti sentencias contra iusticiam promulgavit et postmodum, eodem archiepiscopo tacito de premissis minus veraciter exponente felicis recordacionis Clementi pape V. predecessori nostro, quod racione debitorum, quibus dictam ecclesiam suam Bremensem asserebat existere obligatam, subsidium moderatum ab eisdem . . decano et capitulo ac clericis sibi postulaverat exhiberi et quod iidem . . decanus et capitulum ac clerici subsidium ipsum sibi solvere indebite denegabant, et supplicante sibi, ut ipsos ad id posset ipsius predecessoris auctoritate per censuram ecclesiasticam coartare, idem predecessor suggestione huiusmodi circumventus archiepiscopo predicto dicitur per suas certi tenoris litteras concessisse, ut eos ad exhibendum huiusmodi subsidium monicione premissa per censuram ecclesiasticam posset appel-

1) *Über die Bedeutung dieses Vermerks vgl. Diekamp, Mitt. d. Inst. f. Oesterr. Geschichtsforschung IV, S. 524; Bresslau, Handbuch der Urkundenlehre I (1. Aufl.), S. 224 ff.; I (2. Aufl.), S. 281 ff.*

lacione postposita coartare. Cumque postmodum dictus archiepiscopus pretextu huiusmodi litterarum prelibatis . . decano et capitulo ac clericis iterato mandavisset, ut sibi dictam decimam partem nomine dicti subsidii solvere procurarent, ex parte ipsorum . . decani et capituli ac clericorum fuit coram eodem . . archiepiscopo excipiendo propositum, quod, cum ipsi ab eodem archiepiscopo ad predictam sedem, ut predicitur, appellassent et tempus prosequendi appellacionem huiusmodi, in cuius prosecucione existebant, nondum esset elapsum, sed de ipso non modicum superesset, prout erant legitime probare parati, et de hoc in dictis litteris nulla mencio haberetur, prout ex ipsarum tenore liquido apparebat, idem archiepiscopus id eis auctoritate predictarum litterarum utpote per veri suppressionem et falsi suggestionem obtentarum non potuerat mandavisse, iidem decanus et capitulum ac clerici huiusmodi mandato parere minime tenebantur et de iure ad id compelli non poterant nec debebant. Et quia dictus archiepiscopus eos audire super hoc contra iusticiam recusavit, ipsi sencientes ex hoc indebite se gravari ad sedem appellarunt predictam. At idem archiepiscopus, appellacione huiusmodi contempta, in prefatum decanum et singulos de dictis capitulo et clericos ipsos excommunicacionis, in ipsum vero capitulum suspensionis ac in ipsam ecclesiam interdicti sentencias promulgavit ipsosque . . decanum et singulos de capitulo et dictos clericos excommunicatos et capitulum suspensum ac ecclesiam[a] interdictam fecit et facit publice nunciari. Et licet postmodum venerabilis frater noster . . episcopus et dilectus filius thesaurarius Verdensis auctoritate ipsius . . archiepiscopi eis in hac parte commissa prefatas sentencias, antequam huiusmodi appellaciones ipsorum . . decani et capituli ac clericorum fuissent sedi apostolice presentate, in irritum revocassent easque denunciassent irritas et inanes, idem archiepiscopus, quod super hoc ab eisdem . . episcopo et thesaurario factum erat, ratum habuisset et gratum, tamen, quia postmodum idem archiepiscopus dictos . . decanum et singulos de capitulo et clericos, capitulum et ecclesiam fore predictis sentenciis innodatos denunciari sine aliqua racionabili causa minus iuste auctoritate predicta mandavit, iidem . . decanus et capitulum ac clerici sencientes ex hoc indebite se gravari ad nostram super hoc duxerunt providenciam recurrendum. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus evocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellacione remota, decernas faciens, quod decreveris, auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam, appellacione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avinione, V. kalendas Marcii, pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Transsumpt des Abtes Thomas II. von St. Michaelis zu Lüneburg von 1317 Dezember 5, s. Nr. 401. — Die mit der Urkunde vom 24. Februar 1317 übereinstimmenden Teile sind in Petit gedruckt.

389.

Graf Adolf VII. von Holstein befreit die Kaufleute aus seinen Städten und Flecken vom Zoll und Ungeld in Hamburg. — Stadthagen, 1317 Februar 26.

In Omnipotentis nomine amen. Eiusdem gracia nos domicellus Adolphus Holtzacie, Stormarie et Schowenborch comes universis, ad quos in perpetuum pervenerit presens scriptum, salutem in Domino cum noticia veritatis. Modicus error in principio quandoque

a) *Folgt im Transsumpt* predictos.

maximus fit in fine. Nos igitur ad futuri erroris materia abdicandum pie recordacionis . . progenitorum nostrorum sufficienter scriptis et piis actibus informati fideliumque vasallorum nostrorum maturis relacionibus et consiliis premuniti tenore presencium declaramus et irrevocabiliter arbitramur, quod omnes et singuli mercatores in nostris civitatibus et opidis conmorantes nunquam dabunt in nostra civitate Hammenborch theolonium vel ungheldum, sed ab omni persolucione talium perpetue sunt exempti. Attamen intersigna theolonii, ut moris est, noster theolonarius, qui ibidem pro tempore fuerit, eisdem civibus nostris absque omni difficultate benivole debebit utique ministrare et porrigere sine mora, quandocumque et quocienscumque per aliquem illorum fuerit requisitus, quatenus cum suis mercimoniis, quocumque voluerint, pergant libere et quiete. Huius facti testes sunt fideles[a] nostri Johannes Busghe, Ludolfus de Tunderen, Lodewicus et Rychardus Posth, Ludolfus de Mandesle et Arnoldus de Bardeleve milites et consiliarii nostri. In evidenciam et munimen sigillum nostrum huic littere est appensum. Datum et actum Grevenalveshaghen in nostra presencia et testium predictorum, anno Domini millesimo CCC decimo septimo, sabbato post quadragesimam.

Original, Pergament, mit anhängendem, beschädigtem Reitersiegel des Grafen, im Ratsarchiv zu Stadthagen. Rückaufschriften: 1. (15. Jahrh.): Tollenbreff tho Hamborg vryg unsen borgeren. *2. (16. Jahrh.):* Zollenbefreyung zu Hamburg auff unsere burgere. *3. (von späteren Händen):* B 7 *und* N. 1.

Gedruckt: Hans. UB. III, Nr. 633 (S. 428); Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 346.

Verzeichnet: Zeitschr. d. hist. Vereins f. Niedersachsen 1898, S. 149; Mitt. f. Hamb. Gesch. VII, 20. Jahrg., S. 436.

390.

König Eduard II. von England an die Sheriffs von London: befiehlt, die in Gemäßheit seiner Anordnung von 1317 Januar 28 (s. Nr. 381) mit Beschlag belegten Güter von mehreren, zum Teil namhaft gemachten Kaufleuten wieder freizugeben, da sie ihre Haftpflicht bestritten und englische Bürgen gestellt haben. — Clarendon, 1317 März 22.

Rex vicecomitibus Londoniensibus salutem. Licet nuper [ad][b] prosecutionem Willelmi de Wydeslade [*usw. wie in der Urkunde vom 28. Januar 1317 bis* quibibes ad valenciam decem et septem librarum et octo solidorum] ac eciam maces [*usw. wie in derselben Urkunde bis* manifestam, *doch fehlt das Wort* adhuc] pro eo, quod comes Holandie et Selandie pro se ac burgimagistri scabini consules et ballivi de dictis villis Colonie, Dortmonde, Rikelyinghous, Lubyke, Osenbrugge, Menstre, Gripeswalde, Sussalte et Hamburghe, quos per litteras nostras separatim rogavimus speciales, ut dicto mercatori nostro de bonis et mercimoniis suis predictis sic ablatis et sibi detentis debitum iusticie complementum ac de dampnis, que sustinuit ea occasione, emendas racionabiles fieri facerent, nichil inde ad rogatus nostras facere curaverunt, set eidem mercatori nostro defuerunt omnino in iusticia exhibenda, sicut maior et communitas civitatis nostre Londoniensis per litteras suas patentes communi sigillo suo signatas nobis significarunt, vobis precepimus, quod bona et mercimonia hominum et mercatorum Colonie, et mercatorum tam de potestate dicti comitis quam hominum et mercatorum Colonie,

a) *Or.* fides. b) *Fehlt in der Vorlage.*

Dortmonde, Rikelynghous, Lubyke, Osenbrugge, Menstre, Gripeswolde, Sussalt et Hamburghe, que infra eandem comitatem contingeret inveniri, usque ad summam trescentarum librarum predictarum ac eciam dampnorum predictorum legitime taxandorum et per sacramentum proborum et legalium hominum in presencia mercatorum, quorum bona illa fuerint, appreciari et ea aut precium eorundem, si homines et mercatores illi bona et mercimonia illa sic arestata pro eodem precio penes se retinere et eidem mercatori nostro de eodem precio satisfacere nollent, liberari faceretis, cuius pretextu pecuniam bona et mercimonia Willelmi le Rede, Hermanni le Skippere, Henrici de Bevre, Johannis Saffran et aliorum sociorum suorum, Johannis le Whyte, Coradi (!) le Sward et aliorum mercatorum de Alemannia usque ad summam quadringentarum librarum arestasti, sicut nobis retornastis, et quia predicti mercatores in cancellaria nostra constituti asser[uer]unt[a] se paratos docere, quod bona eorum ad prosecucionem prefati Willelmi ea occasione non debent arestari, et invenerunt nobis Robertum Person, Lucam de Haveryngge, Stephanum de Prestone, Robertum de Codeforde, Johannem Cotum, Johannem de Bristolle, Johannem de Romeney, Johannem de Wrotham et Johannem Brond, qui manuceperunt, videlicet quilibet eorum in solidum, pro predictis mercatoribus de Alemannia respondere et satisfacere prefato Willelmo de Wydeslade vel alibi ad mandatum nostrum de predictis quadringentis libris, si per consideracionem curie nostre dictos mercatores de Alemannia inde contingat onerari: vobis precipimus, quod omnia bona et mercimonia dictorum mercatorum de Alemannia per vos ea occasione arestata sine dilatione dearestari et prefatis mercatoribus de Alemannia liberari faciatis ad commodum suum faciendum, prout sibi melius viderint expedire. Teste rege, apud Clarend[on], XXII. die Marcii. Per consilium.

Rot. lit. claus. 10 Edw. II. 11, im Public Record Office zu London. Am Rande: De bonis ad sectam Willelmi de Wyddeslade arestatis dearestandis.

Verzeichnet: Kunze, Hanseakten aus England, Nr. 62; Calendar of the Close Rolls Edw. II. 1313—1318, S. 398f.

391.

[Papst Johann XXII.] beauftragt den Bischof [Marquard] von Ratzeburg, den hamburgischen Domkantor [Bruno] und den Domherrn zu Ravenna Albert von Mailand, dafür zu sorgen, daß die von ihm vollzogene Verleihung einer Domherrnstelle nebst der Anwartschaft auf die erste frei werdende Pfründe an der Kirche zu Schwerin an Wilhelm von Bardowiek zur Ausführung gelange. — [Avignon, 1317 Mai 28].

Dilecto filio Guillelmo de Bardewic canonico Cverinensi salutem. *[Folgt die Verleihungsurkunde.]* Datum Avinione, V. kalendas Junii, anno primo. *[Dann heißt es weiter]:*

In eundem modum venerabili fratri . . episcopo Raceburgensi et dilecto filio . . cantori Hamburgensis Bremensis diocesis ac Alberto de Mediolano canonico Ravennatensis ecclesiarum salutem. *[Nach einem Hinweis auf den zu wiederholenden Wortlaut der Verleihungsurkunde folgt:]* Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios eundem Guillelmum vel procuratorem suum eius nomine ex nunc auctoritate nostra in dicta Cverinensi ecclesia

a) *Vorlage* asserunt.

recipi facientes in canonicum et in fratrem, stallo sibi in choro et loco in capitulo cum plenitudine iuris canonici assignatis, dictam prebendam per nos, ut premittitur, reservatam, si tempore huiusmodi nostre reservationis in ecclesia predicta vacabat vel ex tunc vacavit vel quam primum eam vacare contigerit, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis dicto Guillelmo vel procuratori suo eius nomine post acceptationem huiusmodi conferre et assignare curetis, inducentes eum vel procuratorem suum pro eo in corporalem possessionem eiusdem prebende ac iurium et pertinentiarum predictorum et defendentes inductum [sibi]que[a] facientes de ipsius prebende fructibus redditibus proventibus iuribus et obventionibus universis integre responderi, non obstantibus omnibus supradictis seu, si dictis capitulo vel quibusvis aliis coniunctim vel separatim a dicta sit sede indultum, quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, contradictores auctoritate [nostra appellatione postposita compescendo].[b] Datum ut supra.

Registrum Avinionense Nr. 7, fol. 137, im Vatikanischen Archiv zu Rom.

Verzeichnet: Fayen, Lettres de Jean XXII., Tome I, Nr. 350; Mollat, Jean XXII., Lettres communes I, Nr. 3950.

392.

Das hamburgische Domkapitel genehmigt den Austausch von zwei Hufen in Winterhude, die zur Vikarie des Friedrich von Brunswich gehört haben, gegen zwei Hufen des Klosters Harvestehude im Dorfe Othmarschen. — Hamburg, 1317 Juni 29.

Omnibus presentia visuris et audituris Hartwicus dictus de Herslo vicedecanus totumque capitulum ecclesie Hamburgensis salutem et sinceram in Domino karitatem. Cum discretus vir dominus Fredericus dictus de Brunswich in nostra ecclesia iam dicta perpetuus vicarius duos mansos in villa Wintherhudhe situatos ad vicariam suam pertinentes pro aliis duobus mansis in villa Othmerschen sitis ad ecclesiam et conventum sanctimonialium in Valle Virginum pertinentibus permutaverit de nostro beneplacito et consensu, nos eiusdem domini Frederici et ecclesie nostre circa premissa utilitate pensata[c] dictam permutationem ratificamus duraturam in perpetuum et tenore presentium approbamus. Quod sub appensione sigilli ecclesie nostre publice protestamur. Datum et actum Hamborch, anno Domini MCCCXVII, in die beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Abschrift im Harvestehuder Kopialbuch, fol. XX. Überschrift: Item de duobus mansis in Wintherhude.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 343, mit dem unrichtigen Datum Januar 29.

393.

Das Kloster Harvestehude verkauft dem hamburgischen Domkantor Bruno eine Hufe im Dorfe Schiffbek. — Hamburg, 1317 Juni 29.

Conradus provisor, Mechtildis abbatissa totusque conventus ancillarum Christi in Valle Virginum omnibus, ad quos presentes littere pervenerint, volumus esse notum,

a) *Loch im Pergament.* b) *Im Registrum stehen nur die ersten beiden Worte dieses formelhaften Satzes.* c) *Abschrift* pensatis.

quod nos ex unanimi consensu omnium nostrum viro honorabili domino Brunoni cantori ecclesie Hamburgensis vendidimus mansum unum in villa Scibbeke situatum cum omni iure ac utilitate ac distinctione terminorum suorum, sicut eundem hactenus tenuimus, iure hereditario in perpetuum quiete et pacifice possidendum recognoscentes nobis de precio eiusdem mansi esse absque diminucione qualibet satisfactum. Et nos secundum terre consuetudinem sepedictum mansum coram seculari iudice resignavimus et dictum dominum cantorem in possessionem duci fecimus corporalem. Quod sub appensione sigilli conventus nostri recognoscimus in hiis scriptis. Datum et actum Hamborch, anno Domini MCCCXVII, in die beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 85, Privilegia conventuum XI. Überschrift: Super uno manso in Scibbeke.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 349.

394.

Testament des hamburgischen Domherrn Hermann von Heiligenstedten.[1] — *1317 Juli 10.*

In nomine Domini amen. Anno Domini MCCCXVII, in die septem fratrum, ego Hermannus de Hylghenstede dictus ecclesie Hamburgensis canonicus conpos corporis mentis et rationis eligo testamentarios et testamenti mei executores discretos viros meos concanonicos magistrum Johannem de Campe dictum predicte ecclesie decanum, dominum Brunonem cantorem ibidem et dominum Johannem civitatis Hamborgensis notarium et dominum Nicolaum Decani prefate ecclesie perpetuum vicarium, ut de rebus meis mobilibus et inmobilibus debita mea solvant primo et postmodum per me ordinata prosequantur in hunc modum: Mobilia mea et inmobilia mea hec sunt: Curia mea sine utensilibus vendetur non minus quam pro centum et quinquaginta marcis. Annus gracie prebende mee, quantum valuerit, apparebit. Aream ad occidentem adiacentem curie mee, quam emi a capitulo pro XXX marcis, quas dedi ad solutionem domus prepositi bagginarum ex parte capituli. Emptor vero curie iam dicte, si aream prefatam ad usus suos habere voluerit, dabit annuatim XXIIII solidos ad memoriam fratris mei Dithardi[2] [vicarii][a] sepedicte ecclesie peragendam. Si autem ipsam aream, ut predictum est, habere noluerit, testamentariis meis dabit XXX marcas denariorum, sicut eam emi. Omnia utensilia curie mee distribuere volo particulariter pro mea voluntate. Hec sunt debita, que subsequuntur, ad hoc testamentum pertinentia: Prepositus et conventus claustri in Ustersten(!) tenentur michi solvere ducentas et tres marcas, super quibus habeo litteras ipsius prepositi et conventus et litteras prepositi et conventus Novi Monasterii, quod illas solvere debent, quandocumque per me vel nomine meo eis fuerit intimatum. Item dominus Bruno cantor tenetur mihi XI marcas ex parte domini Hynrici plebani in Wislenbůren. Item dominus Albertus de Hasenlowe IX marcas. Item dominus Conradus plebanus in Nigenkerke

a) *Fehlt im Or.*

1) *Er starb am 5. August 1317. Vgl. Ztschr. f. Hamb. Gesch. VI, S. 103f., und Urkunde vom 23. April 1318, Nr. 414.*

2) *Er war Vikar der hamburgischen Kirche gewesen, vgl. Nr. 125. Sein Todestag war der 6. Dezember, s. Necrol. Cap. Hamb., Ztschr. f. Hamb. Gesch. VI, S. 147.*

XI marcas. Item dominus Conradus plebanus in Reynoldesborch VIIIł marcas. Item dominus Nicolaus de Nortdorpe VIIIł marcas. Item dominus Fredericus de Rellinghusen XI marcas. Item dominus Alardus, qui fuit plebanus in Wedele, X marcas. Item dominus Johannes de Bůsen XI marcas. Item dominus Syxtus de Tellingstede VIIIł marcas. Item plebanus de Eppendorpe et plebanus de Stenbike et plebanus de Nigenstede solverunt ad hanc summam tres marcas. Prenominati plebani omnes in solidum promiserunt hanc pecuniam cum residua solvere in festo assumptionis beate virginis nunc futuro.[1] Item capitulum Hamburgense tenetur mihi X marcas pro expensis Hynrici Rodipede. Item idem capitulum IV marcas cum dimidia de advocacia et XXXI solidos de memoria decani Helpradi.[2] Item dominus Bruno cantor tenetur mihi II choros siliginis et XII marcas de prebenda presentis anni. Item dominus Johannes de Ghorize V marcas pro expensis. Item dominus Ecgehardus Balch V marcas pro expensis. Item dominus prepositus in Rasseborgh II marcas. Item dominus prepositus in Seghebergh VI marcas XIII solidis minus et dimidietatem decime in Bisscopescope, quantum eum contingere potest hoc anno, cuius valor est VIIł marcarum. Item Kruse in Stapelvelde habet 1 vaccam valentem II marcas, que solvit VIII solidos annuatim. Item Johannes de Papendorpe vaccam habet valentem XXVIII solidos, pro qua fideiussit filius Johannis Halverstat. Item Hermannus Motetake de Rellinge tenetur XVII solidos pro scala et I modium siliginis et XXVI solidos ad annum perceptos et XXVIII solidos pro bove. Item Hermannus de Bunningestede VI modios siliginis cum dimidio. Item quedam vidua ibidem VIII modios siliginis, pro qua fideiussit idem Hermannus. Item quedam alia vidua ibidem nescio quantum, quam Hermannus noscit. Item dominus Johannes de Nigenstede XXIIII solidos in assumptione Marie[1] solvendos. Item habeo apud Johannem villicum de Wedele unum poledrum et unum bovem valentes quatuor marcas. Item[a] domicellus de Scowenborgh ex parte patris tenetur XVIII marcas.[a] Item quidam morans in fine ville Nigenbroke tenetur II marcas pro odingo decime. Item dominus Wernerus Hasenore XIIII solidos pro vino. Item dominus Brasche apud sanctum spiritum vicarius I marcam. Item quidam de Osterstenbike XXVIII solidos pro bove. Summa istius testamenti extendit se ad septingentas marcas omnibus conputatis. Ad vicariam perpetuam in Hamborgh assigno primo V mansos in Bunningstede sitos solventes IIł chorum siliginis. Item in Spisserdorpe in bonis Darsowe ł mansum solventem III modios siliginis. Et in proxima area villici nostri Johannis IIII solidorum redditus. Item II marcas reddituum pro odingo decime in fine ville Nigenbroke in ultima domo. Item in area annexa curie mee XXIIII solidorum redditus. Item in uno frusto terre ville Schadendorpe VII iugera cum dimidio, que solvunt VII meysas avene cum dimidia. Item de parata pecunia mea ducentas marcas ad hanc vicariam assigno. Sacerdos vero, cui hec vicaria collata fuerit, dabit in anniversario meo duas marcas pro memoria et in anniversario fratris mei Dithardi XXIIII solidos. Item in annunciatione beate virginis[3] sex marcas ad servicium refectoriale. Item assigno XX marcas ad conparandum redditus unius talenti in memoriam

a—a) *Dieser Satz ist unterstrichen.*

1) *1317 August 15.*

2) *Sein Todestag war der 17. Dezember 1290 oder 1291, s. Necrol. Cap. Hamb., Ztschr. f. Hamb. Gesch. VI, S. 150.*

3) *März 25.*

Dithardi patris mei et Margarete matris mee et fratris mei Gerhardi. Item ad exequias meas LXXX marcas. Item cuilibet sacerdoti per totum episcopatum Lubicensem et per totam prepposituram Hammenborgensem et per parras in civitate Hamborgensi cuilibet, inquam, sacerdoti beneficiato et non beneficiato III solidos. Item per civitates Lunenborgh et Staden cuilibet sacerdoti seculari III solidos assigno. Ad hec erogandum relinquo centum et XX marcas. Item infirmis apud sanctum spiritum ad comparandum redditus unius marce XV marcas assigno. Item infirmis apud sanctum Georgium X marcas. Item Reynebeke, Herewerdeshude, Ytzeho, Ustersten, cuilibet horum claustrorum XV marcas ad servicia refectorialia perpetua conparandum. Item Mechthildi X marcas. Item cuidam puelle in Rintelen, filie Meghenwardi, X marcas. Item ad claustra in Buxste[hu]de,[a] novum et antiquum, cuilibet XV marcas ad servicia refectorialia assigno conparanda. Summa, quam legavi, extendit se ad quingentas et sexaginta marcas, et quidquid residuum fuerit, in usus pauperum reservetur. Acta sunt hec die et anno Domini prenarratis. In quorum omnium evidens testimonium meum sigillum duxi presentibus apponendum.

Original, Pergament, mit anhängendem Siegelstreifen; das Siegel ist verloren. Rückaufschriften 1. (14. Jahrh.): Testamentum domini Hermanni de Hilgenstede canonici Hamburgensis. *2. (17. Jahrh.):* No 5 *(verbessert aus 4).*

395.

Der Rat der Altstadt Salzwedel urkundet über die Termine, an denen der Salzwedeler Bürger Heinrich Bernyr dem Fencespille von Ypern seine Schulden abzutragen sich verpflichtet hat. — 1317 Juli 28.

Nos Johannes Mechowe, Albertus Bodonis, Theodericus Gotscalci, Hinricus Hermanni, Thydericus Bolc, Thydericus Witinc, Conradus Crun, Hinricus Brome, Hinricus Yediz, Wolterus Hartwici, Wedeken Thur[iz], Albertus Brewiz consules antique civitatis Saltwedel recognoscimus et protestamur, quod Hinricus Bernyr noster civis arbitratus est solvere Fencespillen de Yperen IV talenta grossorum Thuronensium in terminis infra scriptis, videlicet ½ talentum in festo proximo Michaelis[1] et ½ talentum in sequenti proxime pasce festo,[2] in[b] festo vero sequenti proxime Michaelis[3] I talentum et ultrius (!) ad annum ad festum Michaelis[4] II talenta, omnibus dubiis postergatis. Quicumque vero nuncius ex parte predicti Fencespillen pecuniam tollere voluerit, litteram consulum Gandensium, que eundem Bernyr de pecunia data liberum et quitum probet, secum asportabit. Etiam, si nuncius in terminis solucionis pecunie presens non esset, tunc tenebitur pecuniam Johanni Mechowen et Thyderico Gotscalci et Conrado Crun presentare. Si vero nuncius presens fuerit et dictus Bernyr ipsum in solvendo inpedierit, quicquid nuncius in extorsione pecunie consumpserit, Bernyr tenetur solvere et recompensare. Datum anno Domini MCCCXVII, intra octavas beati Jacobi apostoli feria quinta.

Original, Pergament, mit abhangendem, beschädigtem Siegel der Altstadt Salzwedel.

a) *Or.* Buxstede. b) *Davor ausradiert* 1 talentum.

1) *1317 Sept. 29.* 2) *1318 April 23.* 3) *1318 Sept. 29.* 4) *1319 Sept. 29.*

396.

Der Abt Thomas II. von St. Michaelis in Lüneburg [urkundet in Sachen der ihm vom Papst Johann XXII. zur Entscheidung überwiesenen Streitigkeiten zwischen dem hamburgischen Domkapitel und dem Erzbischof von Bremen]. — Lüneburg, 1317 Juli 30.

Thomas Dei gratia abbas monasterii sancti Mychaelis in Luneborch Verdensis dyocesis iudex unicus in causis subscriptis a sede apostolica delegatus . . . .

. . . .

In cuius presentationis requisitionis responsionis et protestationis ac omnium premissorum testimonium presentes litteras fieri et sigillo nostro fecimus communiri. Actum Luneborg apud monasterium nostrum, anno Domini MCCCXVII, tertio kalendas Augusti, pontificatus domini Johannis pape XXII. anno primo, indictione XV.

Das Original ist nicht mehr vorhanden. Anfang und Schluß sind vidimiert in der Urkunde von 1318 Januar 16—18, Nr. 410.

397.

Ludolf und Heinrich von Scarpenberch beurkunden einen von ihnen und Nicolaus von Linouwe mit dem hamburgischen Dompropst Leo zur Beilegung von Zwistigkeiten geschlossenen Vertrag. — Hamburg, 1317 Juli 31.

Universis presencia visuris seu audituris nos Ludolphus miles et Hynricus famulus fratres dicti de Scarpenberch volumus esse notum, quod sopitis et terminatis omnibus et singulis discordiis seu questionibus motis quomodolibet et movendis inter honorabilem virum nostrum consangwineum dominum Leonem prepositum Hammenburgensem parte ex una et nos ac Nicolaum de Lynouwe parte ex altera tam ex parte nostra quam ex parte dicti Nicolai cum eodem domino Leone composicionem amicabilem fecimus in hunc modum, videlicet, quod preter centum marcas denariorum Hammenburgensium, quas dictus dominus Leo nuper nobis dederat, dabit adhuc ducentas, de quibus solvet in festo Petri ad vincula proximo futuro[1] quinquaginta et in proximo sequenti festo assumpcionis Marie[2] quinquaginta et in octava festi Martini tunc proxime sequentis[3] solvet centum. Et super solvendis, ut premittitur, in quolibet termino dabimus sibi, postquam solverit, apertas quitacionis litteras nostris sub sigillis. Omnis igitur inpeticio seu actio iusta et iniusta, quam contra dictum dominum Leonem et suos heredes nos cum prefato Nicolao vel sine eo habuimus vel quocumque modo habere poterimus, quam eciam idem Nicolaus sine nobis habere contra ipsos poterit, in perpetuum cessabit omnino. Et prefati dominus Leo et sui heredes omnes nati et nasciturі plena et inviolabili securitate rerum et corporum perpetuo gaudebunt pro nobis ac dicto Nicolao nostrisque ac suis heredibus ac pro omnibus et singulis amore nostri ac eiusdem Nicolai quicquam facere aut omittere volentibus omnesque et singuli, qui racione predictarum discordiarum ex utraque parte quocumque modo suspecti habentur, eadem securitate omnino gaudebunt. Et nos promocioni et honori dicti domini Leonis et suorum publice et occulte perpetuo intendere volumus fideliter et sincere et malum suum, ubicumque poterimus, efficaciter inpedire. Ceterum ante festum nativitatis Marie proximo futurum,[4] quandocumque dicto domino

1) *1317 Aug. 1.* 2) *1317 Aug. 15.* 3) *1317 Nov. 18.* 4) *1317 Sept. 8.*

Leoni placuerit, sibi cum Nicolao prefato et duodecim aliis de nostris melioribus amicis militibus et famulis, quos idem dominus Leo ad hoc habere decreverit, per manualem contactum fide prestita promittemus, quod predicta sona seu composicio in omnibus et singulis suis articulis, ut premittitur, perpetuo inviolabiliter observabitur. Super quo litteras apertas sub sigillis nostris ac dicti Nicolai et aliorum amicorum nostrorum, qui dicte composicionis observacionem nobiscum promiserunt dicto domino Leoni, indubitanter ordinabimus requisiti. Si vero in premissis vel aliquo premissorum, quod absit, defectum fieri contigerit, ex tunc idem dominus Leo ultimas centum marcas de supradicta pecunia non dabit nosque sibi et suis heredibus omnibus ex tunc tenebimur ad restitucionem primarum ducentarum marcarum absque omni contradictione seu negandi occasione, cum per ipsum vel aliquem nomine suo fuerimus requisiti. Ad maiorem autem certitudinem ego Ludolphus prefatus cum Syfrido de Borstle dicto domino Leoni ac suis amicis, videlicet Johanni de Bilna, Hartwico de Distorpe, Wedekino de Hamme et Volcekino, per manualem contactum fide prestita promisi, quod omnia et singula predicta sic, ut premittitur, debent efficaciter adimpleri et perpetuo inviolabiliter observari. In quorum omnium et singulorum testimonium evidens nos Ludolphus et Hynricus fratres supradicti presentes litteras sigillis nostris duximus roborandas. Datum Hammenborch, anno Domini MCCCXVII, II. kalendas Augusti.

Original, Pergament, mit zwei anhängenden Siegelstreifen. Die Siegel fehlen. Rückaufschrift (17. Jahrh.): Concordia fratrum de Scharpenberg ac praepositum (!) Leonem (!) ac de Lynove facta 1317.
Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 350.

398.

Graf Adolf VII. von Holstein bestätigt den Hamburgern alle ihnen von seinen Vorfahren und ihm selbst verliehenen Privilegien. — Hamburg, 1317 August 25.

Adolfus Dei gracia domicellus Holtsacie et in Scowenborch universis presencia visuris seu audituris salutem in Domino Jhesu Christo. Noverint universi, quod nos cupientes dilectorum et fidelium nostrorum consulum et civium in Hamborch multa et fidelia obsequia patri nostro felicis memorie et nobis sepius inpen[sa] [re]fundere aliquo dono gracie specialis fidelium et [consilia]riorum nostrorum [diligenti prehabito] consilio damus et ratificamus eisdem nostris consulibus et civibus in hiis scriptis omnes iusticias libertates et gracias, quas a patre nostro domino Adolfo et aliis nostris progenitoribus comitibus Holtsatie, Stormarie et Scowenborg et nobis habent et hactenus habuerunt, volentes dictas libertates [iusticias] et gracias prefatis nostris consulibus et civibus ac eorum successoribus in nullo minui, sed inconvulsas et integras perpetuo conservari. Testes aderant strenui viri Thidericus Holtg[r]eve, Conradus D[a]me, Johannes Busch, [Lu]dolfus de [Tu]nderen milites nostri ac Marquardus de Horst famulus, advocatus noster, ne[cnon] Johannes [di]ctus Miles, Johannes de Monte, Bertrammus Luscus, Bruno de Glov[ecin], Alardus Unvorverde consules Hamburgenses et plures alii fide digni. Datum et actum Hamborch, in crastino beati Bartolomei apostoli, anno Domini [millesimo CCC decimo] septimo.

Original, Pergament, stark beschädigt, mit dem an roten Seidenfäden anhängenden Reitersiegel des Grafen (Abb. Milde, Siegel der Holst.-Schauenb. Grafen aus den Archiven der Stadt Lübeck, Taf. 6, Nr. 31). Der Text ist aus dem Drucke in den Urk. über den Transitverkehr zwischen Lübeck und Hamburg ergänzt.
Gedruckt: Urk. über den Transitverkehr zwischen Lübeck und Hamburg, S. 148; Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 353, ferner aus einer schlechten Abschrift in der Reichshofsratsakte Nr. 169 im Staatsarchiv zu Hamburg: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. IV, Nr. 274, mit dem irrtümlichen Datum 1347 März 18.

399.

Das hamburgische Domkapitel schließt mit dem Dompropst Leo einen Vergleich über den von dem letzteren erhobenen Anspruch, auch bei Abwesenheit an den wöchentlichen Distributionen teilzuhaben. — Hamburg, 1317 September 24.

Universis presencia visuris nos Johannes decanus totumque capitulum ecclesie Hammenburgensis volumus esse notum, quod, cum inter honorabilem virum dominum Leonem prepositum ecclesie nostre ex una et nos parte ex altera super panibus prebendalibus et quibusdam aliis distribucionibus, que usitato vocabulo bursa dicuntur, suborta esset materia questionis ipso preposito asserente, quod ex antiqua consuetudine predecessorum suorum temporibus observata panes et distribuciones huiusmodi sibi in absencia sicut in presencia dari deberent, nobis vero contrarium asserentibus, tandem, ut omnis litigiorum anfractus, qui plerumque rancoris suscitator existit, inter nos omnino quiesceret, amicabili composicione sic invicem duximus concordandum, quod videlicet panes et distribuciones predictas, prout septimanatim inter canonicos nostros presentes et expensas habentes distribui solent, eidem domino preposito absenti tamquam presenti toto tempore, quo prepositus noster perstiterit, integraliter ministrabimus ex gracia et benivolencia speciali, nolentes, quod ex graciosa huiusmodi concessione sibi vel successoribus suis aliquod ius novum acquiratur, verum si quid iuris antecessoribus suis prius acquisitum fuerit, hoc sibi et suis successoribus non obstante presenti ordinacione integrum et illesum in posterum remanebit. In quorum omnium testimonium sigillum capituli nostri ad causas una cum sigillo prenominati domini prepositi presentibus duximus apponenda. Actum Hammenborch, in loco capitulari matricis ecclesie, anno Domini MCCCXVII, VIII. kalendas Octobris.

Original, Pergament, mit zwei anhängenden Siegelstreifen. Die Siegel fehlen. — Rückaufschrift (14. Jahrh.): Super ordinatione quadam facta inter prepositum Leonem et capitulum; *von späteren Händen (17. Jahrh.):* R.; Zum Propstteil. Sachen: super panibus praebendalibus et quibusdam aliis distributionibus, quae bursa dicitur, quod eidem domino praeposito absenti tamquam praesenti integraliter septimanatim ministrentur.
Gedruckt: Staphorst, Hamb. Kirchengesch. I 1, S. 505, Nr. 624.

400.

Der Abt Thomas II. von St. Michaelis in Lüneburg weist unter Transsumierung der Urkunden Nr. 382, 384, 380, 383 den Thesaurar der Kirche zu Bardowiek an, die

ihm vom Papste übertragene Untersuchung und Entscheidung in dem Visitationsstreite zwischen dem Erzbischof von Bremen und dem hamburgischen Domkapitel an seiner Stelle vorzunehmen. — Lüneburg, 1317 Dezember 5.

Thomas Dei gratia abbas monasterii sancti Mychaelis in Luneborch Verdensis dyocesis iudex delegatus in causis subscriptis a sede apostolica deputatus honorabili viro domino . . thesaurario ecclesie Bardewiccensis Verdensis dyocesis salutem in Domino et mandatis apostolicis firmiter obedire. Noveritis nos a sede apostolica litteras bullatas, non cancellatas, non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas reverenter recepisse, sicut decuit, sub hac forma: *[folgt Urkunde des Papstes Johann XXII. von 1317 Februar 3, s. Nr. 382].* Item consimiles litteras recepimus huius forme: *[folgt Urkunde Johanns XXII. von 1317 Februar 13, s. Nr. 384].* Item alias litteras recepimus in hec verba: *[folgt Urkunde Johanns XXII. von 1317 Januar 25, s. Nr. 380].* Item recepimus alias litteras huius tenoris seriem continentes: *[folgt Urkunde Johanns XXII. von 1317 Februar 13, s. Nr. 383].* Verum cum tam nostris quam ecclesie nostre pluribus et variis arduis simus negociis prepediti adeo, quod examinacioni dictorum negociorum vacare seu intendere nequeamus ad presens, de vestra discrecione et sollicitudine plurimum confidentes super earundem causarum examinacione et decisione tenore presencium vices nostras vobis committimus, donec eas duxerimus revocandas. In cuius rei testimonium et memoriam futurorum presentes litteras appensione nostri sigilli fecimus communiri. Datum Luneborgh, anno Domini MCCCXVII, nonas Decembris.[a]

Original, Pergament, mit abhangendem, leicht beschädigtem Siegel des Abts Thomas. — Rückaufschrift (14. Jahrh.): Subdelegatio facta . . thesaurario Bardvicensi, *ferner (17. oder 18. Jahrh.):* N. 11 *und* fol. 60.

401.

Der Abt Thomas II. von St. Michaelis in Lüneburg weist unter Transsumierung der Urkunden Nr. 386 und Nr. 388 den Dekan der Kirche zu Bardowiek an, die ihm vom Papste übertragene Untersuchung und Entscheidung in dem Zehntenstreit zwischen dem Erzbischof von Bremen und dem hamburgischen Domkapitel an seiner Stelle vorzunehmen. — Lüneburg, 1317 Dezember 5.

Thomas Dei gratia abbas monasterii sancti Mychaelis in Luneborch Verdensis dyocesis iudex delegatus in causis subscriptis a sede apostolica deputatus honorabili viro domino . . decano ecclesie Bardewicensis eiusdem Verdensis dyocesis salutem in Domino et mandatis apostolicis firmiter obedire. Noveritis nos a sede apostolica litteras bullatas, non cancellatas nec abolitas nec in aliqua sui parte viciatas reverenter recepisse, sicut decuit, sub hac forma: *[folgt Urkunde des Papstes Johann XXII. von 1317 Februar 24, s. Nr. 386].* Item consimiles litteras recepimus huius forme: *[folgt Urkunde Johanns XXII. von 1317 Februar 25, s. Nr. 388].* Verum cum tam nostris quam ecclesie nostre pluribus et variis arduis simus negociis prepediti adeo, quod examinacioni dictorum negociorum vacare seu intendere nequeamus ad presens, de vestra discrecione et sollicitudine plurimum confidentes super earundem causarum examinacione et decisione tenore presencium vices nostras vobis committimus, donec eas duxerimus revocandas. In cuius rei testimonium et memoriam futurorum presentes litteras appensione nostri sigilli fecimus communiri. Datum Luneborch, anno Domini MCCCXVII, nonas Decembris.[a]

a) Nonas Decembris *ist nachträglich von anderer Hand eingefügt, nachdem es vorher in der rechten Ecke am unteren Rande der Urkunde mit kleiner Schrift geschrieben war.*

Original, Pergament, mit Rest des abhangenden Siegelstreifens; das Siegel ist verloren. — Rückaufschrift (14. Jahrh.): Subdelegatio facta decano Bardvicensi, *und (17. Jahrh.):* super decima colligenda.

402.

Der Abt Thomas II. von St. Michaelis in Lüneburg weist unter Transsumierung der Urkunden Nr. 382, 383, 380, 384 und 375 den Thesaurar der Kirche zu Bardowiek an, die ihm vom Papste übertragene Untersuchung und Entscheidung in dem Visitationsstreite zwischen dem Erzbischof von Bremen und dem hamburgischen Domkapitel und in der Klagesache des letzteren wegen widerrechtlich vom Erzbischof verhängter Kirchenstrafen an seiner Stelle vorzunehmen. — [1317 Dezember].

Thomas Dei gratia abbas monasterii sancti Mychahelis in Luneborch Verdensis dyocesis iudex delegatus in causis subscriptis a sede apostolica deputatus honorabili viro domino . . thesaurario ecclesie Bardvicensis eiusdem dyocesis Verdensis salutem in Domino et mandatis apostolicis firmiter obedire. Noveritis nos a sede apostolica litteras bullatas, non cancellatas nec abolitas nec in aliqua sui parte viciatas reverenter recepisse, sicut decuit, sub hac forma: *[folgt Urkunde des Papstes Johann XXII. von 1317 Februar 3, Nr. 382, mit dem Datum:* III. nonas Februarii]. Item recepimus consimiles litteras huius forme: *[folgt Urkunde Johanns XXII. von 1317 Februar 13, s. Nr. 383].* Item alias litteras recepimus sub hac forma: *[folgt Urkunde Johanns XXII. von 1317 Januar 25, Nr. 380, mit der Abweichung, daß am Schlusse* auctoritate nostra *statt* per censuram ecclesiasticam *geschrieben ist].* Item consimiles litteras recepimus in hec verba: *[folgt Urkunde Johanns XXII. von 1317 Februar 13, Nr. 384].* Item alias recepimus litteras in hanc formam: *[folgt Urkunde Johanns XXII. von 1316 November 17, Nr. 375].* Verum cum tam nostris quam ecclesie nostre pluribus et variis arduis simus prepediti negotiis, quod examinacioni et decisioni dictorum negociorum vacare seu intendere nequeamus, ad presens de vestra discrecione et sollicitudine plurimum confidentes super earundem causarum examinacione et decisione tenore presencium vices nostras vobis committimus, donec eas duxerimus revocandas. In cuius rei testimonium et memoriam futurorum presentes litteras appensione nostri sigilli fecimus communiri, quas litteras, si pecieritis, una cum rescriptis originalibus vobis precipimus exhiberi.

Aus dem Transsumpt in der Urkunde des Thesaurars der Bardowieker Kirche Heinrich von 1318 Juni 5, Nr. 416.

a) Nonas Decembris *ist nachträglich von anderer Hand eingefügt, nachdem es vorher am unteren Rande der Urkunde in der Mitte mit kleiner Schrift geschrieben war.*

403.

Der Dekan der Kirche zu Bardowiek Nikolaus befiehlt unter Transsumierung der Urkunde des Lüneburger Abtes Thomas II. von 1317 Dezember 5 — Nr. 401 — dem Dekan der Kirche St. Anskarii zu Bremen [Meinhard], den Erzbischof Johann von Bremen oder seinen Prokurator aufzufordern, zu der am 16. Januar 1318 stattfindenden Gerichtsverhandlung in der St. Johannis-Kirche zu Lüneburg vor ihm zu erscheinen. — Lüneburg, 1317 Dezember 6.

Nicolaus Dei gracia decanus ecclesie Bardewicensis Verdensis dyocesis iudex unicus in causis subscriptis ab honorabili viro domino . . Thoma abbate monasterii sancti Mychahelis in Luneborch eiusdem Verdensis dyocesis iudice a sede apostolica delegato subdelegatus honorabili viro domino decano ecclesie sancti Anscarii Bremensis salutem et mandatis apostolicis firmiter obedire. Noveritis nos litteras iam dicti domini abbatis suo sigillo signatas, non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas recepisse de verbo ad verbum huiusmodi seriem continentes: *[folgt Urkunde von 1317 Dezember 5, Nr. 401]*. Quas vero litteras, si pecieritis, una cum scriptis originalibus vobis precipimus exhiberi. Volentes igitur predicti delegati mandatis immo verius apostolicis humiliter obedire vobis auctoritate, qua fungimur in hac parte, sub pena excommunicacionis, quam canonica monicione premissa in hiis scriptis in vos ferimus, si huiusmodi nostrum mandatum immo verius apostolicum adimplere contempseritis, districte iniungimus et mandamus, quatinus statim post recepcionem presencium personaliter ad maiorem ecclesiam et alias ecclesias collegiatas Bremensis civitatis accedatis et sub competenti testimonio predictum dominum Johannem archyepiscopum Bremensem vel suum procuratorem, si quem dimisit, citetis, ut secunda feria proxima post octavam epyphanie, quem terminum sibi pro duobus edictis et tercio peremptorio propter viarum discrimina et ut parcium parcamus laboribus et expensis, assignamus, in Luneborch coram nobis in ecclesia beati Johannis ibidem per se vel per procuratorem sufficienter instructum compareat facturus et recepturus, quod dictaverit ordo iuris, alioquin secundum formam mandati nobis traditi in causa, quantum de iure possumus, cuiusquam absencia non obstante, racione previa procedemus, mandatum nostrum immo verius apostolicum taliter inpleturi, quod de inobediencia vel contemptu nequeatis aliqualiter reprehendi. Diem autem vestre citacionis et formam et quicquid inde feceritis nobis per vestras patentes litteras horum seriem continentes aut per publicum instrumentum fideliter rescribatis. Datum Luneborg, anno Domini MCCCXVII, in die beati Nicolai confessoris. In[a] quorum omnium et singulorum testimonium sigillum nostrum privatum et familiare, quo uti solemus, cum sigillo decanatus Bardewicensis ecclesie careamus, presentibus est appensum.[a]

Original, Pergament, Siegel abgeschnitten. — Rückaufschrift (14. Jahrh.): Citatorium decani Bardvicensis, *und (17. Jahrh.):* pro decima papali.

404.

Der Thesaurar der Kirche zu Bardowiek Heinrich [erteilt dem Dekan der Kirche St. Anskarii zu Bremen den gleichen Befehl, wie der Dekan Nikolaus in Nr. 403]. — Lüneburg, 1317 Dezember 7.

a—a) *Nachträglich hinzugefügt.*

Hinricus thesaurarius ecclesie Bardvicensis . . . . Datum Luneborch, anno Domini MCCCXVII, in crastino beati Nycolai. In quorum omnium et singulorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Das Original ist nicht mehr vorhanden. Anfang und Schluß sind vidimiert in der Urkunde von 1318 Januar 16—18, Nr. 410.

405.

Der Dekan der Kirche St. Anskarii zu Bremen Meinhard teilt dem Dekan der Bardowieker Kirche Nikolaus mit, daß er den Erzbischof Johann von Bremen dem ihm erteilten Auftrage — Nr. 403 — gemäß geladen habe. — 1317 Dezember 14.

Honorabili viro domino Nycolao decano ecclesie Bardivicensis Verdensis dyocesis iudici in causis subscriptis subdelegato a reverendo viro domino Thoma abbate monasterii sancti Mychaelis in Luneborch eiusdem Verdensis dyocesis iudice a sede apostolica delegato Meynardus Dei gratia decanus ecclesie sancti Anscharii Bremensis debitum reverencie et honoris. Recognoscimus tenore presencium nos vestras recepisse litteras de verbo ad verbum per ordinem huiusmodi seriem continentes: *[folgt die Urkunde des Bardowieker Dekans Nicolaus von 1317 Dezember 6, s. Nr. 403]*. Huius igitur auctoritate mandati memoratum dominum Johannem archiepiscopum Bremensem peremptorie citavimus iuxta traditam per vos nobis formam, vestrum mandatum premissum per omnia et in omnibus quoad prefatam citationem assumptis infrascriptis testibus sollicite et fideliter adimplentes. In quorum omnium et singulorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Facta est autem nobis presentatio et exhibitio huiusmodi litterarum et premissa citatio subsecuta anno Domini MCCCXVII, in crastino beate Lucie virginis, presentibus honorabilibus viris dominis Frederico decano, Ottone de Oldenborg, Hildebolde de Defholth, Ottone de Lovenborch, Erp de Lyne, Ludolfo Scorleke, magistro Johanne Parvus et Johanne de Luneberghe canonicis Bremensibus, Johanne Horn, Thiderico de Werme et Johanne Nakede clericis et aliis quam pluribus fide dignis testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis.

Original, Pergament, mit abhangendem Siegelstreifen. Das Siegel fehlt. — Rückaufschrift (17. Jahrh.): Executio auditoris decani Bardewicensis super decima nomine subsidii ab archiepiscopo Bremensi a capitulo Hamburgensi expoposcita 1342 (!).

406.

[Der Dekan der Kirche St. Anskarii zu Bremen Meinhard macht] dem Thesaurar der Bardowieker Kirche Heinrich [die gleiche Mitteilung, wie in Nr. 405 dem Dekan Nikolaus]. — 1317 Dezember 14.

Honorabili viro domino Hinrico thesaurario ecclesie Bardvicensis Verdensis dyocesis iudici . . . . Facta est autem nobis presentatio et exhibitio huiusmodi litterarum et premissa citatio subsecuta anno Domini MCCCXVII, in crastino beate Lucie virginis, presentibus *[usw. wie in der vorigen Urkunde]*.

Das Original ist nicht mehr vorhanden. Anfang und Schluß sind vidimiert in der Urkunde von 1318 Januar 16—18, Nr. 410.

407.

Das hamburgische Domkapitel überläßt dem Ritter Heinrich von Wedel die Gerichtsbarkeit über die Dörfer Sprenge und Todendorf gegen die Abtretung einer Hufe in Todendorf und einer Kornabgabe aus dem Dorfe Tonndorf im Kirchspiel Rahlstedt. — Hamburg, 1317 Dezember 20.

Omnibus presencia visuris et audituris Leo Dei gratia prepositus, Johannes decanus totumque Hamburgensis ecclesie capitulum ac Hinricus dictus de Wedele miles cum affectu sincero in vero salutari salutem. Cum inter nos olim super manso quodam in villa nostra Todendorpe situato per me Hinricum empto cum suis attinenciis, quem Todo magister civium ibidem quondam colebat, orta fuisset hinc inde dissensio et materia questionis, nos prepositus decanus et capitulum supradicti, ut dictam questionis materiam sopiremus et dissensioni predicte obviaremus penitus in futurum, de maturo consilio et consensu omnium nostrum, quorum intererat vel interesse poterat, iudicium maius et minus villarum nostrarum Sprenghe et Todendorpe cum attinenciis eorundem iudiciorum predicto domino Hinrico quoad vite sue tempora per modum amicabilis composicionis dimisimus possidendum ceteris omnibus proventibus censibus utilitatibus commoditatibus ac iuribus quibuslibet nobis et ecclesie nostre integraliter reservatis. Qui in recompensam huiusmodi dimissionis mansum predictum, de quo agitur, cum omnibus suis utilitatibus et viginti octo modios siliginis, qui borchepele dicuntur, in villa [Todendorpe][a] in parrochia Radolvestede de quinque mansis eiusdem ville annis singulis percipiendos nobis viceversa dimisit. Post cuius obitum si cum heredibus et suis successoribus ordinacionem predictam servare velimus vel nolimus, opcioni nostre tantummodo libere reservatur. Si vero ipsam ordinacionem nobis revocare placuerit quandocumque, eisdem heredibus vel successoribus pro manso supradicto et suis attinenciis centum quadraginta marcas denariorum Hamburgensium dabimus. Qui quidem mansus cum omnibus suis attinenciis ac iuribus ecclesie nostre et nobis in perpetuum libere remanebit et viginti octo modios siliginis in quinque mansis dicte ville Todendorp nobis dimissos restituemus eisdem et ipsi iudicia predictarum villarum nostrarum absque omni impedimento et contradictione nobis restituent et dimittent nullo penitus in eisdem bonis sibi retento, quandocumque per nos fuerint requisiti, addito eciam, quod censum nostrum et quoslibet proventus nostros tam pro preterito quam futuro tempore debitos a colonis villarum nostrarum Todendorp et Sprenghe supradictarum et a villicis dictorum quinque mansorum in Todendorpe sine alterius iudicis requisicione per nuncios nostros extorquere et sufficiencia pignora possimus capere ab eisdem, quocienscumque et quandocumque fuerit oportunum. Ad que memoratus dominus Hinricus, si requisitus fuerit, opem et diligenciam adhibebit. Et ego Hinricus predictus colonis predictarum villarum iudex ero favorabilis et non onerosus et terminos ac iura earundem villarum sine deterioracione iuxta tenorem privilegiorum super hoc confectorum ad usum dicte Hamburgensis ecclesie in statu debito cum debita sollicitudine conservabo. In cuius rei testimonium et memoriam futurorum sigillum ecclesie nostre predicte ac sigillum mei Hinrici predicti una cum

a) *Fehlt in der Abschrift.*

sigillis strenuorum militum dominorum Johannis et Reymari dictorum de Wedele ac Hermanni dicti de Raboysen pro filiis suis predicta omnia approbantibus et confirmantibus presenti pagine sunt appensa. Datum et actum Hamborch, anno Domini MCCCXVII, in vigilia beati Thome apostoli.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 72b, Privilegia capitularia LIII. Überschrift: Super uno manso et XXVIII modiis siliginis in Todendorp.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 355.

408.

Bischof Heinrich II. von Lübeck bestätigt eine zwischen dem Hamburger Domkapitel und dem Ritter Heinrich von Wedel getroffene Vereinbarung über die Zahlung des von den Bauern in der Niederung bei Steinbek der hamburgischen Kirche zu entrichtenden Zehntens.[1] — 1317 Dezember 29.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, nos Hinricus Dei gratia Lubicensis ecclesie episcopus salutem et sinceram in Domino caritatem. Cum inter honorabiles viros dominos . . decanum et capitulum ecclesie Hamburgensis ac strenuum militem dominum Hinricum dictum de Wedele taliter fuerit placitatum, quod coloni prope villam Stenbeke pro decimis suis ecclesie Hamburgensi debitis annis singulis octo marcas denariorum Hamburgensium in die beati Nicolai confessoris[2] sub titulo contractus, qui odinghe dicitur, et sub pena dupli persolvant, alioquin in octava eiusdem diei, si infra eandem octavam non satisfacerent, ipsum duplum absque contradictione aliqua solvere teneantur, nos utilitate et commoditate ipsorum colonorum in hac parte pensatis precibusque eorum inducti dictam ordinacionem approbamus et ratificamus ac pro nobis et nostris successoribus eandem perpetuo confirmamus. Et si villam nostram predictam cum palude adiacente[3] vendere vel obligare decreverimus quibuscumque, iidem, quibus eandem vendiderimus vel obligaverimus, predictam ordinacionem et contractum absque immutacione qualibet inviolabiliter observabunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCCXVII, IIII. kalendas mensis Januarii.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 50, Privilegia episcoporum II. Überschrift: Super decima paludis Stenbeke.

409.

Das hamburgische Domkapitel [ernennt den ständigen Vikar der hamburgischen Kirche Johann von Dargentin zum Bevollmächtigten in seinem Visitationsstreite mit dem Erzbischof von Bremen]. — 1318 Januar 13.

1) *Dieser Zehnte war der hamburgischen Kirche im Jahre 1212 von dem Grafen Albrecht von Orlamünde und im Jahre 1238 von dem Grafen Adolf IV. von Holstein übertragen worden; s. Hamb. UB. I, Nr. 388 und 511.*

2) *Dezember 6.*

3) *Der in der Woche nach Judica (20. März) 1317 (UB. d. Bistums Lübeck, Nr. 622) zum Bischof erwählte Lübecker Dompropst Heinrich von Bocholt war ehemals Propst des Klosters Reinbek gewesen und hatte als solcher Steinbek von Heinrich von Wedel gekauft; vgl. Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 452.*

In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem MCCCXVIII, idus Januarii, indictione prima, sanctissimi in Christo patris domini Johannis pape XXII. anno secundo, constituti in mei subscripti notarii et testium subscriptorum presencia honorabiles viri domini Leo prepositus . . Johannes decanus et capitulum Hamburgense . . . . . .
. . . .
Et ego Johannes dictus de Luneborg clericus Verdensis dyocesis publicus auctoritate imperiali notarius premissis omnibus et singulis interfui et ea de mandato predictorum dominorum . . prepositi . . decani ac capituli fideliter scripsi et in hanc publicam formam redegi et meo consueto signo signavi rogatus.

Das Original, dem das Siegel ad causas *des Domkapitels angehängt war, ist nicht mehr vorhanden. Anfang und Schluß sind vidimiert in der Urkunde von 1318 Januar 16—18, Nr. 410.*

410.

Protokoll über die von dem Thesaurar der Kirche zu Bardowiek Heinrich in Vertretung des Abtes Thomas II. von St. Michaelis in Lüneburg geführte Untersuchung und über das von ihm gefällte Urteil in dem Visitationsstreit zwischen dem Erzbischof von Bremen und dem hamburgischen Domkapitel sowie in der Klagesache des letzteren wegen widerrechtlich vom Erzbischof verhängter Kirchenstrafen. — Lüneburg, 1318 Januar 16—18.

In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem MCCCXVIII, feria secunda post octavam epyphanie, hoc est XVII. kalendas Februarii,[1] indictione prima, sanctissimi in Christo patris domini Johannis pape XXII. anno secundo, nobis Hinrico thesaurario ecclesie Bardvicensis Verdensis dyocesis iudice a venerabili viro domino Thoma abbate monasterii sancti Mychaelis in Luneborch eiusdem dyocesis iudice a sede apostolica delegato per suas certi tenoris litteras subdelegato in questionibus et causis appellacionum interpositarum ab honorabilibus viris dominis . . decano et capitulo ac clero ecclesie Hamburgensis Bremensis dyocesis in gravaminibus et iniuriis ipsis per reverendum in Christo patrem dominum Johannem archiepiscopum Bremensem, ut dicitur, irrogatis Luneborch in ecclesia sancti Johannis baptiste eiusdem Verdensis dyocesis post horam vesperarum iudicio presidentibus et comparente coram nobis discreto viro domino Johanne de Dargentin perpetuo vicario iam dicte Hamburgensis ecclesie procuratore ac nuncio speciali eorundem . . decani et capituli ac cleri Hamburgensis ecclesie et exhibente suum procuratorium manu publica confectum et dicti capituli sigillo, quo ad causas utitur, roboratum, per quod apparuit ipsum verum et legitimum procuratorem ad omnia et singula, que dictarum causarum merita exigunt, legitime constitutum, cuius quidem procuratorii principium erat tale: In Christi nomine amen. Anno ab incarnatione eiusdem MCCCXVIII, idus Januarii,[2] indictione prima, sanctissimi in Christo patris domini Johannis pape XXII. anno secundo, constituti in mei subscripti notarii et testium subscriptorum presencia honorabiles viri domini Leo prepositus . . Johannes decanus et capitulum Hamburgense et cetera, finis vero erat talis: Et ego Johannes dictus de Luneborg clericus Verdensis dyocesis publicus auctoritate imperiali notarius premissis omnibus et singulis interfui

1) *Januar 16.*
2) *1318 Januar 13, s. Nr. 409.*

et ea de mandato[a] predictorum dominorum . . prepositi . . decani ac capituli fideliter scripsi et in hanc publicam formam redegi et meo consueto signo signavi rogatus, reverendo vero in Christo patre domino Johanne archiepiscopo Bremensi nec per se nec per procuratorem legitimum aliquatenus comparente dictoque procuratore ipsius archiepiscopi contumaciam accusante, in primis discretum virum Johannem dictum de Luneborch clericum Verdensis dyocesis publicum auctoritate imperiali notarium et in possessione officii tabellionatus constitutum adhibuimus et deputavimus ad conscribendum fideliter universa acta iudicii, ne falsitas veritati preiudicet aut iniquitas prevaleat equitati.

Quibus peractis litteras subdelegationis nobis facte in iudicio una cum rescriptis papalibus non cancellatis, non abolitis nec in aliqua sui parte viciatis sub bulla vera in filo pendenti iussimus exhiberi. Quarum quidem subdelegationis litterarum, quibus tenores dictorum rescriptorum apostolicorum erant de verbo ad verbum inserti, principium erat tale: Thomas Dei gratia abbas monasterii sancti Mychaelis in Luneborch Verdensis dyocesis iudex delegatus in causis subscriptis a sede apostolica deputatus honorabili viro domino . . thesaurario ecclesie Bardvicensis eiusdem Verdensis dyocesis salutem in Domino et mandatis apostolicis firmiter obedire. Noveritis, quod nos a sede apostolica litteras bullatas, non cancellatas,[b] non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas reverenter recepimus, sicut decuit, sub hac forma: Johannes episcopus servus servorum Dei dilecto filio abbati monasterii sancti Mychaelis in Luneborg Verdensis dyocesis et cetera, finis vero erat talis: Verum cum tam nostris quam ecclesie nostre pluribus et variis arduis simus negociis prepediti adeo, quod examinationi dictorum negotiorum vacare seu intendere nequeamus ad presens, de vestra discretione et sollicitudine plurimum confidentes super earundem causarum examinatione et decisione tenore presentium vices nostras vobis committimus, donec eas duxerimus revocandas. In cuius rei testimonium et memoriam futurorum presentes litteras appensione nostri sigilli fecimus communiri. Datum Luneborch, anno Domini MCCCXVII, nonas Decembris.[1]

Demum productis litteris citatoriis honorabili viro domino . . decano ecclesie sancti Anscharii Bremensis directis a nobis, que sic incipiunt: Hinricus thesaurarius ecclesie Bardvicensis et cetera, et sic finiuntur: Datum Luneborch, anno Domini MCCCXVII, in crastino beati Nycolai. In quorum omnium et singulorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum,[2] postmodum littere honorabilis viri domini Meynardi decani predicte ecclesie sancti Anscharii Bremensis continentes predictum Johannem archiepiscopum Bremensem ad mandatum nostrum sufficienter et peremptorie per ipsum esse citatum fuerunt in iudicio presentate, que sic incipiunt: Honorabili viro domino Hinrico thesaurario ecclesie Bardvicensis Verdensis dyocesis iudici et cetera, et sic terminantur: Facta est autem nobis presentatio et exhibitio huiusmodi litterarum et premissa citatio subsecuta anno Domini MCCCXVII, in crastino beate Lucie virginis,[3] presentibus honorabilibus viris dominis Frederico decano, Ottone de Oldenborch, Hildebolde de Difholth, Ottone de Lovenborch, Erp de Lyne, Ludolfo Scorleke, magistro Johanne Parvus et Johanne de Luneberghe canonicis Bremensibus, Johanne Horn, Thiderico de Werme et Johanne Nakede clericis ac aliis quam pluribus fide

a) *Or.* mandoto. b) *Or.* concellatas.

1) *1317 Dezember 5, s. Nr. 400.*
2) *1317 Dezember 7, s. Nr. 404.*
3) *1317 Dezember 14, s. Nr. 406.*

dignis testibus ad hoc vocatis specialiter et rogatis, ex quibus liquido apparebat dictum dominum Johannem archiepiscopum Bremensem ad comparendum in termino et loco predictis per se vel procuratorem legitimum legitime et peremptorie fuisse citatum. Quare predictus procurator petivit et cum debita instancia requirebat, quatinus in prefatis questionibus et causis appellationum procedere curaremus, contumacia prefati domini archiepiscopi non obstante, cum ipse esset paratus coram nobis probare gravamina, propter que sui predicti domini ad sedem apostolicam duxerant appellandum. Hoc quoque debere fieri eleganter pluribus iuribus et rationibus demonstrabat offerens et porrigens nobis libellum petitionis sue huiusmodi seriem continentem:

Coram vobis honorabili viro domino Hinrico thesaurario ecclesie Bardvicensis Verdensis dyocesis ego Johannes de Dargentin in ecclesia Hamburgensi perpetuus vicarius honorabilium virorum Leonis prepositi, Johannis decani et capituli ac clericorum ecclesie Hamburgensis Bremensis dyocesis procurator dico et propono, quod, cum olim Tethardus de Stadis canonicus sancti Georgii Stadensis et Tethardus de Osenbrucke monachus in Huda Cysterciensis et Premonstratensis ordinum monasteriorum Bremensis dyocesis asserentes venerabili patri domino Johanni Bremensis ecclesie archiepiscopo ab apostolica sede per ipsius sedis sub certa forma litteras fore concessum, ut ecclesias et monasteria ac alia loca ecclesiastica suarum civitatis et dyocesis ac provincie posset[a] per se vel per alium seu per alios visitare et procurationes moderatas ab ecclesiis monasteriis et locis predictis taliter visitatis in pecunia recipere numerata, qualibet constitutione contraria non obstante, et quod idem . . archiepiscopus eos ad huiusmodi visitacionis officium exercendum auctoritate litterarum huiusmodi duxerat deputandos, predictis . . decano et capitulo mandavissent, ut eos in dicta eorum ecclesia ad visitandum reciperent sibique procurationem ratione visitationis debitam in pecunia numerata solverent, iidem decanus et capitulum de predictis litteris merito esitantes ipsarum litterarum copiam, quam nunquam habuerunt, sibi ab eis fieri humiliter postularunt. Item ex parte ipsorum . . decani et capituli fuit excipiendo propositum coram ipsis, quod, cum idem archiepiscopus suas Bremensem ecclesiam et eciam civitatem, quam primitus de iure visitare tenebatur, minime visitasset, iidem decanus et capitulum eosdem Tethardum et Tethardum, nisi dictus . . archiepiscopus suas Bremensem ecclesiam et civitatem plene primitus visitasset, ad visitandum in dicta eorum ecclesia admittere, cum alias causa rationabilis non subesset, quare ad id admitti deberent, sibique procurationem ratione visitationis huiusmodi exhibere minus debite tenebantur et ad id compelli de iure non poterant nec debebant. Et quia dicti Tethardus et Tethardus ipsis . . decano et capitulo copiam huiusmodi facere denegarunt et eosdem . . decanum et capitulum super dicta exceptione, videlicet de non visitata Bremensi ecclesia et civitate, audire contra iusticiam denegarunt, ipsi sencientes ex hiis et aliis pluribus causis indebite se gravari ad sedem apostolicam appellarunt. At idem archiepiscopus, appellatione huiusmodi contempta, in decanum et singulares canonicos excommunicationis et capitulum suspensionis ac ecclesiam predictos interdicti sententias contra

a) *Or.* possent.

iusticiam promulgavit. Et licet postmodum venerabilis dominus Nycolaus episcopus et dominus Hinricus thesaurarius ecclesie Verdensis auctoritate ipsius archiepiscopi eis in hac parte commissa prefatas sententias in irritum revocassent easque denunciassent irritas et inanes idem[que][a] archiepiscopus, quod super hoc ab eisdem . . episcopo et thesaurario factum erat, ratum habuisset, tamen, quia postmodum idem . . archiepiscopus dictos . . decanum canonicos capitulum et ecclesiam fore predictis sentenciis innodatos sine aliqua rationabili causa denunciari minus iuste auctoritate predicta mandavit, iidem . . decanus et capitulum sencientes ex hoc indebite se gravari super hoc ad sedem apostolicam appellarunt. Cum itaque sanctissimus in Christo pater dominus Johannes papa XXII. causas appellacionis et negocii huiusmodi religioso viro domino . . abbati monasterii sancti Mychaelis in Luneborch Verdensis dyocesis commiserit audiendas et fine debito tractandas idemque dominus abbas Thomas nomine [suo][a] vobis super earundem causarum examinatione et decisione vices suas commiserit, donec eas ad se duxerit revocandas, ego Johannes procurator predictus peto procuratorio nomine quo supra per vos pronunciari sepedictum dominum archiepiscopum in predictis perperam processisse et predictos . . prepositum . . decanum ac clericos dicte Hamburgensis ecclesie ab eo debito tempore appellasse et prefatas exceptiones admittendas esse dictasque excommunicationis suspensionis et interdicti sentencias, si sentencie dici possunt, una cum processibus predictis per ipsum . . archiepiscopum habitis nullas cassas et irritas pronunciari et nullius fore momenti declarari; et si essent alique, peto eas tamquam iniquas remedio appellacionis cassari. Et quicquid post et contra appellacionem huiusmodi et predictorum dominorum Nycolai episcopi et Hinrici thesaurarii Verdensis sentencias seu pronunciationes pretextu commissionis dicti archiepiscopi, ut predicitur, prolatas et eorum processus habitos modo, qui premittitur, est attemptatum, peto in irritum revocari dictosque . . episcopum et thesaurarium pronunciari legitime auctoritate predicte commissionis ipsis per sepedictum . . archiepiscopum facte legitime processisse. Peto eciam nomine procuratorio memoratum dominum . . archiepiscopum in expensis iam factis mihi et dominis meis predictis per vos legitime condempnari et protestor de expensis in lite ammodo faciendis. Imploro similiter officium vestrum et iuris beneficium in omnibus, in quibus fuerit implorandum, salvo mihi iure addendi minuendi mutandi declarandi cumulandi emendandi ac eciam corrigendi, non astringens me ad probandum aliqua, nisi ea, que pro mea intentione sufficere videbuntur.

Quo recepto terminum predictum supra premissis continuavimus et prorogavimus usque in terciam horam diei inmediate sequentis, ut tunc coram nobis partes legitime in predicta ecclesia comparerent. Quo siquidem termino adveniente, prefato procuratore eorundem . . prepositi . . decani capituli ac cleri Hamburgensis ecclesie in eodem loco coram nobis iudicio presidentibus comparente ac instanter petente, ut in dictis causis procederemus, contumacia dicti . . archiepiscopi non obstante, usi discretorum et peritorum consilio interloquendo pronunciavimus secundum ea, que proponebantur et allegabantur coram nobis, procedendum esse per nos in causis appellationum et questionum nobis commissis, contumacia eiusdem domini archiepiscopi non obstante. Quo facto prefatus procurator

a) *Fehlt im Original.*

instrumentum publicum non suspectum produxit inter alias exceptiones continens exceptiones superius in libello oblato et predictis rescriptis apostolicis et litteris subdelegationis expressas et comprehendens nichilominus appellationem propter predictas excepciones et alia gravamina interpositam per suos dominos supradictos. Cuius siquidem instrumenti principium dinoscitur esse tale: In Christi nomine amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCXIIII, quarto die mensis Junii, vacante imperio, indictione duodecima, constitutus in presencia mei notarii et cetera, finis vero talis est: Et ego Johannes dictus de Luneborch clericus Verdensis dyocesis publicus auctoritate imperiali notarius premissis omnibus et singulis interfui et ea de mandato domini Bertrammi decani et capituli ecclesie Hamburgensis fideliter scripsi et in publicam formam redegi meoque signo consueto et nomine roboravi.[1] Deinde eciam idem procurator exhibuit quoddam publicum instrumentum, per quod docuit apostolos ex parte dominorum suorum predictorum legitime et sufficienter petitos, quod sic incipit: In nomine Domini amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCXIIII, tercio decimo die mensis Julii coram honorabili viro et cetera, et sic finitur: Et ego Johannes Hinrici de Molne Raceburgensis dyocesis publicus imperiali auctoritate notarius premissis interfui scripsi et subscripsi meoque signo solito consignavi rogatus.[2] Preterea prenominatus procurator litteras patentes supradicti [domini][a] Thome abbatis monasterii sancti Mychaelis in Luneborg produxit in medium, per quas probavit, quod post supradictarum commissionum apostolicarum impetrationem nequaquam per suos pretactos dominos, sed per dictum . . abbatem stetit, quod post receptionem earum statim huiusmodi causas, de quibus agitur, cum effectu non fuerant prosecuti. Que quidem littere sic incipiunt: Thomas Dei gracia abbas monasterii sancti Mychaelis in Luneborch Verdensis dyocesis iudex unicus in causis subscriptis a sede apostolica delegatus et cetera, et sic terminantur: In cuius presentationis requisitionis responsionis et protestationis ac omnium premissorum testimonium presentes litteras fieri et sigillo nostro fecimus communiri. Actum Luneborg apud monasterium nostrum, anno Domini MCCCXVII, tertio kalendas Augusti, pontificatus domini Johannis pape XXII. anno primo, indictione XV.[3] Deinde vero quoddam instrumentum publicum idem procurator produxit continens suspensionis ab ingressu ecclesie et irregularitatis et excommunicacionis maioris sentencias et notas et quasdam alias exceptiones obiectas eidem domino archiepiscopo ex parte reverendorum patrum dominorum Borchardi Lubicensis, Gotfridi Czwerinensis ac Marquardi Raceburgensis ecclesiarum episcoporum ac omnium capitulorum earundem ecclesiarum tociusque cleri eisdem subiecti necnon Bertrammi decani Hamburgensis et capituli ac tocius cleri eidem subiecti per dictum . . archiepiscopum gravatorum et propter certa gravamina et easdem exceptiones appellancium ad sedem apostolicam et se supponencium protectioni sedis eiusdem. Cuius quidem instrumenti principium erat tale: In nomine Domini amen. Anno nativitatis eiusdem MCCCXIV, decimo die mensis Julii, constitutus in presencia venerabilis patris domini etc., finis vero erat talis: Et ego Johannes Hinrici de Molne Raceburgensis dyocesis publicus imperiali auctoritate notarius predictis omnibus interfui vidi et audivi singula supradicta. Vidi eciam et audivi, quod prefatus magister Andreas tactis corporaliter sacrosanctis ewangeliis iuravit in animas predictorum dominorum suorum, sicut in instrumento

a) *Original* dicti.

1) *S. die Urkunde von 1314 Juni 4, Nr. 309.*
2) *S. die Urkunde von 1314 Juli 13, Nr. 315.*
3) *S. die Urkunde von 1317 Juli 30, Nr. 396.*

procurationis sue expresse mandatum fuerat, quod crederent omnia et singula in appellacione sua proposita esse vera et ea se posse probare. Et rogatus, ut super hiis omnibus publicum instrumentum scriberem, assumptis testibus per ordinem suprascriptis, scripsi confeci et subscripsi meoque signo solito consignavi.[1] Item aliud instrumentum publicum idem procurator produxit, per quod probavit eundem dominum archiepiscopum vinculo excommunicationis maioris late a canone publice innodatum ex eo, quod quendam presbiterum innocentem fecit atrociter vinculis mancipari, quod sic incipit: In nomine Domini amen. Anno eiusdem MCCCXV, XXVII. die mensis Octobris, indictione XIIII., apostolica sede vacante, constitutus in presencia etc., et sic finitur: Et ego Erkenboldus dictus Bolto clericus Bremensis dyocesis, publicus auctoritate sedis apostolice notarius, quia premissis una cum supradictis testibus interfui, predicta propria manu scripsi et in hanc publicam formam redegi meoque signo consueto signavi rogatus.[2] Postmodum vero sepedictus procurator aliud instrumentum publicum coram nobis exhibuit et produxit in iudicio continens et comprehendens quandam commissionem factam reverendo in Christo patri dominis Nycolao episcopo et Hinrico thesaurario Verdensibus per eundem dominum archiepiscopum Bremensem, auctoritate cuius iidem commissarii pronunciaverunt legitime prenominatorum episcoporum Lubicensis, Czwerinensis et Raceburgensis capitulorum omnium predictorum ac cleri eisdem subiecti omnes exceptiones defensiones et appellationes esse probabiles legitimas iustas et veras contra sepedictum dominum archiepiscopum et suos processus obiectas et interpositas sentenciasque archiepiscopi cum suis processibus quoad ipsos irritas et inanes. Que quidem pronunciatio et commissio non solum ad predictos . . episcopos, eorum capitula ac clerum eis subiectum protenditur, sed eciam nominatim et expresse sepedictos . . decanum et canonicos ac capitulum Hamburgensis ecclesie ac clerum eiusdem ecclesie comprehendit. Cuius quidem instrumenti principium dinoscitur esse tale: In Christi nomine amen. Anno incarnationis eiusdem MCCCXV, tertio die mensis Januarii, indictione XIII., summi pontificis sede vacante, constitutus in presencia mei notarii et testium subscriptorum et cetera, finis vero erat talis: Et ego Johannes dictus de Luneborch clericus Verdensis dyocesis publicus auctoritate imperiali notarius supradictis omnibus una cum dictis testibus interfui et ea omnia et singula de mandato prefati domini Nycolai episcopi et domini Hinrici thesaurarii Verdensis ecclesie ac de mandato honorabilium virorum prefatorum dominorum Philippi decani et capituli Czwerinensis, . . decani . . cantoris et . . scolastici ecclesie Lubicensis, Luderi scolastici Czwerinensis, magistri Pelegrini canonici Hamburgensis et Ludolfi de Estorpe, Hermanni de Hillegenstede, Hinrici de Cluz et Johannis notarii consulum in Hamborch canonicorum Hamburgensium et plurium aliorum predictarum ecclesiarum canonicorum presencium et astancium fideliter scripsi et publicavi et in hanc formam publicam redegi meoque consueto signo et nomine roboravi.[3]

Quibus omnibus visis auditis et diligenter examinatis riteque peractis, que circa discussionem sepetactarum causarum quomodolibet requiruntur, memoratus Johannes dictus de Dargentin procurator de suo et sepedictorum dominorum suorum iure confidens in causis predictis suo et memoratorum suorum dominorum, scilicet . . prepositi . . decani et capituli ecclesie Hamburgensis et clericorum eisdem subiectorum, nomine legitime concludebat, nos quoque in sepedicti domini Johannis archiepiscopi contumaciam habuimus

1) *S. die Urkunde von 1314 Juli 10, Nr. 314.*
2) *S. die Urkunde von 1315 Oktober 27, Nr. 349.*
3) *S. die Urkunde von 1315 Januar 3, Nr. 328.*

pro concluso. Unde, eodem procuratore super premissis ferri sentenciam postulante, nos, deliberatione nobiscum et cum peritis prehabita diligenti, suprascriptum terminum prorogavimus seu continuavimus usque in horam terciam diei inmediate sequentis ad pronunciandum seu senrenciandum super prehabitis in loco predicto. Quo quidem termino adveniente, prefato procuratore in nostra presencia in eodem loco constituto et ferri, sicut prius, sentenciam postulante, nos usi discretorum virorum consilio pro tribunali sedentes invocato Dei nomine in scriptis pronunciavimus et sentenciavimus in hunc modum:

In nomine Domini amen. Nos Hinricus thesaurarius ecclesie Bardvicensis Verdensis dyocesis iudex ab honorabili viro domino Thoma abbate monasterii sancti Mychaelis in Luneborgh eiusdem Verdensis dyocesis iudice a sede apostolica delegato subdelegatus in questionibus et causis appellationum interpositarum ab honorabilibus viris dominis . . decano et capitulo ac clero ecclesie Hamburgensis Bremensis dyocesis a gravaminibus et iniuriis ipsis per reverendum patrem dominum Johannem archiepiscopum Bremensem illatis litteras subdelegationis eiusdem domini . . abbatis nobis una cum rescriptis apostolicis exhibitis recepimus, quas per Johannem dictum de Luneborch clericum Verdensis dyocesis publicum auctoritate imperiali notarium in actis redigi seu inseri mandavimus per nos ad conscribendum fideliter universa ac singula acta iudicii constitutum. Quarum siquidem auctoritate coram nobis predictum dominum . . archiepiscopum in iudicium ad instanciam eorundem . . decani et capituli peremptorie fecimus evocari. Eo vero nec per se nec per responsalem ydoneum aliquatenus comparente interloquendo pronunciavimus procedendum esse in questionibus et causis appellacionum huiusmodi nobis commissis, contumacia eiusdem . . archiepiscopi non obstante. Unde per discretum virum dominum Johannem dictum de Dargentin procuratorem eorundem . . decani et capituli coram nobis libellus porrectus extitit sub forma in[a] actis[a] prenotata. Per dictum igitur procuratorem, instrumentis et probationibus productis, tandem nos, eodem procuratore suo et predictorum dominorum suorum . . prepositi . . decani et capituli ecclesie Hamburgensis et clericorum eisdem subiectorum nomine concludente, in causis ipsis in partis alterius, scilicet sepedicti domini Johannis Bremensis archiepiscopi, contumaciam habuimus pro concluso. Nos itaque diligenter visis examinatis et auditis eiusdem procuratoris et iam dictorum dominorum suorum iuribus et rationibus ac probationibus investigatis quoque ad plenum et cognitis ipsarum causarum meritis et equa iusticie lance discussis, deliberatione insuper nobiscum et cum peritis prehabita diligenti, Dei nomine invocato, procuratore prefato sentenciam ferri postulante et propter hoc in nostra presencia constituto necnon prefato domino . . archiepiscopo contumaciter absente, cuius absencia Dei presencia repleatur, in hiis scriptis sentencialiter diffinimus et pronunciamus memoratum dominum . . archiepiscopum in premissis perperam processisse et predictos . . prepositum . . decanum et capitulum ac clericos dicte Hamburgensis ecclesie ab eo debito tempore legitime appellasse ac exceptiones predictas admittendas esse tanquam iustas et veras dictasque excommunicationis suspensionis et interdicti sentencias, si sentencie dici possunt, una cum processibus

a—a) *Durch Nachtrag über der Zeile verbessert aus* superius, *das durchgestrichen ist.*

predictis per ipsum archiepiscopum habitis nullas cassas et irritas pronunciamus et nullius fore momenti declaramus et, si essent alique, eas tanquam iniquas remedio appellacionis cassamus. Et quicquid post et contra appellaciones huiusmodi et predictorum dominorum Nycolai episcopi et Hinrici thesaurarii Verdensis sentencias seu pronunciationes pretextu commissionis predicti archiepiscopi, ut predicitur, prolatas et eorum processus habitos per modum, qui premittitur, est attemptatum, in irritum revocamus dictosque dominos . . episcopum et thesaurarium pronunciamus auctoritate prefate commissionis ipsis per sepedictum . . archiepiscopum facte legitime ac rationabiliter processisse, condempnantes ipsum insuper in expensis litis et occasione dictarum appellationum factis, quas se ad ducentas marcas denariorum Hamburgensis monete extendere, taxatione nostra prius prehabita et sepedicti procuratoris super hoc in animas dominorum suorum prestito iuramento, legitime declaramus.

Qua pronunciatione facta seu sentencia lata protestatus fuit sepetactus procurator, quod in principali negotio, in quantum de iure fieri poterat, coram nobis mox[a] paratus erat procedere, si sibi non obstitisset contumacia sepedicti domini Johannis archiepiscopi Bremensis nec per se nec per responsalem ydoneum comparentis.

In quorum omnium et singulorum testimonium et ad perpetuam rei memoriam sigillum nostrum presentibus est appensum. Acta sunt hec presentibus honorabilibus viris dominis Johanne abbate monasterii in Scerembek Cysterciensis ordinis Verdensis dyocesis et religiosis viris fratribus Gerardo custode Bremensi, Gerardo gardiano et Conrado lectore fratrum minorum in Luneborch, Engelberto decano ecclesie sancti Blasii in Bruneswich Hildensemensis dyocesis, Wernero preposito in Danneberghe, Wernero et Thiderico dictis de Monte canonicis Bardvicensibus, Johanne plebano in Modestorp, Ludolfo vicario ecclesie sancti spiritus in Luneborgh clericis, Gerberto de Puteo et Alberto de Molendino consulibus Luneborgensibus Verdensis dyocesis et aliis quam pluribus testibus fide dignis ad hec vocatis specialiter et rogatis, anno diebus loco et indictione predictis.

Original, Pergament. Die Urkunde besteht aus zwei aneinandergenähten Pergamentblättern, das erste schließt mit den Worten MCCCXV, tertio die *(s. S. 311). Das Siegel des Thesaurars Heinrich ist zweimal angehängt worden, einmal in der Mitte der Naht der beiden Pergamentblätter, sodann am Schlusse der ganzen Urkunde. Nur das erste Siegel in grünem Wachs ist, leicht beschädigt, vorhanden; das zweite ist verloren, der Siegelstreifen erhalten. — Vermerk, unten links, auf dem ersten Pergamentblatt:* III (?). *Rückaufschrift (14. Jahrh.):* Totus processus cum sententie prolatione habitus contra archiepiscopum Bremensem factus per thesaurarium Bardvicensem in causa appellacionis.

411.

Graf Johann III. von Holstein bestätigt dem hamburgischen Bürger Johann Ridder (Miles) und seinen Neffen Heinrich und Johann die ihnen von den Grafen Gerhard II., Adolf VI. und Heinrich I. gemachten Schenkungen von Renten aus dem gräflichen Zoll und Ungeld und der alten Mühle zu Hamburg. — Hamburg, 1318 Februar 14.

a) *Über der Zeile nachgetragen.*

Johannes domicellus Dei gracia comes Holtsatie, Stormarie et Scowenborch universis presentia visuris seu audituris salutem in Domino cum noticia veritatis. Quia nobiles viri domini Gerhardus pater noster dilectus, Adolfus et Henricus patrui nostri pie recordationis quondam comites Holtsatie Johanni dicto Militi, suis fratruelibus nostris civibus in Hammenborch ac ipsorum veris heredibus redditus sexaginta marcarum denariorum Hammenburgensium in nostro theloneo et ungeldo in Hammenborch quolibet anno percipiendos de prima pecunia inde proveniente et octo choros annone in antiquo molendino dicte civitatis, videlicet duos tritici vel triticei brasii et sex siliginis, insuper redditus septem marcarum denariorum Hamburgensium in eodem molendino in solidum iure pheodali porrexerunt, nullo tamen a predictis burgensibus et suis heredibus de dictis bonis armorum servitio requisito, quod herevart vulgariter nominatur, sicut littere super hoc confecte[1] lucidius protestantur: nos predictorum Johannis Militis et suorum fratruelium nobis dilectorum servitiis inclinati dictam collationem, universas et singulas litteras patris et patruorum nostrorum ipsis datas ratificamus et presentibus confirmamus necnon predicta bona eisdem Johanni Militi ac suis fratruelibus, videlicet Henrico et Johanni, ac eorum fratribus necnon ipsorum iustis heredibus iure conferimus pheodali. Testes aderant honorabiles viri Johannes de Goriz, Johannes notarius civitatis canonici Hamburgensis ecclesie, Daniel prepositus monasterii in Reynebeke, Johannes Marute, Johannes de Ratmersdorpe milites, Eggehardus Brochdorp famulus advocatus noster, Johannes de Monte et Henricus de Hetfelde cives Hamburgenses et plures alii fide digni. In cuius rei testimonium sigilli nostri appensione presentia iussimus roborari. Datum et actum Hamborch, in die beati Valentini martiris, anno Domini millesimo CCC decimo octavo.

Original, Pergament, mit dem an roten Seidenfäden anhängenden Reitersiegel des Grafen (Abb.: Milde, Siegel des M. A., Siegel der Holstein-Schauenb. Grafen, Tafel 6, Nr. 28). — Rückaufschriften: J, *ferner zwischen den Siegelfäden:* R[egistra]ta.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 357.

412.

Papst Johann XXII. beauftragt den Erzbischof von Riga, den Bischof von Osnabrück und den Schleswiger Domherrn Johannes Henrici, den Erzbischof Johann von Bremen in sein Amt und seine Rechte wieder einzusetzen und die derzeitigen Verwalter der erzbischöflichen Rechte und Güter zur Rechenschaftsablage und zur Herausgabe der ihnen mittlerweile zugefallenen Einkünfte abzüglich der notwendigen Ausgaben anzuhalten. — Avignon, 1318 März 27.

Johannes episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus . . archiepiscopo Rigensi et . . episcopo Osnaburgensi et dilecto filio Johanni Henrici canonico Sclezewicensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum venerabilis frater noster Johannes archiepiscopus Bremensis dudum per dilectos filios, capitulum ecclesie Bremensis, administracione temporalium et spiritualium eiusdem ecclesie certis, ut asseruerunt, ex causis, quas dilecti filii Franco dictus Doneldey Bremensis et Andreas quondam Stephani de Lubike Hamborgensis Bremensis diocesis ecclesiarum canonici suo et ipsius capituli nomine coram nobis proponere curaverunt, fuerit destitutus, nos attendentes, quod predicte cause coram nobis proposite, etiamsi hactenus fuissent veritate subnixe, ad presens tamen, sicut evidenter cognovimus, omnino cessabant, et[a] propterea congruum et debitum estimantes,[b] ut prefatus archiepiscopus plenam et liberam administracionem ecclesie sue in spiritualibus et temporalibus per se et procuratores seu vicarios suos possit et debeat libere exercere, ipsum ad administracionem predictam plenam et liberam restituendam fore decrevimus et restituimus iusticia exigente decernentes de administratis et gestis per quoscumque administratores et negociorum gestores bonorum et iurium ad dictum archiepiscopum sive ad archiepiscopalem mensam suam spectancium per dictum capitulum ordinatos sibi ponendam et reddendam plenariam rationem. Quocirca discrecioni vestre per apostolica scripta in virtute obediencie districte precipiendo mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel per alium seu alios eundem archiepiscopum vel procuratorem seu procuratores ac vicarium seu vicarios suos eius nomine in corporalem possessionem vel quasi bonorum omnium mobilium et immobilium, iurium et iurisdictionum, spiritualium et temporalium, meri et mixti imperii ad dictum archiepiscopum sive ad mensam archiepiscopalem spectancium plene et integre reducatis et reductos eciam defendatis, a prefatis administratoribus seu negociorum gestoribus, clericis vel laicis, cuiuscumque status dignitatis vel condicionis extiterint, facientes super administratis et gestis per eos vicario seu vicariis reddi computum et plenariam rationem, ipsos ad satisfaciendum prefato archiepiscopo seu procuratori vel procuratoribus aut vicario seu vicariis predictis eius nomine, de fructibus redditibus et proventibus, quos de bonis et iuribus prelibatis medio tempore perceperunt vel percipere potuerunt, salvis moderatis necessariis et utilibus expensis, quas pro administratione et gestione huiusmodi constiterit eos fecisse, quas volumus ad presens de huiusmodi satisfactione deduci, donec aliud de eis duxerimus ordinandum, monicione premissa, per censuram ecclesiasticam et privacionem beneficiorum suorum ecclesiasticorum, appellacione postposita, compellatis et, si forte administratores seu gestores predicti, cuiuscumque status vel condicionis extiterint, solvendo non fuerint in subsidium satisfactionis huiusmodi, prefatos capitulum,[1] qui in culpa fuisse noscuntur administratores et gestores huiusmodi ordinando, ad satisfaciendum prefato archiepiscopo vel procuratori seu procuratoribus, vicario seu vicariis suis eius nomine de fructibus et redditibus supradictis penis similibus compellere studeatis. Insuper cum nostre intencionis existat, quod prefatus archiepiscopus, quominus per se suosque vicarios seu procuratores et officiales plena et libera administracione bonorum iurium et iurisdictionum suarum ecclesie civitatis et diocesis ac provincie Bremensium in spiritualibus et temporalibus libere uti possit, sicut alii archiepiscopi Bremenses, qui fuerint pro tempore, usi fuerint hactenus vel de iure uti potuerunt, non debeat impediri, presencium vobis auctoritate committimus et mandamus, quatenus prefatos capitulum suffraganeos et clerum et populum

1) *Vgl. Hamb. UB. I, Nr. 862.*

a) *Vorlage* ex. b) *Vorlage* extimantes.

1) capitulum *ist, wie im Anfange des zweiten Satzes der Urkunde, als eine Mehrheit begriffen, daher der Plural* prefatos *und* qui.

civitatis diocesis et provincie predictarum, quod eisdem archiepiscopo eiusque vicariis procuratoribus et officialibus prelibatis in premissis omnibus et singulis ad dictum archiepiscopum sive ad archiepiscopalem iurisdictionem spectantibus devote pareant et intendant, monicione premissa, appellacione postposita, censura simili compellatis. Et nichilominus sentencias sive penas, quas prefatus archiepiscopus per se vel procuratores suos seu vicarios ob hoc rite tulerit seu statuerit in rebelles, ratas habebimus et faciemus autore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Avinione, VI. kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno secundo.

Nach dem Transsumpt in dem Notariatsinstrument von 1320 April 14.
Gedruckt: Vatikanische Akten zur deutschen Geschichte in der Zeit Kaiser Ludwigs des Bayern, Nr. 96, unvollständig, aus dem Register Johanns XXII. 68, Nr. 1649, im Vatikanischen Archiv zu Rom.
Verzeichnet: Brem. UB. II, S. 691, Nr. 110; Mollat, Jean XXII, Lettres communes II, Nr. 6764.

413.

Graf Adolf VII. von Holstein urkundet, wie Graf Johann in Nr. 411. — Hamburg, 1318 April 20.

Adolfus domicellus Dei gracia comes Holtsatie, Stormarie et in Scowenborch universis in perpetuum presentia visuris seu audituris salutem in Domino cum notitia veritatis. Quia nobiles viri domini Adolfus noster pater dilectus, Gerhardus et Henricus patrui nostri pie recordationis quondam comites Holtsatie, Stormarie et Scowenborch Johanni dicto Militi et suis fratruelibus nostris civibus in Hammenborch ac ipsorum veris heredibus redditus sexaginta marcarum denariorum Hammenburgensium in nostro theloneo et ungeldo in Hammenborch quolibet anno percipiendos de prima pecunia inde proveniente et octo choros annone in antiquo molendino dicte civitatis, videlicet duos tritici vel triticei brasii et sex siliginis, insuper redditus septem marcarum denariorum Hammenburgensium in eodem molendino in solidum iure pheodali porrexerunt, nullo tamen a predictis burgensibus et suis heredibus de dictis bonis armorum servitio requisito, quod herevart vulgariter nominatur, prout littere super hoc confecte lucidius protestantur: nos predictorum Johannis Militis et suorum fratruelium nobis dilectorum servitiis inclinati dictam collationem, universas et singulas litteras patris et patruorum nostrorum ipsis datas ratificamus et presentibus confirmamus necnon predicta bona eisdem Johanni Militi, suis fratruelibus, videlicet Henrico et Johanni, ac ipsorum fratribus filiis quondam Winandi necnon ipsorum iustis heredibus iure conferimus pheodali nullum ab ipsis, ut premittitur, servitium, quod herevart dicitur, requirentes. Testes aderant famosi viri Conradus de Wininghusen et Busche milites nostri, Marquardus de Horst advocatus noster, dominus Johannes notarius civitatis et canonicus ecclesie Hamburgensis, Johannes de Monte, Bertrammus Luscus, Henricus de Hetfelde, Hartwicus de Hetfelde, Henricus Blomenberch, Johannes de Edemiz, Nycolaus Fransoyser et Bertrammus Perleberch cives Hamburgenses fideles nostri et plures alii fide digni. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum Hamborch, feria quinta ante festum pasche proxima, anno Domini millesimo CCC decimo octavo.

Original, Pergament, mit dem an grünen und roten Seidenfäden anhängenden Reitersiegel des Grafen (Abb.: Milde, Siegel des M. A., Siegel der Holstein-Schauenb. Grafen, Tafel 6, Nr. 31). — Rückaufschriften: H, *ferner zwischen den Siegelfäden:* R[egistra]ta, *darüber:* d.
Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 360.

414.

Das Kloster Ütersen verkauft den Testamentsvollstreckern des verstorbenen hamburgischen Domherrn Hermann von Heiligenstedten[1] für die von ihm gestiftete Vikarie eine Rente aus dem Zehnten zu Elskop. — Hamburg, 1318 April 23.

Universis presencia visuris Johannes prepositus Dei gracia, Alburgis priorissa totusque conventus sanctimonialium in Utersten oraciones in Christo tam humiles quam devotas. Notum esse cupimus, quod nos ex consensu unanimi vendidimus viris honorabilibus dominis Johanni decano de Campe dicto, Brunoni cantori, Johanni notario civitatis Hamborch canonicis ecclesie civitatis eiusdem et Nicolao Decani dicto vicario perpetuo ibidem testamentariis domini Hermanni Hilgenstede pie memorie in decima nostra Elzenkope sedecim marcarum redditus pro ducentis marcis Hamburgensis monete singulis annis ad usus vicarie perpetue, quam dominus Hermannus de Hilgenstede iam dictus pro remedio anime sue instituit, pertinendos et infra octavam penthecostes finaliter erogandos. Si vero in eodem termino eosdem redditus vicarius dicte vicarie integraliter non perciperet, nos eandem decimam in Elzenkope nobis usurpare nec de eadem nos intromittere debemus, nisi predicti redditus predicto vicario plenarie fuerint persoluti, salvo tamen iure, quod eosdem sedecim marcarum redditus infra tres annos et non ultra a donacione presencium numerandos reemendi pro eadem pecunie quantitate habebimus facultatem. Si vero infra eosdem tres annos de predicta summa ad supradictam vicariam centum marcas usualis monete dederimus, illo anno et deinceps a supradictis sedecim marcarum redditibus octo marcarum redditus annis debent singulis defalcari. In cuius rei evidenciam sigilla nostra, prepositi scilicet et conventus, presentibus sunt appensa. Datum et actum Hamborch, anno Domini MCCCXVIII, in festo pasce.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 83b, Privilegia conventuum III. Überschrift: Super vicaria Thiderici de Equo fundata per Hermannum de Hilghe[nstede].
Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 361.

415.

Rat und Gemeinde von Hamburg schließen mit dem Administrator der bremischen Kirche Johann und seinen Offizialen einen vorläufigen Vergleich zur Beilegung der zwischen ihnen bestehenden Streitigkeiten. — 1318 Mai 12.

Universis presentia visuris consules et commune civitatis Hamburgensis salutem et rei geste noscere veritatem. Cum inter dominum Johannem amministratorem Bremensis ecclesie nobilem et illustrem et suos officiales ex una et nos parte ex altera orta fuisset

1) *Sein vom 10. Juli 1317 datiertes Testament s. unter Nr. 394.*

dissensionis materia, placitatum fuit inter nos utrimque et treuge amicabiles ordinate in hunc modum, quod omnis dissensio quiescere debet et omnia in statum pacis et tranquillitatis manere, ita quod nos et omnes, qui causa nostri facere vel dimittere quicquam volunt, contra eosdem dominum amministratorem, suos officiales et subditos universos nichil mali vel discordie attemptabimus nec ipsi contra nos infra hinc et festum nativitatis beate Marie virginis proxime nunc venturum.[1] Interim vero deliberabimus super singulis articulis dissensionis predicte, ut tunc omnia in amicitia facilius componantur. Pendentibus enim hiis treugis officiales domini amministratoris predicti et universi, qui pro dampnis et violentiis nobis et nostris civibus tempore sue amministrationis illatis suspecti fuerint quoquo modo, in nostra civitate debebunt esse securi, et volumus eos fideliter promovere. In cuius rei testimonium sigillo nostro roboravimus presens scriptum. Datum in die beatorum Achillei et Panchratii martirum, anno Domini CCC decimo octavo.

Original, Pergament, mit abhangendem, beschädigtem Siegel der Stadt Hamburg mit dem Sekret als Rücksiegel (Abb. des großen Siegels: Gaedechens, Der freien und Hansestadt Hamburg Wappen, Siegel und Cocarde, Tafel II, Nr. 3 und Milde, Siegel des M. A., Holstein. u. Lauenb. Städtesiegel, Tafel I, Nr. 3, des Sekrets: Gaedechens, a. a. O., Tafel III, Nr. 6 und Milde, a. a. O., Tafel 14, Nr. 36). — Rückaufschrift (15. Jahrh.): Treuge inter dominum Bremensem et Hamborgenses 1318.

416.

Der Thesaurar der Kirche zu Bardowiek Heinrich befiehlt in seiner Eigenschaft als subdelegierter Richter in der Streitsache des hamburgischen Domkapitels gegen den Erzbischof von Bremen unter Transsumierung einer Urkunde des Abtes Thomas II. von St. Michaelis in Lüneburg — Nr. 402 — und unter Bezugnahme auf das von ihm gefällte Urteil — vgl. Nr. 410 — dem Dekan der Kirche St. Anskarii zu Bremen, den Erzbischof auf den 11. Juli zur Gerichtsverhandlung nach Lüneburg zu laden. — Lüneburg, 1318 Juni 5.

Hinricus thesaurarius ecclesie Bardvicensis Verdensis dyocesis iudex unicus in causis subscriptis ab honorabili viro domino Thoma abbate monasterii sancti Mychahelis in Luneborch eiusdem Verdensis dyocesis iudice a sede apostolica delegato subdelegatus honorabili viro domino . . decano ecclesie sancti Anscharii Bremensis salutem et mandatis apostolicis firmiter obedire. Noveritis nos litteras iam dicti domini abbatis suo sigillo signatas, non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas recepisse de verbo ad verbum huiusmodi seriem continentes: *[folgt Urkunde des Abtes Thomas II. von St. Michaelis in Lüneburg von 1317, Dezember, Nr. 402].* Cupientes itaque predicti iudicis delegati mandatis immo verius apostolicis humiliter obedire, partibus hinc inde nuper ad nostram presidenciam legitime evocatis, sicut liquido cognovimus sic et senenciando pronunciavimus, memoratum dominum Johannem sancte Bremensis ecclesie archiepiscopum in premissis in rescriptis apostolicis comprehensis perperam processisse et predictos . . prepositum . . decanum et capitulum ac clericos dicte Hamburgensis ecclesie ab eodem debito tempore ex causis racionabilibus iustis et veris legitime appellasse dictasque excommunicacionis suspensionis

1) *1318 September 8.*

et interdicti sentencias, si sentencie dici merentur, una cum processibus predictis per ipsum dominum . . archiepiscopum habitis nullas cassas et irritas pronunciavimus et nullius declaravimus fore momenti. Cum autem nil reputetur actum, quamdiu restat aliquid ad agendum, volentes ad predictorum . . prepositi . . decani et capituli ac cleri ecclesie Hamburgensis instanciam, in quantum de iure possumus, procedere in causa seu negocio principali vobis auctoritate, qua fungimur in hac parte, sub pena excommunicacionis, quam, canonica monicione premissa, in hiis scriptis in vos proferimus, si huiusmodi nostrum mandatum ymmo verius apostolicum adimplere contempseritis aut neglexeritis, districte iniungimus et mandamus, quatenus statim post recepcionem presencium personaliter ad domum dicti domini . . archiepiscopi necnon ad ecclesiam metropolitanam et alias ecclesias collegiatas civitatis Bremensis accedatis et sub competenti testimonio sepedictum dominum Johannem archiepiscopum Bremensem aut suum vicarium seu procuratorem, si quem dimisit, citetis, ut in crastino septem fratrum, hoc est undecima die mensis Julii, quem terminum sibi pro duobus edictis et tercio peremptorio, ut parcium parcamus laboribus et expensis, assignamus, coram nobis Luneborch in ecclesia sancti Johannis baptiste Verdensis dyocesis per se vel procuratorem sufficienter instructum compareat acturus et recepturus in premissis causis negocium principale tangentibus et ex eo dependentibus quomodolibet, quod dictaverit ordo iuris, cum intimacione, quod sive comparuerit modo premisso sive non, nichillominus contra ipsum archiepiscopum procedemus, prout de iure fuerit procedendum, mandatum nostrum ymmo verius apostolicum taliter inpleturi, quod de inobediencia vel contemptu nequeatis aliqualiter reprehendi. In testimonium vero huiuscemodi citacionis facte debite, sicut premittitur, nobis presentes litteras cum inscripcione testium, quos pro explecione huiusmodi mandati assumpseritis, per exhibitorem presencium sub appensione et transfixione vestri sigilli remittite sigillatas. Datum Luneborch, anno domini MCCCXVIII, nonas Junii.

Original, Pergament, mit zwei anhängenden, stark beschädigten Siegeln, von denen das erste das des Thesaurars Heinrich, das zweite das des Dekans der Kirche St. Anskarii zu Bremen Meinhard ist; zwischen beiden, oberhalb der Falte, befindet sich ein Einschnitt für ein drittes Siegel. — Rückaufschrift (14. Jahrh.): Citatio archiepiscopi facta per thesaurarium Bardvicensem in negocio principali cum insinuacione scriptorum apostolicorum, *und von späterer Hand (15. Jahrh.):* ad instanciam capituli et cleri Hamburgensis.

417.

Der Dekan der Kirche St. Anskarii zu Bremen Meinhard teilt dem Thesaurar der Bardowieker Kirche Heinrich mit, daß er den Erzbischof von Bremen oder seinen Prokurator aufgefordert habe, vor ihm als subdelegiertem Richter zu erscheinen. — Bremen, 1318 Juni 12.

Et ego Mey[nardus] decanus ecclesie sancti Anscharii Bremensis citavi peremptorie dominum Johannem archiepiscopum Bremensem sive eius procuratorem in capitulo Bremensi ac in pallacio suo ibidem feria secunda in septimana penthecostes hora tercia sub competenti testimonio, videlicet coram domino Hinrico de Lamstede, Boltone publico notario, Johanne Nudo, Thiderico de Hanovere perpetuis vicariis Bremensis ecclesie et coram multis clericis aliis et laycis fide dignis coram vobis, domine Hinrice thesaurari

ecclesie Bardewicensis iudex subdelegate. Per presentem cedulam transfixam sub sigillo meo duxi accentius rescribendum sub anno Domini millesimo CCCXVIII, die suprascripto.

Pergamentzettel, der vermutlich mit der Urkunde Nr. 416, nachdem diese von dem Dekan Meinhard besiegelt worden war, dem Thesaurar Heinrich übersandt worden ist.

418.

Der Dekan der Kirche zu Bardowiek Nikolaus spricht in seiner Eigenschaft als subdelegierter Richter in dem Prozesse des hamburgischen Domkapitels gegen den Erzbischof von Bremen den letzteren, da er im Termin nicht erschienen ist, der Widersetzlichkeit schuldig, verbietet ihm das Betreten der Kirche und verhängt für den Fall, daß er bei seiner Widersetzlichkeit verharrt, zuerst die Suspension vom Amte, dann den Kirchenbann über ihn. — [1318 Juli 11].

In nomine Domini amen. Cum nos Nicolaus decanus ecclesie Bardewicensis Verdencis dyocesis iudex ab honorabili viro domino Thoma abbate monasterii sancti Michahelis in Luneborgh eiusdem Verdensis dyocesis iudice a sede apostolica delegato subdelegatus in questionibus et causis appellationum interpositarum ab honorabilibus viris . . decano et capitulo ac clero ecclesie Hamborgensis Bremensis dyocesis a gravaminibus et iniuriis ipsis per reverendum patrem dominum Johannem archiepiscopum Bremensem illatis pro dictis appellantibus iam decisis ad instantiam . . prepositi . . decani et capituli ac cleri iam dicte Hamborgensis ecclesie actor[um][a] predictum dominum Johannem archiepiscopum Bremensem uno peremptorio edicto pro tribus edictis ad nostram fecerimus presentiam evocari, ut paratus iam dictis . . preposito . . decano et capitulo ac clero in principali causa seu negocio de iustitia legitime responderet, et ipse in termino prefixo nec per se nec per ydoneum responsalem curaverit conparere, prout de hiis omnibus nobis constat legitimis documentis, petente et instante discreto viro domino Johanne dicto de Darkenthyn perpetuo vicario in prefata Hamborgensi ecclesia procuratore predictorum dominorum . . prepositi . . decani et capituli memoratum dominum Johannem archiepiscopum Bremensem pronunciamus merito contumacem. Et ne videatur de sua contumacia commodum reportare, quoniam obedientia parum prodesse videretur humilibus, si contemptus contumacibus non obesset, ipsum sententiando ab ingressu ecclesie suspendimus in hiis scriptis. Et si eandem sententiam per septem dies inmediate sequentes idem archiepiscopus pertinaciter sustinuerit, ipsum ab officio suspendimus in hiis scriptis. Si vero eandem sententiam per alios dies septem continuos contumaciter sustinuerit, cum crescente contumacia crescere debeat et pena, ipsum archiepiscopum in hiis scriptis sententiando excommunicationis vinculo innodamus tradentes eum, quamvis absentem, sathane in interitum carnis, ut spiritus eius in die iudicii salvus fiat.

Original, Pergament, mit anhängendem, leicht beschädigtem Siegel des Dekans Nicolaus in rotem Wachs. — Rückaufschrift (14. Jahrh.): Prolatio sententie contra archiepiscopum facta per decanum Bardvicensem pro contumacia in negocio principali, *und von späterer Hand:* pro capitulo Hamburgensi; *ferner* N, *endlich (17. Jahrh.):* Gravaminum et injuriarum ab archiepiscopo illatarum capitulo Hamburgensi. *Transsumpt in der Urkunde vom 11. Juli 1318, Nr. 419.*

a) *Original* actoribus; *im Transsumpt steht richtig* actorum.

419.

Der Dekan der Kirche zu Bardowiek Nicolaus befiehlt den Kloster- und Pfarrgeistlichen unter Mitteilung des von ihm in Prozeßangelegenheiten des hamburgischen Domkapitels gegen den Erzbischof von Bremen gefällten Urteils und unter Transsumierung der Urkunde Nr. 418, nach Verlauf von 14 Tagen, falls sie bis dahin keinen Gegenbefehl erhalten haben, die Suspension und Exkommunikation des Erzbischofs zu verkünden und diesen aufzufordern, dem hamburgischen Domkapitel gemäß dem gefällten Urteil die Prozeßkosten im Betrage von 400 Pfund zu zahlen. — Lüneburg, 1318 Juli 11.

Nycolaus Dei gracia decanus ecclesie Bardvicensis Verdensis dyocesis iudex ab honorabili viro domino Thoma abbate monasterii sancti Mychahelis in Luneborch eiusdem Verdensis dyocesis iudice a sede apostolica delegato subdelegatus in questionibus et causis appellacionum interpositarum ab honorabilibus viris dominis decano et capitulo ac clero ecclesie Hamburgensis Bremensis dyocesis a gravaminibus et iniuriis ipsis per reverendum patrem dominum Johannem archiepiscopum Bremensem illatis pro eisdem appellantibus iam decisis universis ac singulis honorabilibus viris dominis . . abbatibus . . prioribus . . prepositis . . decanis . . archipresbiteris . . archidyaconis . . plebanis ecclesiarum rectoribus et eorum vices gerentibus, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino et mandatis apostolicis firmiter obedire. Noveritis nos nuper litteras subdelegacionis eiusdem domini abbatis una cum rescriptis apostolicis originaliter exhibitis reverenter, sicut decuit, recepisse, quas per Johannem dictum de Luneborch clericum Verdensis dyocesis publicum auctoritate imperiali notarium in actis iudicialibus redigi seu inseri mandavimus per nos ad conscribendum fideliter universa et singula acta iudicii constitutum, quarum copiam omnibus, quorum interest vel interesse poterit, loco et tempore debitis precipimus exhiberi. Quarum siquidem auctoritate coram nobis predictum dominum Johannem archiepiscopum Bremensem in iudicium ad instanciam eorundem decani et capituli peremptorie fecimus evocari. Eo vero nec per se nec per responsalem ydoneum aliquatenus conparente, petente et instante discreto viro domino Johanne de Darghentyn perpetuo vicario in ecclesia Hamburgensi procuratore iam dictorum . . prepositi . . decani et capituli ac cleri, interloquendo pronunciavimus per nos procedendum esse in questionibus et causis appellacionum huiusmodi nobis commissis, contumacia eiusdem archiepiscopi non obstante. Unde per iam dictum procuratorem nobis libello in premissis causis exhibito et per nos recepto, instrumentis eciam et probacionibus in pluribus terminis productis, nos tandem post diversos et varios iudiciales processus et terminos, eodem procuratore suo et predictorum dominorum suorum . . prepositi . . decani et capituli ecclesie Hamburgensis et clericorum subiectorum eisdem nomine concludente in causis ipsis, in partes alterius, scilicet domini Johannis Bremensis archiepiscopi, contumaciam habuimus pro concluso. Nos itaque diligenter visis examinatis et auditis eiusdem procuratoris et iam dictorum dominorum suorum racionibus et probacionibus ac iuribus investigatis quoque ad plenum cognitis ipsarum causarum meritis et equa iusticie lance discussis, deliberacione insuper nobiscum et cum peritis prehabita diligenti, invocato Dei nomine, procuratore prefato ferri sentenciam postulante, in scriptis sentencialiter diffinivimus et sentenciando pronunciavimus memoratum dominum archi-

episcopum in suis processibus in rescriptis apostolicis enarratis perperam processisse et predictos . . prepositum . . decanum et capitulum ac clerum dicte Hamburgensis ecclesie ab eodem debito tempore ex causis racionabilibus iustis et veris legitime appellasse necnon excommunicacionis suspensionis et interdicti sentencias, si sentencie dici possent, una cum processibus per ipsum dominum archiepiscopum contra . . prepositum . . decanum et capitulum ac clerum predictos factis et habitis nullas cassas et irritas pronunciavimus et nullius declaravimus fore momenti ipsumque in expensis litis et occasione dictarum appellacionum factis, quas se ad quadringentas libras denariorum Hamburgensis monete extendere declaravimus, taxacione nostra prius prehabita et sepedicti procuratoris super hoc legitime prestito iuramento. Cum autem nil reputetur actum, quamdiu restat aliquid ad agendum, volentes ad memoratorum . . prepositi . . decani et capituli ac cleri ecclesie Hamburgensis instanciam, in quantum de iure potuimus, procedere in causis seu in negocio principali sepedictum dominum archiepiscopum auctoritate predictarum litterarum ad procedendum in ipso principali negocio ad hoc sibi certo prefixo termino assignato ad nostram presenciam in iudicium peremptorie fecimus postmodum evocari. Quo nec per se nec per responsalem ydoneum aliquatenus comparente, prenominatus Johannes procurator actorum predictorum petivit et a nobis cum debita instancia requisivit, quatenus eundem archiepiscopum contumacem pronunciare ac ipsius contumaciam punire penis canonicis et legitimis curaremus. Nos itaque post diversos tractatus et varios in prefixo termino habitos, diligenter visis et auditis pretacte partis iuribus racionibus ac probacionibus, deliberacione insuper nobiscum et cum iuris peritis prehabita diligenti, invocato Dei nomine sepedictum archiepiscopum contumacem pronunciavimus, inflictis sibi penis canonicis et legitimis, sub hac forma: *[folgt Urkunde des Dekans Nicolaus, Nr. 418].* Quo facto ad instanciam sepedicti procuratoris pretactum archiepiscopum racione sue contumacie in expensis legitimis condempnavimus, taxacione earum nobis legitime reservata. Harum igitur auctoritate litterarum vobis et vestrum cuilibet in virtute obediencie et sub pena suspensionis ab officio, quam canonica monicione premissa in vos et vestrum quemlibet in hiis scriptis proferimus, si mandatum nostrum huiusmodi ymo verius apostolicum adimplere contempseritis seu neglexeritis, districte iniungimus et mandamus, quatenus vos et singuli vestrum memoratum dominum Johannem Bremensem archiepiscopum statim post lapsum quindene pretacte a tempore date presencium numerande, nisi super purgacione contumacie eiusdem archiepiscopi infra dictam quindenam patentes litteras nostras receperitis, pronuncietis pretactis ab ingressu ecclesie et ab officio suspensionis et excommunicacionis sentenciis, sicut premittitur, irretitum ipsumque per vos seu per alios excommunicatum denuncietis publice coram populo in ecclesiis vestris singulis diebus dominicis et festivis, facientes ipsum tamquam excommunicacionis maioris vinculo innodatum, donec culpam sue inobediencie recognoscens de ea satisfaciat, ut tenetur, ab omnibus Christi fidelibus arcius evitari. Ceterum sub pretacta pena suspensionis ab officio vobis et vestrum cuilibet districte precipiendo mandamus, quatenus statim post recepcionem presencium pretactum . . archiepiscopum publice una monicione pro trina proposita canonice moneatis, quatenus infra mensem ab huiusmodi monicionis tempore numerandum, cuius quidem termini primos sex dies pro primo et alios sex dies pro secundo ac residuos dies sibi pro tercio

et peremptorio termino assignamus, sepedictis . . preposito . . decano et capitulo ac clero Hamburgensis ecclesie pretactas quadringentas libras denariorum Hamburgensis monete persolvat et expedite refundat, in quibus eum racione expensarum, sicut premittitur, condempnavimus iusticia exigente, alioquin ipsum, quem ex nunc, ut ex tunc in hiis scriptis ab ingressu ecclesie suspendimus et quem, si eandem sentenciam per octo dies inmediate sequentes pertinaciter sustinuerit, in hiis scriptis ab officio suspendimus quemque, si eandem sentenciam per alios octo dies continuos contumaciter sustinuerit, in hiis scriptis sentenciando excommunicacionis vinculo innodamus, pronuncietis publice in singulis vestris ecclesiis et vobis subiectis prefatis sentenciis involutum, denunciantes ipsum in ecclesiis vestris et vobis subiectis per vos vel per alios publice coram populo excommunicacionis maioris vinculo innodatum, facientes ipsum nichilominus usque ad satisfactionem condignam ab omnibus arcius evitari. Nec ab huiuscemodi sentenciarum denunciacionibus aliquatenus cessabitis, nisi super satisfactione et absolucione sepedicti archiepiscopi ac relaxacione predictarum sentenciarum per nostras patentes litteras facientes de huiusmodi nostro processu plenam et expressam mencionem vobis facta fuerit plena fides. Presentes eciam litteras [causarum][a] exhibitas sine difficultate reddite, postquam huiusmodi nostrum mandatum fueritis executi. In quorum omnium et singulorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Acta sunt hec Luneborch, anno Domini MCCCXVIII, XI. die mensis Julii, indictione prima, presentibus honorabilibus viris dominis Gherlaco preposito in Luneborch et Hinrico de Hersevelde perpetuo vicario ibidem, Nycolao Bertoldi canonico et Hinrico Crispo perpetuo vicario ecclesie Bardvicensis, Johanne de Brakele rectore ecclesie in Handorpe clericis et presbiteris et aliis quam pluribus clericis et laycis fide dignis testibus ad hec vocatis specialiter et rogatis.

Original, Pergament. Das angehängte Siegel fehlt. — Rückaufschrift (14. Jahrh.): Prolatio sententiarum facta per decanum Bardvicensem contra archiepiscopum pro contumacia et ipsarum execucio in negocio principali, *und von späterer Hand (15. Jahrh.):* instante processu (?) capituli Hamburgensis; *ferner:* V.

420.

König Hakon V. von Norwegen beurkundet einen Friedensvertrag mit Hamburg. — Tønsberg, 1318 Juli 22.

Universis presentes litteras inspecturis Haquinus Dei gracia rex Norwegie salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, quod anno Domini millesimo CCC decimo octavo, undecimo kalendas Augusti, apud castrum Tunsbergense placitavimus cum viris providis et honestis viro religioso fratre Hasone priore fratrum predicatorum civitatis Hamburgensis, Richardo dicto Wrak et Gotfrido Ypinger consulibus Hamburgensibus nunciis et procuratoribus eiusdem civitatis legitime constitutis super sedacione displicencie, quam nos ex iustis et verisimilibus coniecturis concepimus contra cives Hamburgenses, in hunc modum, quod procuratores antedicti renunciarunt simpliciter et expresse perpetuo

a) *Im Original steht anscheinend* earum.

pro se et omnibus concivibus et mercatoribus eiusdem civitatis omnimode emende et satisfaccioni pro quibuscumque dampnis et iniuriis, si qua(!) dictis civitatensibus et ipsis adherentibus per nos et nostros usque ad hec tempora fuerint illata, promittentes pro se et suis concivibus fide prestita corporali, quod contra predictam renunciacionem nullo modo veniant verbo facto vel aliquo alio ingenio, set potius promiserunt nobis et hominibus nostris amiciciam sinceram de cetero observare. Nos vero propter instanciam plurimorum principum ac humilem et instantem supplicacionem dictorum procuratorum dominorum consulum ac decem aliorum conburgensium eorundem purgacionem admisimus pro eorum excusacione sufficienti, ipsis Hamburgensibus totam displicenciam nostram dimittentes et rancorem propter preces venerabilium patrum domini Nidrosiensis archiepiscopi et aliorum prelatorum regni nostri, et eosdem Hamburgenses ad pacem et amiciciam nostram recepimus specialem dantes et concedentes eisdem licenciam et facultatem cum mercimoniis suis ad regnum nostrum veniendi, ibidem morandi et de mercimoniis suis et mercaturis more aliorum extraneorum libere disponendi. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillis venerabilium patrum domini Olavi Nidrosiensis archiepiscopi, Helgonis Asloensis, Audfinni Bergensis, Botulphi Hamarensis et Haquini Stavangrensis episcoporum presentibus est appensum. Datum anno loco et die supradictis.

Original, Pergament, mit den sämtlich an roten und grünen Seidenfäden anhängenden Siegeln: 1. des Königs Hakon (Siegel mit Rücksiegel); 2. des Erzbischofs Olaf von Drontheim (Siegel mit Rücksiegel); 3. des Bischofs Helge von Opslo; 4. des Bischofs Audfinn von Bergen (Siegel mit Rücksiegel); 5. des Bischofs Botulf von Hamar (Siegel mit Rücksiegel); 6. des Bischofs Hakon von Stavanger (Siegel mit Rücksiegel). — Auf der Falte: h. *Rückaufschriften: 1. in der Ecke unten rechts:* h; *2. oben:* D; *3.* V (?), *darüber* 6 (?).

Gedruckt: Thorkelin, Analecta ... regni Norvegici (1778), S. 112; Diplomatarium Norvegicum VI, Nr. 97; Hans. UB. II, Nr. 326.

Verzeichnet: Urk. Gesch. d. Urspr. d. D. Hanse II, S. 300, mit dem unrichtigen Datum Juli 31.

421.

William de Widdeslade (Wydsald) bittet König [Eduard II. von England], seinen Kanzler zu beauftragen, die Sheriffs von London anzuweisen, daß sie bis zum Betrage der von Robert Persone und Genossen übernommenen Bürgschaft[1] *die Güter der deutschen Kaufleute beschlagnahmen, so daß er keinen Grund habe, sich über Rechtsverletzung zu beklagen. — [1318 vor Juli 23].*

Pleise a nostre seignor le roi comander au chaunceler par breff de son prive seal, qe les biens des marchauntz de Alm[aigne] . . . [a la][a] sute William de Wydsald par agard de sa court et a son comandement laquele some Robert Persone et ses compaignons pst . . . . .[a] a quele oure, qe vous lui faites a saver, qil voille comander bref a viscountes de Loundres, qil facent du execucion des . . . .[a] William issiques mes ne eit mester de se pleindre par defaut de ley.

Original, Pergament, im Public Record Office zu London, Chancery Warrants I, File 106, Nr. 4814.

a) *Das Pergament ist am Rande zerstört.*

1) *Vgl. Nr. 390.*

422.

König Eduard II. von England an seinen Kanzler, den Bischof [John de Hothum] von Ely: übersendet die Bittschrift des Kaufmanns William de Widdeslade — Nr. 421 — und befiehlt ihm, dem Gesuche ohne Verzug Folge zu geben. — Woodstock, 1318 Juli 23.

Edward par la grace de Dieu roi dEngleterre, seignor dIrlaunde e ducs dAquitaine al [Johan de Hothum par][a 1] la meisme grace evesque dEly nostre chaunceller saluz. Nous vous enveoms cy dedeinz enclose [une peticion][a] baillee depar William de Wydslade et vous mandoms, que de ce qest contenuz en la dite bill[ette] . . .[a] saunz nul delay issuit, qil ne eit encheson de retornir a nous empleignaunt por defaute de droit. Donnee souz nostre prive seal a Wodestok, le XXIII. iour de juyl, lan de nostre regne douz[ieme].[a]

Original, Pergament, im Public Record Office zu London, Chancery Warrants I, File 106, Nr. 4815.

423.

Die Brüder Ludeke und Heyneke Scharpenberch überweisen dem Reinbeker Propst Daniel eine Rente aus dem Hamburger Zoll zum Ausgleich für das Sühnegeld, das sie ihm für die Ermordung seines Bruders Ludolf durch ihre Verwandten schulden. — Reinbek, 1318 August 15.

Nos Ludekinus miles, Heynikinus famulus fratres dicti Scharpenbergh recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod pro sexaginta marcis denariorum Hamburgensium, quas domino Danieli preposito in Reynebeke solvere tenebamur ex parte fratris sui Ludolfi per amicos nostros heu occisi, vendidimus eidem preposito rite et racionabiliter redditus sex marcarum percipiendos expedite singulis annis de redditibus viginti marcarum, quos habemus in thelonio Hamburgh, ita videlicet quod, si aliquo vel aliquibus annis defectus esset pecunie in toto thelonio, ita quod[b] viginti marcas nostras omnes tollere non possemus, ipse tamen prepositus in suis sex marcis nullum defectum habebit, sed ipsas integraliter annis singulis primo tollet et, si quid residuum fuerit, usibus nostris cedet; si vero tantus esset defectus pecunie aliquo anno in thelonio, quod idem prepositus easdem sex marcas de hiis viginti marcarum redditibus non omnes recipere posset, quicquid sibi in illo anno defecerit, hoc statim prius, quam nos aliquid recipiamus, recuperabit in anno continue subsequente. Predictus vero prepositus ob specialem favorem, quem ad nos habere dinoscitur, dedit nobis graciam et plenum posse eosdem sex marcarum redditus reemendi infra octo annos continuos pro pecunia supradicta. Quos si medio tempore non reemeremus, extunc antedictus prepositus eosdem sex marcarum redditus iusto empcionis tytulo et cum proprietate perpetuis temporibus libere possidebit et sepedictus prepositus eosdem redditus licite poterit obligare vendere vel legare

a) *Das Pergament ist am Rande zerstört.* b) *Folgt im Original durch drei darunter gesetzte Punkte getilgt* non.

1) *Über die Ernennung dieses Bischofs zum Kanzler am 11. Juni 1318 s. Calendar of the Close Rolls Edw. II. 1313—1318, S. 619f.*

cuicumque et quandocumque voluerit sub condicionibus suprascriptis. Et cuicumque istos redditus dimiserit, illi presentes littere cum omni vigore suo et robore tantum valebunt, quantum preposito supradicto, et non est opus, ut aliqualiter innoventur. In quorum omnium evidens testimonium sigilla nostra cum sigillo Eckehardi Brocdorpen, qui omnia ista inter sepedictum prepositum et nos placitavit, presentibus sunt appensa. Datum Reynebeke, anno Domini MCCCXVIII, in assumpcione beate Marie virginis.

Original, Pergament, mit den anhängenden, stark beschädigten Siegeln des Ludeke Scharpenberch und des Eckehard Brocdorp und geringen Resten des zwischen beiden hängenden Siegels des Heyneke Scharpenberch. — Rückaufschrift (15. Jahrh.): Sex marcarum redditus in theolonio, *und von späterer Hand (17. Jahrh.):* fratrum de Scharpenberg.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 366.

424.

Der Knappe Hermann von Hamme beurkundet, daß sein verstorbener Vater, der Ritter Hermann von Hamme, seinem Neffen, dem hamburgischen Domthesaurar Heinrich von Hamme, Zehnten in den Dörfern Kirch-Steinbek, Ost-Steinbek, Boberg und Hanevalle verkauft habe. — Hamburg, [vor 1318 August 30].[1]

Ego Hermannus dictus de Hamme armiger omnibus presencia visuris notum facio, quod pater meus bone memorie dominus Hermannus dictus de Hamme miles cum consensu heredum suorum vendidit fratrueli suo dilecto domino Hinrico thesaurario Hamburgensi decimas villarum Kerkstenbeke, Osterstenbeke, Bucberghe, Hanevalle ipsum et filios suos contingentes, ita quod iam dictus thesaurarius dictas decimas obligare vendere vel donare possit cuicumque sue placuerit voluntati. In cuius rei evidenciam sigillum meum presentibus est appensum. Datum Hamborch.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 131, Privilegia militum et armigerorum XVII. Überschrift: Super decimis in Kercstenbeke, Osterstenbeke, Bocberghe, Hanevalle ad ecclesiam Luttekense pertinentibus.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 380.

425.

Graf Johann III. von Holstein verläßt dem hamburgischem Domthesaurar Heinrich von Hamme Zehnten in den Dörfern Kirch-Steinbek, Ost-Steinbek, Boberg und Hanevalle. — 1318 August 30.

Omnibus presentia visuris et audituris nos Johannes Dei gracia domicellus terre Holsacie et Stormarie volumus esse notum, quod de maturo consilio fidelium nostrorum proprietatem quarundam decimarum solventium quatuordecim modios siliginis in odyngo uno hemetone minus et dimidium top lini, in villis Kercstenbeke dimidium chorum siliginis, Osterstenbeke sex modios siliginis, Bucberghe decem hemetones siliginis et Hanevalle unum hemetonen siliginis et dimidium top lini situatarum, quas illi de Hamme a nobis et nostris progenitoribus in feodo tenuerunt, honorabili viro domino Hinrico de

1) *Vgl. Nr. 425.*

Hamme thesaurario Hamburgensi dimisimus ex gracia speciali, ita quod ipse easdem decimas absque omni contradictione et impedimento legare et donare possit libere ad usum divinum, quandocumque et ubicumque sibi visum fuerit expedire. In cuius rei testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum et actum anno Domini MCCC decimo octavo, in die beatorum martirum Felicis et Adaucti.

Original, Pergament. Das abhangende Siegel fehlt, Siegelstreifen erhalten. — Vermerk unten rechts: CXVI. *Rückaufschrift (14. Jahrh.):* Privilegium comitis Johannis super redditibus XIIII modiorum siliginis spectantibus ad ecclesiam Luttekense.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 120, Privilegia comitum CXVI. Überschrift: Super XIIII modiis siliginis in Stenbeke et aliis villis pertinentibus ad ecclesiam Luttekense.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 367 nach der Abschrift im Lib. cop. Cap.

426.

Schöffen und Rat der Stadt Gent beurkunden, daß der Genter Bürger Johann von Lovendenghem Johann Coevoet bevollmächtigt habe, seine ausstehenden Forderungen einzuziehen. — 1318 September 8.

Universis presentes litteras inspecturis scabini ac consules ville Gandensis salutem cum noticia veritatis. Universitati vestre tenore presentium significamus, quod coram nobis personaliter comparens Johannes dictus de Lovendenghem noster oppidanus Johannem dictum[a] Coevoet[b] exhibitorem presentium suum constituit fecit ac ordinavit procuratorem ac nuntium specialem quoad petendum exigendum ac recipiendum omnia et singula debita sua, in quibus quicumque sui debitores predicto nostro oppidano sunt obligati, dans et concedens predicto suo procuratori plenam potestatem ac speciale mandatum predicta debita petendi exigendi ac recipiendi et eis receptis de eisdem quitandi et omnia alia et singula faciendi, que in premissis fuerint facienda et que ipsemet faceret seu facere posset, si personaliter interesset, ratum et gratum habiturus, quidquid per predictum eius procuratorem seu nuntium in premissis actum fuerit ordinatum dictum seu etiam procuratum. In testimonium omnium premissorum sigillum ville Gandensis presentibus litteris usque ad annum post datam presentium litterarum duraturis duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo decimo octavo, in festo nativitatis beate Marie virginis. Illam autem rasuram dictum Coevoet in principio tercie linee approbamus.

Original, Pergament, mit abhangendem, beschädigtem Siegel der Stadt Gent mit dem Sekret als Rücksiegel in grünem Wachs.

427.

Johann Valkener, Bürger in Gent, bevollmächtigt Johann Coevoet, seine ausstehenden Forderungen einzuziehen. — 1318 September 14.

a) *Davor* d[i]c[tu]m *durch daruntergesetzte Punkte getilgt.* b) dictum Coevoet *auf Rasur; vgl. den letzten Satz der Urkunde.*

Universis presentes litteras inspecturis. Noverint universi tam presentes quam futuri, quod ego Johannes dictus Valkenere oppidanus Gandensis pono ac constituo Johannem Coevoet meum certum ac legitimum procuratorem sive nuntium fidelem de recipiendo omnia debita mea in quocumque loco ac de diversis hominibus. Et quicquid predictus Johannes egerit aut fecerit mihi ratum et firmum sum habiturus. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini MCCC decimo octavo, in exaltatione sancte crucis.

Original, Pergament mit anhängendem, beschädigtem Siegel in rotem Wachs.

428.

Die Grafen Gerhard III. und Johann III. von Holstein schließen mit dem Grafen Johann II., seinen Mannen und der Stadt Kiel einen Friedensvertrag, in dem das Recht der Belehnung mit der gräflichen Pfründe in Hamburg und alles in dieser Stadt befindliche gräfliche Gut, soweit es nicht verpfändet ist, dem Grafen Johann II. zuerkannt, die Lösung der verpfändeten Güter aber seinen Vettern Gerhard III. und Johann III. vorbehalten wird. — 1318 Oktober 15.

In Godes namen amen. We Gherrad unde juncher Henneke van der gnadhe Godes greven to Holsten unde to Stormeren bekennet des unde betuget dat in desseme breve, dat we uns mit unseme vedderen greven Johan to Holsten unde tome Kyle unde sinen mannen unde der stad to deme Kyle ganceliken vorenet[a] unde sonet hebben umme al de scelinghe unde tweinghe, dede swesen hevet twischen en unde uns umme de herscop unses vedderen unde umme greven Aleve sinen sonen, de dar dot blef, unde bekennet en unde al eren helperen, beide mannen unde der stadt tome Kyle, unde al den, de dar ane bedacht sint, ener gancen sone vor uns unde vor al den, de dor uns icht don unde laten willen. Unse veddere greve Johan heft ok oppelaten uns al de herscop, de he hadde in deme lande to Holsten, mit godeme willen unde scal uns se ok oplaten vor unsem heren, dem hertoghen van Sassen, of he ene hebben mach; wer des nicht, so scal he it don, mit sinen openen breven, wan we dat van eme hebben willen, mer he scal beholden sine levedaghe dat hus to dem Kyle unde de stad, also it beleghen is, unde darto de lenwar der ghestliken len binnen der stad, unde de lenware der provene to Hamborch unde dat botergelt to Vreslant; unde wat gûdes is in der stad to Hamborch unvorsad, dat scal he hebben sine dage, unde wat dar vorsad is, dar hebbe we de losinghe ane, unde wat he gûdes heft in Denemarken, dat scal he beholden, dar scole we ene to vorderen, so we best moghen. Hirenbovene scal he hebben sine dage seshundert mark gheldes mit allem rechte in der herscop tome Kyle, wor it eme alderbest behaghet, als it screven steit an sinen breven. Van den seshundert mark gheldes scal he leggen viftich mark gheldes to ener vicarien oder to twen oder to godestenest, wor unde wo it eme it behaghet. Unde de viftich mark gheldes scole we eghenen, unde he scal beholden darover de lenware sine dage. Wat hir boven gûdes is in der herscop tome Kyle, dar scole we mede ghelden den rideren unde

a) *Or.* vorenenet.

den knapen, de unseme vedderen wunnen hebbet unde vor ene lovet hebben, unde den ratmannen to deme Kyle twelfdusent mark penninghe. Se scolen ok nemen vif mark gheldes mit allem rechte vor hundert mark, mer we moghen dat gût losen oder weme we is gunnen umme de sulven penninghe twischen hir unde sunte Mertins dage, de nu kumpt, vort over en iar.[1] Wat we des nicht losen binnen der tit oder weme we des gunnen, dat scal bliven er rechte lengût der borgheren like den ridderen unde knapen. Unde wor se it setten oder vorkopen, dar scole we it lenen mit willen. De penninghe, de darbovene sint umberet van deme gûde, der sint twedusent mark unde seshundert mark penninghe; vor de summen hebbe we twe heren mit verundetwinthich ridderen unde knechte entruen lovet to beredende de helfte nu to sunte Mertins dage vort over en iar,[1] de anderen helfte van deme sunte Mertins dage vort over en iar.[2] Wer dat, dat we nicht denne gûlden, also dar vorsproken is, so scole we mit den verundetwinthich ridderen unde knechten to den vorsproken tiden inriden, also we lovet hebben, unde nicht uth, dat ghelt si bereth mit pande oder mit pennighe oder mit minnen over to wesende. Vordmer de man, de nu unses vedderen helpere hebben wesen, de scolen sine man bliven, unde anders neman. Vordmer scal ghewelk man, de in desseme orloghe heft begrepen wesen, sin gûth unde sine scult binnen unde butenne vinden unde bruken ane bisprake, also he it leth vor deme orloghe. Vordmer de stad to dem Kyle, de scal bruken Lubesches rechtes, alse to Lubeke en rechte is, se scal ok beholde[n] al de vriheit, de se hevet ghehat bet an dessen dach; unde al de hantfestinghe, de se bewisen moghen, de se hebben hat van unseme vedderen unde van sinem vorvaren, de stedeghe we mit dessen breven. We scolen ok unsen vedderen unde sin gût unde sine man unde de stad tome Kyle unde ere gût vreden vor al den, de dor uns icht don unde laten willen. Vordmer unses vedderen man unde de stad tome Kyle hebbet huldet mit unses vedderen volbort uns juncher Henneken unde entruwen lovet unde oppen hilghen sworen, dat se uns na unses vedderen dode holden scolen vor eren rechten heren unde scolen uns dat slot tome Kyle tor hant holden unde dat nicht untferen bi unses vedderen levende, unde scolen uns dat antworden umbeworen na sineme dode; worde uns to kort, so scolen se it antworden deme it to rechte boret, unde we scolen unses vedderen viande nicht werden bi sinem levende. Vordmer worde desser dingh, de in desseme breve screven sint, gicht tobroken, so scal unse veddere twe sine riddere darto sennen unde we twe riddere; de ver riddere scolen riden in de stad tome Kyle unde scolen dat binnen ver weken inttwerren, also se ere recht darto don willen, dat se it also wolden nemen unde gheven; kunden se des nicht don, so scole we twe heren, greve Ghert unde juncher Henneke, unde we vertichtriddere unde knechte, der namen hir screven stad, inriden in de slote to Rindesborch unde to[a] Plone unde dar nicht uth, de sake se untworen. Oppe dat, dat alle desse dingh stede unde unghebroken bliven, so hebbe we twe heren, greve Ghert unde juncher Henneke, unde we vertichtriddere unde knechte, der namen hir screven stad, darop entruen lovet unde to ener orkunde

a) *Über der Zeile hinzugefügt.*

1) *1319 November 11.*
2) *1320 November 11.*

unse ingheseghele henghet to dessen gegenwardeghen breven. De namen der levere sint dith: her Hinrik van Alverstorp, her Luder van Plone, her Johan Maruce, her Volrad van Ascheberche, her Johan van Ratmerstorp, her Detlef van Bocwolde, her Nicolaus van dem Dorne, her Detlef Hornestorp, her Johan Ransowe, her Johan van Sigghem, her Godscalk van Aschenberch, her Otto van Bocwolde, her Otto van Kuren, her Otto Sten, her Otto Rughemor, her Sifert van Ghycowe, her Vrederik van der Krempen, her Steffen van Alverstorp, her Wlf van Westense, her Luder van Owe, her Doso Blok, her Hartwik van Revetlo, her Eler van dem Kyle, her Hartwich van dem Crummendike, her Arnold Visbeke, her Wlf van Brocowe, her Hartwich Blok, we riddere; Marquart Carsowe, Hinrik van Rickelkestorpe, Hinrik, Luder unde Eler de brodere Storme, Henneke van Plone, Make Swaf, Woleke van deme Butle, Otto Wensinen, Nicolaus Crummendike, Timmo Blok, Nicolaus Blok unde Bertolt van dem Borstele, we knapen. Desse bref is ghegheven van Godes bort dusent iar drehundert iar achtingh iar, des sonendaghes, do it was sunte Gallen avent.

Original, Pergament, im Stadtarchiv zu Kiel. Von den 11 angehängten Siegeln sind nur noch die an 3. und 4. Stelle hängenden, stark beschädigten Siegel der Ritter Hinrik van Alversdorp und Luder van Plone vorhanden. — Rückaufschrift (16. Jahrh.): Vertrag der grafen tho Holstein Ao. 1380 (!); *ferner, von späterer Hand:* P II C 1 No. 1b. — *Die Urkunde befand sich früher im Staatsarchiv der Provinz Schleswig-Holstein.*

Gedruckt: Falck, Neues Staatsbürgerliches Magazin VII, S. 86 und Schlesw. Holst. Lauenb. US. II, Nr. 125, mit der unrichtigen Jahreszahl 1315, nach einer schlechten Abschrift in Bremers Chronik von Kiel, S. 107 ff. des im Stadtarchiv zu Kiel aufbewahrten Exemplars. In den Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III ist die Urkunde zweimal gedruckt: einmal nach der eben erwähnten Abschrift mit der unrichtigen Jahreszahl 1315 unter Nr. 319, das zweite Mal mit dem richtigen Datum nach dem Original, aber fehlerhaft und unvollständig, unter Nr. 370.

Verzeichnet: Regesta Danica 2. Ser. I, Nr. 1116.

429.

Herzog Erich I. von Sachsen-Lauenburg gestattet den Bewohnern von Kirchwärder und Gamme, bei Fortzug ihre Baulichkeiten abzubrechen und mitzunehmen, befreit dadurch das Kloster Scharnebeck von der Pflicht, sie in solchem Falle zu entschädigen, und gesteht dem Kloster ferner freie Ausfuhr des Naturalzinses aus den genannten Gebieten zu. — Ratzeburg, 1318 Oktober 22.

Ericus Dei gratia dux Saxonie, Angarie et Westfalie omnibus presens scriptum visuris vel audituris salutem in Domino. Libertates, quas de gratie nostre liberalitate sperantibus indulgere solemus, ad commodum sic nostrarum muniri volumus testimonio litterarum, ut contra quoslibet pravorum incursus robur optineant et validum firmamentum. Igitur tenore presencium recognoscimus et pupblice protestamur, quod, quia viri religiosi abbas et conventus griseorum in Scermbeke se ad subsidium redemptionis nostre[1] liberales

1) *Über die Gefangennahme des Herzogs vor Stralsund im Jahre 1316 und seine Lösung aus der Gefangenschaft vgl. Die Chroniken der niedersächsischen Städte: Lübeck, 1. Band, S. 430.*

fructuosos et benivolos exhibuerunt et cum ipsis ad reconpensam huiusmodi benivolencie ex merito obligemur, damus et concedimus ipsis ex liberalitate gratie nostre, quod, si quemquam colonorum aut subditorum dicti conventus in Kerchwerder et in Gamma commorantium ab ipso conventu et bonis eiusdem cedere contingeret, edificia sua infringere et libere deducere possit, quocumque placet, nec abbas aut conventus ipsa edificia eisdem colonis solvere compelletur. Preterea annuimus et concedimus, quod predictus abbas et conventus censum ipsorum, qui ex dicta palude Kerchwerder et Gamma ipsis provenerit, quocumque ipsis placuerit, deduci faciant, nostris advocatis et officiatis irrequisitis, nisi nos ex mandato speciali evectionem annone sive census dicto conventui duxerimus inhibendam. Ad observantiam premissorum presens scriptum nostri sigilli robore consignatum ipsi conventui iussimus presentari. Huic facto presentes fuerunt et testes sunt Johannes de Crummesse, Hinricus, Dethlevus et Walricus fratres de Duvense et Bertoldus de Ritzerowe milites nostri et quam plures alii fide digni. Datum anno Domini MCCCXVIII, in die Severi confessoris, in castro nostro Raceborgh, per manum Ulrici notarii nostri.

Original, Pergament, im Staatsarchiv zu Hannover, mit anhängendem, leicht beschädigtem Reitersiegel des Herzogs. — Rückaufschrift (15. Jahrh.): De bonis in Kercwerder quantum ad edificia; *ferner:* A.

Gedruckt: Sudendorf, UB. IX, Nr. 131[2]; Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 371.

430.

Herzog Erich der Jüngere von Sachsen-Lauenburg nimmt die Stiftsherrn von St. Andreas in Verden als Kapläne an und bestätigt ihnen den Zehnten von Warwisch in Kirchwärder. — 1318 Oktober 31.

Wy Erik de jungher van Godes gnaden hertoghe to Sassen, Enghern unde Westfalen bekennen unde bethueghen openbar in dessem breve, dat wy de eeraftghen heren, her Merten den dêken, hern Bernde van Sthedenberghe yeghenwardech unde de menen canonike sunte Andreas to Verden entphaet unde hebbn entphanghn to usen capellanen unde willt unde scolet se vordeghedinghn unde vorbidden, dar is em not is. Unde willt se nicht mer hindern oft hindern laten in erem thegheden to Warwysch in dem Kercwerder, men wy willt se und de ere vorderen mit ghueden trûwen, wor wy moghet. To ener bekantnisse is use ingheseghel hirto henght. Na Godes bort drutteynhundert jar, in dem achtensthem jare, des dinxstedaghs vor alle Godes hilghen daghe.

Original, Pergament, mit abhangendem, beschädigtem Reitersiegel des Herzogs, im Staatsarchiv zu Hannover. — Rückaufschrift (15. Jahrh.): Super decima Warwisch, *ferner (16. Jahrh.):* C. Im Kirchwerder.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 372.

431.

Herzog Erich I. von Sachsen-Lauenburg bewilligt dem Kloster Lüne, daß während der nächsten vier Jahre jedermann auf der dem Kloster gehörigen Windmühle in Kirch-

wärder[1] gegen Entrichtung des üblichen Mahllohns mahlen dürfe, und gesteht ihm ferner freie Ausfuhr des ihm im herzoglichen Gebiete zu zahlenden Naturalzinses zu. — 1318 November 10.

Ericus Dei gratia dux Saxonie, Angarie et Westfalie omnibus presens scriptum visuris vel audituris saluten in Domino. Actiones hominum oblivionis scrupulus plerumque consumeret, nisi scripturarum aut testium fideli presidio munirentur. Igitur ad noticiam universorum cupimus pervenire, quod, quia honorabilis vir dominus Gherlacus prepositus sanctimonialium in Lune et . . priorissa totusque conventus ibidem se ad subsidium redemptionis nostre[2] pro possibilitate sua liberales fructuosos et benivolos exhibuerunt et cum ipsis ad recompensam huiusmodi benivolentie ex merito obligemur, damus et annuimus, ut ad molendinum ipsorum aereum, quod habent in Kerktwerdere, omnes volentes licite molere possint per quatuor annos inmediate sequentes a presenti festo Martini[3] computandos et quod idem prepositus et conventus de ipso molendino emolimentum et fructum recipiant, sicut alias generaliter recipi est consuetum. In optione tamen nostra erit, utrum finitis hiis quatuor annis ipsis dictum molendinum licenciare ulterius an prohibere velimus. Preterea concedimus eisdem preposito et conventui, ut censum ipsorum, qui ipsis de bonis ipsorum, que habent in terra nostra, provenerit, quocumque ipsis placuerit, deduci faciant, irrequisitis nostris advocatis seu officialibus, non obstante, si evectionem annone de terra nostra generali interdicto duxerimus prohibendam, nisi ipsis preposito et conventui ob aliquam causam prohibicionem et mandatum super hoc direxerimus speciale. In cuius rei testimonium presens scriptum nostri sigilli robore consignatum eisdem preposito et conventui iussimus presentari. Datum anno Domini MCCCXVIII, in vigilia beati Martini confessoris.

Original, Pergament, im Staatsarchiv zu Hannover, mit anhängendem, leicht beschädigtem Reitersiegel des Herzogs. — Rückaufschrift (15. Jahrh.): Kerkwerder, *ferner* B.
Gedruckt: Sudendorf, UB. IX, Nr. 131[3], mit dem unrichtigen Datum November 14; Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 373.

432.

Papst Johann XXII. beauftragt den hamburgischen Domkantor [Bruno], dafür Sorge zu tragen, daß die von den lübeckischen Bischöfen unrechtmäßig veräußerten Tafelgüter ihres Bistums[4] wieder herbeigeschafft werden. — Avignon, 1318 November 16.

Johannes episcopus [servus servorum Dei][a] dilecto filio . . cantori ecclesie Hamburgensis Bremensis diocesis salutem.[a] Ad audientiam nostram pervenit, quod tam venerabilis frater noster episcopus Lubicensis quam predecessores sui episcopi Lubicenses, qui fuerunt pro tempore, decimas terras domos possessiones vineas prata pascua nemora molendina redditus iura iurisdictiones et quedam alia bona ad mensam suam episcopalem spectantia, datis super hoc litteris, interpositis iuramentis, confectis exinde publicis instrumentis, factis renunciationibus et penis adiectis, in gravem eiusdem mense lesionem nonnullis clericis et laicis aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam vel sub censu annuo concesserunt, quorum aliqui super hiis confirmationis litteras in forma communi a sede apostolica impetrasse dicuntur. Quia vero nostra interest super hoc de oportuno remedio providere, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus ea, que de bonis ipsius mense per concessiones huiusmodi alienata inveneris illicite vel distracta, non obstantibus litteris iuramentis instrumentis renunciationibus penis et confirmacionibus supradictis, ad ius et proprietatem eiusdem mense legitime revocare procures, contradictores [per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo].[b] Testes [autem, qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere].[b] Datum Avinione, XVI. kalendas Decembris, pontificatus nostri anno tercio.

Nach dem Transsumpt in einer im Staatsarchiv zu Lübeck befindlichen, in zwei Ausfertigungen erhaltenen Urkunde des päpstlichen Auditors Peter, Erzbischofs von Aix, von 1318 Dezember 4.[1]
Gedruckt: Lüb. UB. II, Nr. 366.

a) *Im Transsumpt steht* etc. *Ergänzt aus der mut. mut. gleichlautenden Urkunde von 1318 Mai 15, Meckl. UB. VI, Nr. 3980.*

1) *Über diese Mühle vgl. Mitteilungen des Vereins f. Hamb. Geschichte, Bd. IV (10. Jahrg.), S. 106f.*
2) *S. Nr. 429 Anm. 1.*
3) *1318 November 11.*
4) *Ein Verzeichnis der Einkünfte der bischöflichen Tafel aus der Zeit um 1280 ist abgedruckt im UB. des Bistums Lübeck I, S. 294ff. Unter den vom Bischof Heinrich (1317–1341) gemachten Zusätzen zu diesem Verzeichnis findet sich auch die Eintragung:* Item prebendam in Hamborgh alternatis vicibus.

433.

[Papst Johann XXII.] beauftragt den Bischof [Heinrich II.] von Lübeck, den Scholaster von St. Gereon in Köln und den Thesaurar der Hamburger Kirche, dafür zu sorgen, daß der Lübecker Domherr Heinrich von Hacdorp,[2] der in der beim päpstlichen Stuhl eingerichteten theologischen Fakultät das kanonische Recht studiere, gemäß den päpstlichen Bestimmungen während eines Zeitraumes von fünf Jahren die Einkünfte seiner Domherrnpfründe mit Ausnahme seines Anteils an den täglichen Austeilungen in derselben Weise, wie er sie beim Besuche einer Universität genießen würde, fortbeziehe. — Avignon, 1318 November 17.

a) *Im Transsumpt der zweiten Ausfertigung folgt:* etc. venerabilis fratris nostri . . episcopi Lubicensis precibus inclinati presencium tibi auctoritate mandamus, quatenus ea, que de bonis ad mensam suam episcopalem spectantibus alienata inveneris illicite vel distracta, ad ius *usw. wie am Schlusse der obigen Urkunde.* b) *Im Transsumpt steht* etc. *Ergänzt aus der mut. mut. gleichlautenden Urkunde von 1318 Mai 15, Meckl. UB. VI, Nr. 3980.*

1) *In dieser im Lüb. UB. II, Nr. 366 gedruckten Urkunde beurkundet der Erzbischof Peter von Aix* audientie litterarum contradictarum domini pape officium gerens, *daß der dem hamburgischen Domkantor erteilte Auftrag auf die Stadt Lübeck, die durch einen Prokurator Einspruch erhoben habe, keine Anwendung finden solle.*
2) *Richtiger wohl* Hattorp. *In dieser Form kommt der Name wiederholt im Lüb. Urkundenbuch vor.*

Venerabili . . episcopo Lubicensi et dilecto filio . . scolastico sancti Gereonis Coloniensis ac . . thesaurario Hamburgensi Bremensis diocesis ecclesiarum salutem. Dilectus filius Henricus de Hacdorpe canonicus Lubicensis in nostra proposuit presencia constitutus, quod ipse studio divini iuris, theologice videlicet facultatis, quod de mandato nostro apud sedem apostolicam regitur, inmoratur. Cum autem felicis recordationis Honorius papa III. predecessor noster duxerit statuendum, ut studentes in facultate predicta per quinque annos percipiant de licentia dicte sedis proventus beneficiorum suorum ecclesiasticorum, non obstante aliqua consuetudine vel statuto, ac postmodum pie memorie Innocentius papa IIII. predecessor noster statuerit, ut in dicta facultate studentes penes sedem eandem talibus omnino privilegiis libertatibus et immunitatibus gaudeant, quibus gaudent studentes in scolis, ubi generale regitur studium, ac percipiant integre proventus suos ecclesiasticos sicut illi: nos volentes, ut constitutiones predicte circa eundem canonicum observentur, ut sit ei mora, quam[a] occasione dicti studii apud eandem sedem contrahit fructuosa, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios eidem Henrico apud sedem predictam huiusmodi studio insistenti faciatis fructus redditus et proventus prebende sue Lubicensis iuxta predictarum constitutionum tenores, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, per idem quinquennium integre ministrari, proviso ne in fraudem constitutionum ipsarum aliquid attemptetur, contrarium per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Datum Avinione, XV. kalendas Decembris, anno tertio.

Registrum Avinionense Nr. 11, fol. 201b, im Vatikanischen Archiv zu Rom.

Verzeichnet: Preger, Über die Anfänge des kirchenpolitischen Kampfes unter Ludwig dem Baier (Abhandl. d. Hist. Classe der Bayerisch. Akademie der Wissenschaften Bd. 16, 1883, II. Abt.), S. 208; Riezler, Vatikanische Akten zur deutschen Geschichte in der Zeit Kaiser Ludwigs des Bayern Nr. 137, mit dem unrichtigen Datum November 18; Sauerland, Urk. u. Reg. z. Gesch. d. Rheinlande aus dem Vatik. Archiv I, Nr. 502; Mollat, Jean XXII., Lettres communes II, Nr. 8662.

434.

Graf Adolf VII. von Holstein beurkundet, daß Johann Mildehovet dem hamburgischen Bürger Heinrich Halstenbeke Renten im Dorfe Meiendorf verpfändet habe. — Hamburg, 1318 Dezember 10.

Adolphus Dei gratia comes Holsatie et Schowenborg universis Christi fidelibus presentia visuris seu audituris salutem in Domino. Recognoscimus in his scriptis publice protestantes,[b] quod dilectus nobis vasallus Johannes Mildehovet maturo[b] prehabito consilio coram nobis ac nostris dilectis vasallis obligavit Henrico dicto Halstenbeke nostro burgensi[c] in Hamborch suisque veris heredibus decem marcarum redditus in quinque mansis sitis in villa Meiendorpe sub nostra iurisdictione, quos colunt Swiderus Hennekinus supra Montem, Hennekinus Cingelenman frater Swideri, Henricus Smalenbeke et Johannes frater Syfridi, cum omnibus pertinentiis usufructibus atque bonis, videlicet pratis pascuis silvis virguleis[d] aquis aquarumque decursibus agris cultis et incultis, iudicio quoque

a) *Lies* qua? *Geschrieben ist* quā. b—b) *Fehlt in A.* c) *B* burgere. d) *B* virgultis.

maiori et minori, pro centum et octo marcis denariorum Hamburgensium cum omni iure, sicut ipsi[a] et sui progenitores ipsos redditus annis plurimis possederunt, sub tali forma, quod, si dictus Johannes Mildehovet dictam pecuniam in festo purificationis sancte Marie proximo anno affuturo[1] in civitate Hamborch persolverit, predicti redditus ad ipsum libere revertentur, si vero memorata pecunia tunc integraliter non fuerit[b] persoluta, predictus Henricus Halstenbeke ac sui heredes prescriptos redditus tanquam sua bona empta iusto emptionis titulo libere et pacifice perpetuis temporibus possidebunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Huius rei testes sunt strenui et famosi viri Buscho miles, Marquardus de Horst advocatus noster, Marquardus Stake, Buggeland,[c] Heyneke Halstenbeke civis Hamburgensis et quam plures alii fide digni. Datum et actum Hamborch, anno Domini millesimo trecentesimo decimo octavo, dominica proxima post festum beati Nicolai.

Original nicht mehr vorhanden.

Abschriften:

A. *in der im hamburgischen Staatsarchiv befindlichen Reichshofratsakte Nr. 169 mit Vorakten des Reichskammergerichts von 1549 an in Sachen des Kaiserlichen Fiskals gegen Holstein wegen Exemption der Stadt Hamburg. Das dem Archiv des hamburgischen Domkapitels entnommene Original ist am 16. Februar 1558 dem Kaiserlichen Kommissar Ludolf von Varendorf zu Bremen von dem Dekan und Scholaster des hamburgischen Domkapitels vorgelegt worden; ihm hing das Reitersiegel des Grafen in gelbem Wachs an.*

B. *im Reichsarchiv zu Kopenhagen, Faszikel Hertugdömmerne 1318,* „ex copia vet. auscultata in A. R. 1752“. *Die Abschrift ist nach einer beglaubigten Abschrift angefertigt, die den Beglaubigungsvermerk trug:* Concordat presens copia cum suo vero originali sigillato, quod ego Johannes Ristede publicus apostolica authoritate notarius hac manu mea propria attestor.

435.

Graf Johann III. von Holstein beurkundet, daß der hamburgische Domthesaurar Heinrich von Hamme, seine Brüder Otto und Marquard und sein Neffe Heinrich Renten aus dem Dorfe Lütjensee zur Dotierung einer Vikarie im hamburgischen Dom verkauft haben. — Hamburg, 1318.

Nos Johannes Dei gracia domicellus terre Holtsacie et Stormarie notum esse cupimus universis, quod honorabilis vir dominus Hinricus de Hamme thesaurarius ecclesie Hamburgensis et fratres sui, Otto videlicet et Marquardus, necnon et fratuelis ipsorum Hinricus dicti de Hamme vendiderunt de nostro beneplacito et consensu quatuordecim marcarum redditus denariorum Hamburgensium pro centum quinquaginta marcis eiusdem monete ad vicariam quandam in eadem ecclesia Hamburgensi dotatam, cuius collacio ad illos de Hamme dinoscitur pertinere. Quorum redditum molendinarius in villa Luttekense, qui pro tempore fuerit, decem marcas denariorum, Hinricus vero dictus Coz et Hinricus dictus Pepersac et eorum successores sive qui mansos, quos iidem nunc in eadem villa Luttekense inhabitant, coluerint, quatuor marcas denariorum annis singulis

a) *Fehlt in A.* b) *A* fuerat. c) *B* Bugelant.

1) *1319 Februar 2.*

infra octavam beati Martini[1] solvere tenebuntur. In quo molendinarius et coloni mansorum pretactorum si defecerint, minister et possessor vicarie pretacte, qui pro tempore fuerit, pro dictis redditibus sufficiencia pignora capiendi ab eisdem plenam habebit et liberam potestatem. Sed de speciali gracia dicto domino Hinrico et suis fratribus ab eo, qui nunc possessor dicte vicarie esse dinoscitur, extitit indultum, quod dictos redditus pro pecunia iam memorata reemere valeant in festo purificacionis beate virginis,[2] quandocumque eis visum fuerit expedire. Ipsis vero redditibus in eodem festo et termino reemptis dictus dominus Hinricus et fratres sui ad censum, quem in festo beati Martini anni sequentis tenebantur, minime sunt astricti. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo dicti domini Hinrici de Hamme presentibus est appensum. Datum Hamborch, anno Domini MCCCXVIII.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 110, Privilegia comitum LXXXVII. Überschrift: Super vicaria sub cripta, quam habet H. Volcmari, cuius redditus in Luttekense.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 379.

436.

Letztwillige Verfügungen des Krämers Pape. — [1318].

Pape institor bone memorie dedit in suo testamento ancille sue Ghesen hereditatem, in qua ipse morabatur, et partem mediam bonorum ad institeriam[a] pertinentem ac cetera bona mobilia sub hac forma, quod ipsa hereditate et bonis predictis solummodo uti debet bono modo temporibus sue vite nec maritum accipere potest super ipsa bona vel hereditatem nec aliquo alio modo male consumendi (!) vel alienandi (!) potest ipsa. Que quidem hereditas et bona post obitum eiusdem Ghesen ad vicariam perpetuam in ecclesia sancti Petri pertinebunt. Item idem Pape dedit ad ipsam vicariam C marcas denariorum, quas Symon eius gener erogabit.

Liber contractuum fol. 25.

437.

Das Kloster Zarrentin stellt dem hamburgischen Bürger Heinrich von Gronyg (Groningen) eine Schuldverschreibung über 33 lübische Mark aus. — [1318 oder 1319].[3]

Omnibus in Christi fidelibus Hinricus prepositus, Bertradis abbatissa, Ghertrudis priorissa totusque conventus ancillarum Christi claustri Cernetynensis devotas oraciones in virginis filio gloriose. Noverint universi, quibus tenor presentis littere fuerit revelatus, quod nos provido viro ac discreto Hinrico de Gronyg dicto in Hamburch civi obligamur in XXXIII marcis denariorum Lubicensium, quas eidem aut suis veris heredibus in festo

a) *Vorlage* insteriam.

1) *November 11—18.*
2) *Februar 2.*
3) *Der Propst Heinrich kommt vor in den Jahren 1316 bis 1319, die Äbtissin Bertradis und die Priorin Gertrud 1318 und 1319. Vgl. Mecklenb. UB. XI, S. 689.*

Michahelis proximo futuro procul omni dubio persolvemus, aut in eius amicicia prolixius permanentes. In huius igitur rei testimonium approbandum presenti scripto sigilla nostra dignum duximus apponenda.

Original, Pergament, im Geh. u. Hauptarchiv zu Schwerin, mit anhängenden leicht beschädigten Siegeln der Äbtissin und des Propstes; das Siegel der Priorin fehlt, Siegelstreifen erhalten.

Gedruckt: Mecklenb. UB. VI, Nr. 4041.

438.

Das hamburgische Domkapitel beurkundet die Stiftung einer Vikarie im Dom durch Marquard Katteskroch.[1] *— Hamburg, 1319 März 1.*

Omnibus presencia visuris et audituris nos Leo Dei gracia prepositus, Johannes decanus totumque capitulum ecclesie Hamburgensis cupimus esse notum, quod discretus vir Marquardus dictus Kattescroch laicus ad honorem Dei et pro anime sue salute de bonis sibi a Deo collatis vicariam unam instituit in ecclesia nostra iam dicta perpetuis temporibus permansuram. Ad cuius dotacionem dimidium chorum salis in salina Luneborch in domo quadam vulgariter Egedinge nuncupata cum viginti marcis denariorum Hamburgensium in pecunia parata ac medietatem ville Langelo cum iudicio maiore et minore ac distinctione terminorum suorum et cum omnibus utilitatibus et proventibus suis, sicut eandem hactenus pacifice possedit, Deo et beate Marie virgini libere resignavit, ita videlicet, si villa iam pretacta per prepositum . . priorissam et conventum sanctimonialium in Reynebeke iuxta continenciam litterarum super hoc confectarum reempta fuerit tempore ad hoc specialiter deputato, precium eiusdem ville, videlicet ducente marce cum predictis viginti marcis in usum dicte vicarie absque immutacione qualibet convertetur. Et memoriam duarum marcarum minister vicarie predicte ex nunc et in perpetuum annis singulis dare tenebitur de bonis et redditibus supradictis. Quam tamen memoriam post obitum memorati Marquardi iuxta mortis sue eventum deinceps volumus erogari. Prefatus vero Marquardus collacionem eiusdem vicarie honorabili viro domino Hinrico de Hamme nostre ecclesie thesaurario quoad vite sue tempora ex speciali amicicia et favore dimisit. Qui quidem thesaurarius eandem vicariam Hinrico clerico filio sororis dicti Marquardi ad presens contulit propter Deum. Et si ipsum Hinricum mori contigerit, dominus . . thesaurarius uni de filiis Alberti dicti de Holdenstede, qui beneficii[a] capax fuerit, de eadem nostro accedente consensu et beneplacito providebit. Dictoque domino . . thesaurario ab hoc seculo emigrante eiusdem vicarie collacio ad nos et ad capitulum nostrum, salvo tamen iure filii dicti Alberti, si idem filius supervixerit, libere transferetur. Verumtamen Marquardus predictus, quamdiu vixerit, dicti Hinrici filii sororis sue, ipso in minoribus ordinibus existente, tutor erit et fidelis provisor et personam ydoneam pro eo, qui vices suas in choro et alibi, sicut oportunum fuerit, debito modo suppleat, decano presentabit daturus eidem persone nomine salarii annis singulis decem marcas, quousque memoratum filium

a) *Statutenbuch:* beneficii sui.

1) *Vgl. Nr. 368 und 376.*

sororis sue ad gradum sacerdocii contigerit promoveri. Que quidem persona si propter displicenciam aliquam per nos reprobata fuerit, alia persona, quam approbare decreverimus, subrogabitur seu presentabitur loco sui. Ut autem hec omnia rata et firma permaneant nec de predictis omnibus immutetur aliquid in futurum, sigillum ecclesie nostre una cum sigillis predictorum Marquardi Kattescruch ac Alberti de Holdenstede presentibus est appensum. Datum et actum Hamborch, anno Domini MCCCXIX, feria quinta post dominicam, qua cantatur Invocavit.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 72, Privilegia capitularia LII. Überschrift: Super vicaria per Marquardum Cattescruch fundata, quam habet Nicolaus Vos. *Im Statutenbuch des Domkapitels ist noch von einer Hand des 17. Jahrhunderts bemerkt:* ad altare s. Martini prima.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 384.

439.

Graf Adolf VII. von Holstein verkauft die hohe und die niedere Gerichtsbarkeit über Horn, Dale, Boyze, den Hammer Wald, die Wiese Billhorn und den Hammer Brook sowie den Deichbann im Hammer Brook an die Hamburger Bürger Heinrich Blomemberch und Heinrich von Nesse. — Hamburg, 1319 März 18.

Adolfus domicellus Dei gracia comes Holtsatie et in Scowenborch universis in perpetuum presentia visuris seu audituris salutem in Domino sempiternam. Tenore presentium recognoscimus firmiter protestantes, quod nos cum consensu dilecte matris nostre domine Helene comitisse Holtsatie et Scowenborch necnon Gerhardi et Erici fratrum nostrorum fideliumque vasallorum nostrorum maturo prehabito consilio vendidimus dilectis nobis Henrico Blomemberch et Henrico de Nesse suo genero civibus nostris in Hamborch et ipsorum veris heredibus iudicium nostrum maius et minus in Horne, Dale, Boyze et silva dicta Hamme et prato dicto Billehorn et in Hammerbroke necnon bannum aggeris per idem Hammerbrok cum omnibus suis iuribus adiacentiis proventibus emolumentis et pertinentiis, prout pater noster bone memorie et nos predicta iudicium et bannum possedimus multis annis, pro ducentis marcis denariorum Hamburgensium nobis integraliter persolutis iusto emptionis titulo perpetuis temporibus quiete et libere possidenda. Dicti eciam Henricus Blomemberch et Henricus de Nesse ac ipsorum heredes possunt predicta iudicium et bannum pro sua pecunia obligare vendere vel donare cuicumque vel quibuscumque sue voluntati placuerit, salvis sibi omnibus et singulis conditionibus et libertatibus supradictis. Verumptamen iidem Henricus Blomemberch et Henricus de Nesse nobis contulerunt ex gratia speciali, quod nos aut heredes nostri eadem iudicium et bannum reemere possumus pro eadem pecunie quantitate infra viginti annos a data presentium continue computandos, non tamen quolibet tempore dictorum viginti annorum, sed solum inter festum beati Martini et festum nativitatis Domini nostri reemendi habebimus facultatem; elapsis autem dictis viginti annis prefata emptio et nostra venditio perpetue et irrevocabiles permanebunt. Huius rei testes sunt honesti viri dominus Johannes notarius canonicus ecclesie Hamburgensis, Johannes de Monte, Albertus de Holdenstede cives Hamburgenses, Marquardus Stake advocatus noster ac Henricus de Wilsede fideles nostri et quam plures alii fide digni. In quorum testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum Hamborch, in dominica Letare, anno Domini millesimo CCC decimo nono.

Original, Pergament. Das angehängte Reitersiegel des Grafen in grünem Wachs (Abb.: Milde, Siegel der Holstein-Schauenb. Grafen, Tafel 6, Nr. 31) ist abgerissen, aber erhalten. — Rückaufschrift auf dem Rest des Siegelstreifens: R[egistra]ta, *darüber auf dem Rücken der Urkunde:* k.

Beglaubigte Abschrift aus dem Anfang des 17. Jahrhunderts im Reichsarchiv zu Kopenhagen, Hertugdömmerne 1319. Die Beglaubigungsformel lautet: Hanc praesentem copiam bona et diligenti fide adhibita collationatam verbotenus concordare cum suo vero et sigillato originali ego Georgius van der Fechte jurium licentiatus, reipublicae Hamburgensis secretarius et prothonotarius testor manu propria. — *Georg von der Fechte wurde 1596 Sekretär, 1601 Protonotar und 1609 Ratsherr.*

Gedruckt: Hübbe, Hammerbröker Recht, S. 174; Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 385.

440.

Der Ritter Zabel von Lauenburg beurkundet die Beilegung eines Streites zwischen ihm und dem Kloster Lüne über das Rückkaufsrecht an Ländereien in Kirchwärder, die er am 31. Dezember 1311 dem Kloster verkauft hat. — 1319 April 4.

Universis in perpetuum presencia visuris ego Zabel miles dictus de Lovenborch cupio fore notum publice profitendo, quod anno Domini millesimo CCC duodecimo, in die beati Silvestri pape, accedente consilio et consensu heredum meorum omnium legitimorum, vendidi honorabili viro domino Johanni preposito totique conventui sanctimonialium in Lune quatuordecim iugera agrorum sita in insula dicta Kercweder(!) ad occidentalem partem ecclesie ibidem pro centum viginti marcis Hamburgensium denariorum titulo proprietatis in perpetuum possidenda, condicione tamen hac interposita, ut infra biennii spacium esset mihi facultas eadem iugera redimendi pro eadem pecunie quantitate. Pro quorum redempcione facienda inter eundem dominum Johannem prepositum ex una et me parte ex altera dissensio nascebatur, que procedente tempore per honorabilem virum dominum Gherlacum successorem eiusdem domini Johannis prepositum conventus antedicti Dei clementia necnon discretorum virorum Johannis de Monte et Ludolfi filii Volcekini civium Hamburgensium consilio est taliter ad concordiam reformata, videlicet quod idem dominus . . prepositus et conventus Lunensis superadditis mihi triginta marcis Hamburgensium denariorum obtinebunt in perpetuum dicta iugera hereditario iure cum omnibus proprietatibus emolimentis et proventibus, quibus ego a retroactis temporibus ea possedi, libere et quiete, revocacione seu impeticione qualibet procul mota. Ceterum volo omnia, que in primo contractu decreta fuerant, sub fide mea et compromissorum meorum prestita per me et omnes heredes meos natos et nasciturros[a] firmiter observari, hoc solum excluso, quod nobis dictorum iugerum reempcio non debetur. In cuius rei testimonium meum et Johannis de Monte, Ludolfi Volcekini predictorum, qui prefatam dissensionem, ut premittitur, reformaverant, sigilla presentibus sunt appensa. Datum anno Domini MCCC decimo nono, in die beati Ambrosii confessoris.

a) *Or.* natis et nasciturris.

Original, Pergament, im Staatsarchiv zu Hannover, mit den anhängenden Siegeln des Ritters Albert Zabel von Lauenburg und der hamburgischen Bürger Johann de Monte und Ludolf Volcekini. — Rückaufschrift (14. Jahrh.): Quatuordecim iugera, que vendidit nobis dominus Zabel. h.
Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 388.

441.

Die Provisoren des Heiligen Geist-Hospitals verlassen dem ehemaligen Provisor Elver eine Rente aus den Einkünften des Hospitals. — [1319, April 8].

Provisores domus sancti spiritus, videlicet Wolderus Pannicida et Johannes de Luneborg, cum consensu consulum resignaverunt et dimiserunt Elvero quondam provisori dicte domus de censu V marcarum denariorum, quem ipsa domus habet in hereditate Got[fridi] Vifportyngi, ut sita supra Nesse, in qua moratur, IIII marcas denariorum censuales eidem Elvero annis singulis censualiter erogandas. Has vero IIII marcas ipse recipiet temporibus sue vite. Preterea si soror eius Eybeke et filia dicte sororis eius Tibbeke mortuo Elvero supervixerint, dabuntur cuilibet earundem due marce de predicto censu annis quibuslibet expedite. Verum quecumque ex illis altera defuncta supervixerit, illi semper IIII marce supradicte dari debent qualibet occasione amputata omni tempore sue vite. Hiis tamen omnibus de hac luce sublatis nulli prorsus dabitur iste census. Si vero predictis Elvero, Eybeken et Tibbeken aliquid deficeret in censu annuatim dando vel hereditate predicta, hoc totum suppleri debet de bonis domus sancti spiritus memorata. Actum in pascha.

Liber reddituum s. Nicolai 1300—1400, fol. 35.

442.

Die Provisoren des Heiligen Geist-Hospitals verkaufen Heinrich Bremer dem Älteren aus Stargard eine Rente und räumen ihm eine Wohnung in dem steinernen Haus des Hospitals ein. — [1319], Mai 1.

Nos Wolderus de Molenbrucghe et Johannes de Luneborg consules Hamburgenses et provisores domus sancti spiritus in Hamborg recognoscimus et tenore presencium firmiter protestamur, quod nos cum consensu et voluntate dominorum consulum Hamburgensium vendidimus honesto viro Hinrico Bremere seniori de Stargarden redditus triginta sex marcarum denariorum Hamburgensium in domo sancti spiritus predicta ad tempora sue vite, quorum quidem reddituum novem marcas in pascha et novem marcas in festo beati Johannis babtiste et novem marcas in festo beati Mychaelis et novem marcas in nativitate Domini nos aut qui pro tempore dicte domus procuratores sibi dabimus annis singulis, quamdiu vixerit, expedite. Ceterum adiectum est, si idem personaliter presens non fuerit, quod dicti redditus dabuntur suo procuratori vel nuncio, quem ad hoc deputaverit, ut superius est expressum. Insuper habebit mansionem unam in domo lapidea predicte domus sancti spiritus, quamdiu vixerit, et in illa poterit habere expensis

propriis[a] servum aut ancillam, si sue placuerit voluntati. Preterea conditionaliter intervenit, si voluerit unam vaccam propriis denariis pro suo commodo comparare, illa cum vaccis domus sancti spiritus intrabit et exibit et in stabulo stabit et eodem pabulo nutrietur. Insuper est adiectum, quod omnia bona sua mobilia et immobilia, que post se reliquerit, quando migraverit ex hac luce, poterit libere legare cuicumque vel quibuscumque sue placuerit voluntati. Acta sunt hec in festo beatorum apostolorum Phylippi et Jacobi.

Liber reddituum s. Nicolai 1300—1400, fol. 35b. Die Eintragung ist durchstrichen.

443.

Die Brüder Heinrich, Lambert und Konrad von Hummersbüttel, genannt Struz, verkaufen dem ständigen Vikar im Hamburger Dom Nicolaus Decani eine Hufe in Hummelsbüttel und lassen ihn durch vier hamburgische Ratsherrn, denen zur Zeit die Gerichtsbarkeit über das Kirchspiel Eppendorf und das Dorf Hummelsbüttel vom Grafen Adolf von Holstein verliehen ist, in den Besitz einweisen. — Hamburg, 1319 Mai 6.

Noverint universi presentes litteras audituri vel visuri, quod nos Hinricus, Lambertus et Conradus fratres de Hummersbotle dicti Struz de maturo consilio et unanimi consensu vendidimus domino Nicolao Decani perpetuo vicario in Hamburg altaris ante faciem in ecclesia beate virginis unum mansum in villa Hummersbotle, in quo Johannes Longus in prima venditione morabatur, cum omni fructu et utilitate, cum pratis pascuis aquis et earum decursibus lignis silvis arbustis mor terminis et anschot, sicut nos et nostri progenitores possederunt pacifice et quiete, pro quo manso nobis viginti marcas et unam denariorum Hamburgensium in parato numeravit. Et idem mansus solvit annuatim quatuor modios siliginis et dimidium, qui dicuntur borchschepel, quatuor solidos et unum pullum in quolibet festo beati Martini persolvendos. Quem mansum cum suis proventibus emit a nobis hereditario iure perpetuo et libere possidendum et potest convertere in omnes usus seculares et spirituales sibi competentes. Qui quidem mansus quondam dilecto fratri nostro Neveling bone memorie pertinebat, et eum in sortem solutionis quinquaginta marcarum, quas nobis tenebatur, acceptavimus et vendidimus, sicut superius est expressum. Item per Johannem de Monte, Hinricum Blomenbergh, Albertum de Hollenstede et Nicolaum Franzoysere consules in Hamburg tunc iudicium parrochie Eppendorpe et ville Hummersbotle a comite Adolpho de Schowenburg tenentes dicto domino Nicolao suisque successoribus pacem firmari procuravimus et nomine nostro duci in possessionem ipsius mansi fecimus corporalem. Et ut hec venditio a nobis et nostris heredibus et successoribus quibuscumque perpetua et irrevocabilis perseveret, sigilla nostra huic scripto duximus appendenda. Et ego Nicolaus Decani suprascriptus concedo Hinrico, Lamberto et Conrado predictis famulis, ut eundem mansum possint reemere pro XXI marca(!) in quolibet festo beati Martini, ita tamen, quod mihi debent predicere in die beati Michahelis, quod velint expedite numerare pecuniam in die Martini subsequente; et hanc graciam reemendi habebunt per quinque annos a data presentium et non ultra. Huius venditionis et

a) *Vorlage:* expensas proprias.

emptionis testes sunt Johannes de Monte, Hinricus Blomenbergh, Albertus de Hollenstede, Nicolaus Franzoysere consules prescripti, Johannes de Hummersbotle et Lambertus famuli filii domini Hartwici et alii plures fide digni. Datum et actum Hamburg, in die sancti Johannis ante portam Latinam, anno Domini MCCC decimo nono.

Original, Pergament, mit Resten des ersten der angehängten drei Siegel, die beiden anderen fehlen. — Rückaufschrift (17. Jahrh.): Ad vicariam ante faciem beatae Mariae virginis eccl. 1319.
Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 391.

444.

Der Rat von Lüneburg beurkundet, daß Marquard Kattescruch im Einverständnis mit dem Kloster Reinbek eine Salzrente zur Stiftung einer Vikarie im Hamburger Dom bestimmt habe. — Lüneburg, 1319 Mai 6.

Nos consules civitatis Luneborch Albertus de Molendino, Nicolaus Schiltsten, Volcmarus de Sacco, Bertoldus Longus, Hermannus de Arena, Heyno de Lubeke, Hinricus de Parchem, Hermannus cum Cuna, Hermannus Hoth, Nicolaus Garlop, Eylemannus de Selden, Hartwicus de Salina notum esse cupimus universis Christi fidelibus presens scriptum visuris sive audituris, quod Marquardus Kattescruch ardore succensus divino de honorabilis viri domini Danielis prepositi, Alheydis priorisse tociusque conventus sanctimonialium monasterii Reynebeke consilio et consensu necnon et de ratihabicione omnium legitimorum heredum suorum ob sue salutem anime donavit dimidium chori salis quolibet flumine in salina Luneborch in tota domo Eghetinge in quatuor sartaginibus ibidem positis ad unam perpetuam vicariam, quam dominus decanus et capitulum ecclesie Hamburgensis secundum consuetudinem sue ecclesie in sua ecclesia predicta officiari perpetuo procurabunt. In cuius donacionis noticiam et perpetuum testimonium nostre civitatis sigillum presentibus duximus litteris apponendum. Datum Luneborch, anno Domini MCCCXIX, Johannis ante portam Latinam.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 144, Privilegia civitatum XIX. Überschrift: Super dimidio choro salis pertinente ad vicariam Nicolai Vos, *und von anderer Hand:* Super cappella sancti Martini.

445.

Konrad, Bischof von Megara, weiht auf Bitten des Hauptmanns Nikolaus van Luneborch den Kirchhof auf der Insel Neuwerk. — 1319 Juni 22.

In nomine sancte et individue trinitatis. Universis presencia visuris vel audituris Conradus miseracione divina Magaricensis episcopus salutem in Domino sempiternam. Quoniam ex debito nostri nominis et officii quantitate et auctoritate tenemur utilitatibus fidelium in spiritualibus providere, hinc est, quod ad peticiones et instancias honorabilis burgensis de Hamborch domini Nicolai dicti de Luneborch, qui tunc temporis exstitit capitaneus in turri, que dicitur Nova Och, cooperante nobis gracia spiritus septiformis, consecravimus in eadem insula Nova Och cimiterium in opus pietatis et in fidelium

sepulturam. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris est appensum. Presentes fuerunt honorabiles plebani dominus Nicolaus de Dernichin, dominus Ludolfus de Utcapella, dominus Lephardus ibidem tunc temporis capellanus. Datum et actum anno Dominice incarnacionis MCCCXIX, in die sanctorum decem milium martirum. Ut ergo prefatum cimiterium devocius a Christi fidelibus frequentetur, autoritate Domini nostri Jhesu Christi et apostolorum eius Petri et Pauli confisi omnibus vere penitentibus confessis et contritis idem cimiterium pro animabus devote orando circumeuntibus XL dies et in karenam de iniuncta penitencia ipsis misericorditer in Domino relaxamus.

Original, Pergament. Das angehängte Siegel des Bischofs in grünem Wachs ist abgerissen, aber erhalten. — Unter der Falte rechts: R[egistrata] *und* ma (?). *Rückaufschriften:* E, *ferner* D *und* S.

446.

Die Bischöfe Heinrich von Lübeck, Marquard von Ratzeburg und Hermann von Schwerin klagen an Papst Johann XXII.: über das willkürliche Verfahren und die maßlosen Erpressungen des päpstlichen Bevollmächtigten Jacobus de Rota in der Beitreibung der Früchte des ersten Jahres aus den erledigten Benefizien[1] und bestellen zu ihren Prokuratoren die hamburgischen Domherrn Heinrich von Klütz und Mag. Andreas Stephani

(Et ad notificandum et significandum omnia et singula supradicta vestre sanctitati et ad petendum declaracionem super dubiis antedictis et super reformacione predictorum facimus et constituimus nostros veros et legitimos procuratores et nuncios speciales discretos viros dominum Hinricum de Clutz et magistrum Andream Stephani canonicos ecclesie Hamburgensis et quemlibet in solidum, ita quod non sit melior condicio occupantis,

1) *Jacobus de Rota aus der Diözese Cahors war zusammen mit Ademarus Targa und Matfredus de Montiliis vom Papst Johann XXII., der sich auf drei Jahre die Einkommen des ersten Jahres aller vakanten Pfründen vorbehalten hatte, zum Kollektor für die Kirchenprovinzen Magdeburg, Salzburg, Bremen und Riga ernannt worden. Vgl. darüber Mollat, Jean XXII. Lettres communes I Nr. 4963, 4969, 4977, 5272, 5273, 5281, 5285, 5291, 5292, 5299, 5302, 5309; Kirsch, Die päpstlichen Kollektorien in Deutschland während des 14. Jahrhunderts, Paderborn 1894, S. XXXIV ff. und Göller, Die Einnahmen der apostolischen Kammer unter Johann XXII., Paderborn 1910, S. 79 ff., wo freilich Jacobus de Rota selbst nicht genannt wird. An Stelle des Matfredus de Montiliis war anfangs Raymundus de Fontefagino zum Kollektor in den genannten Provinzen bestimmt gewesen, wie aus der Bulle des Papstes vom 6. Juni 1317 hervorgeht, in der er die Erzbischöfe von Magdeburg, Salzburg, Bremen und Riga, den Bischof von Cammin u. a. beauftragte, für sicheres Geleit der päpstlichen Kollektoren Sorge zu tragen (Verzeichnet: Schmidt, Päbstl. Urk. u. Reg. in den Geschichtsquellen der Provinz Sachsen XXI, S. 96, Nr. 18; Riezler, Vatikanische Akten, S. 49, Nr. 64; Pomm. UB. V, Nr. 3068). Noch vom selben Tage aber ist die Vollmacht des Papstes für die drei Kollektoren datiert, in der an Stelle des Raymundus de Fontefagino Matfredus de Montiliis erscheint (Schmidt, S. 96, Nr. 19). Die drei Kollektoren teilten unter sich das ihnen überwiesene Gebiet so, daß Ademarus Targa die Provinz Salzburg, Matfredus de Montiliis die Provinz Magdeburg und die Diözese Cammin, Jacobus de Rota die Provinzen Bremen und Riga übernahm (Kirsch, S. XXXVI). Die Abrechnung des Jacobus de Rota ist im Kollektorienbande 183 des Vatikanischen Archivs erhalten und von Kirsch, S. 85 ff. veröffentlicht worden. Der auf die hamburgische Propstei bezügliche Abschnitt (Kirsch, S. 91 ff. — Die in runde Klammern gesetzten Worte sind Ergänzungen des zum Teil durch Feuchtigkeit zerstörten Originals durch den Herausgeber) lautet folgendermaßen:*

sed quod unus inceperit, alius facere possit et finire). — *Lübeck, 1319 Juli 21* (Datum Lubeke, anno Domini MCCCXIX, XII. kalendas Augusti).

Original, Pergament, im Landesarchiv zu Oldenburg, mit dem anhängenden, leicht beschädigten Siegel des Bischofs Heinrich von Lübeck mit Rücksiegel; die angehängten Siegel der beiden anderen Bischöfe fehlen. — Rückaufschrift (14. Jahrh.): Nota ordinem episcoporum Lubicensis, Ratzeburgensis et Zwerinensis, qui scribunt pape excessus diversos collectoris fructuum vacantium beneficiorum primi anni et petunt sibi subvenire contra illum collectorem. *Vgl. dazu UB. des Bistums Lübeck, Nr. 483 Anm. und S. 3 Anm.*

Gedruckt: UB. d. Bistums Lübeck, Nr. 483; Mecklenb. UB. VI, Nr. 4089.

Sequitur recepta provincie Bremensis. Et primo (de prepositura Hamburgensi).

Et quia episcopatus iste breviter (?) habet duas partes: unam citra Albiam (in qua existit sedes) metropolitana in loco vocato de Brema et aliam partem ultra Albiam ubi prepositura Hamburgensis existit et antiquitus metropolitana sedes consuevit esse, ideo de ista prepositura tanquam de anticquiori parte primo ponitur recepta.

1. In primis igitur tempore date reservationis vacavit prepositura Hamburgensis et vacaverat per mortem, et iuxta taxationem repertam in solutione decime tanquam utiliorem preelectam solvit C marchas Hamburgensium denariorum.
2. Item tempore date reservationis vacabat scolastria Hamburgensis et prepositura in Rameslo quas optinet de facto Hinrici dux (?) licet contra constitutionem Execrabilis, pro quibus solvit LXX marchas Hamburgensium denariorum.
3. Item in primo anno reservationis vacavit in ecclesia ipsa Hamburgensi quedam prebenda per consecrationem domini Hinrici episcopi Lubicensis et iuxta sui existimationem repertam in solutione decime solvit LX marchas Hamburgensium denariorum.
4. Item eodem primo anno vacavit alia prebenda per mortem in ecclesia ipsa Hamburgensi et iuxta taxationem ipsius ad decimam solvit LX marchas Hamburgensium denariorum.
5. Item eodem primo anno vacavit ecclesia de Hilgestede per mortem et iuxta taxationem suam solvit LXX marchas Hamburgensium denariorum.
6. Item in secundo anno reservationis vacabat ecclesia in Sistera per mortem et licet non reperiretur taxata solvit X marchas Hamburgensium denariorum.
7. Item eodem anno secundo vacavit ecclesia in Crucowe per mortem et iuxta sui existimationem repertam solvit XXX marchas Hamburgensium denariorum.
8. Item in secundo anno vacavit ecclesia in Radelvesteda (*so statt* Radelnesteda, *wie Kirsch druckt*), solvit XX marchas Hamburgensium denariorum.
9. Item eodem anno secundo vacavit ecclesia in Wedela per mortem, solvit XVI marchas Hamburgensium denariorum.
10. Item in tercio anno reservationis vacavit ecclesia in Wilstria et iuxta taxationem decime solvit LI marchas cum dimidia Hamburgensium denariorum.
11. Item in tercio anno vacavit ecclesia de Nienbroke (*so statt* Membroke, *wie Kirsch druckt*), solvit XVI marchas Hamburgensium denariorum.
12. Item in tercio (anno) in ecclesia Hamburgensi vacavit vicaria quam nunc habet Vernerus de Stadis, solvit VII marchas cum dimidia Hamburgensium denariorum.

Summa omnium receptorum istius prepositure Hamburgensis DXI marche IV solidi Hamburgensium denariorum.

[Bemerkung des Revisors:] Apro(bo).

Der Gesamtbetrag stimmt nicht. Es ergeben sich nur 511 ℔. Von beiden Zahlen abweichend wird der Betrag bei der Umwechslung in Gulden (Kirsch, S. 101: Sequitur cambium denariorum Hamburgensium) *auf 501 ℔ 7 ß angegeben. Es heißt dort:* De predictis vero DI marchis cum dimidia I solidum minus Hamburgensium denariorum empti fuerunt DCLXVIII floreni cum duabus partibus unius floreni, dando pro singulis florenis XII solidos illorum denariorum, marcha computata est pro XVI solidis illorum denariorum.

447.

Herzog Erich I. von Sachsen-Lauenburg bestätigt einen Vertrag, den der Propst des Klosters Reinbek und Johann Mekilcken über Güter in Neuengamme abgeschlossen haben. — 1319 Juli 22.

Verzeichnet: 1. in dem im Staatsarchiv zu Kiel befindlichen handschriftlichen „Register der Siegel und Briefe auf die Reinbeckischen Güter“, fol. 12: Hertzog Erich zu Sachsen confirmirt den vortragk zwischen dem Probst zum Reinbeck und Johann Mekilcken der guter halben in der Newen Gamme. Ao. 1319 in die beati Marie Magdalene; *2. Westphalen, Mon. ined. IV, Sp. 3422, Nr. 33 (mit dem wahrscheinlich unrichtigen Namen:* Weckelcken*), nach der Originalurkunde des Klosters Reinbek, die ebensowenig wie eine Abschrift aufzufinden war.*

448.

Der Ritter Erich Marschalk und sein Sohn Seghebodo beurkunden, daß das Kloster Harvestehude ihnen ihren Zehnten in Ober-Twielenfleth und vier Morgen Landes in Bardesflet abgekauft habe.[1] — 1319 Juli 24.

Nos Ericus Marschalcus miles et Seghebodo filius eius omnibus presencia visuris et audituris cupimus esse notum, quod obtinuimus per multas et varias preces quorundum amicorum nostrorum et fautorum, quod honorabilis dominus Willekinus prepositus sanctimonialium in Valle Virginum emit a nobis decimam nostram in Overentwilenvlete et quatuor iugera in Bartesvlete pro ducentis marcis denariorum Stadensium, cum quibus procuravimus lucrum et commodum et utilitatem nostram. Nam recuperavimus bona nostra alibi graviter obligata. Nos itaque hoc attendentes, si ipsam decimam et iugera secundum[a] graciam nobis datam aliquo tempore recuperare fortassis non[b] contingeret, quicquid medio tempore longo vel brevi dictus dominus prepositus et suum cenobium commodi vel utilitatis habere vel consequi poterunt, immo totum usufructum decime et iugerum predictorum eis in remedium animarum nostrarum et nostrorum progenitorum et parentum donamus pure propter Deum et in eos transferimus per presentes, ne aliquis successorum nostrorum vel heredum possit sinistre aliquid suspicari. Sigilla[c] nostra presentibus sunt appensa.[c] Datum anno Domini MCCCXIX, in vigilia beati Jacobi apostoli.

Abschrift im Harvestehuder Kopialbuche, fol. 32b. Überschrift: De Overen Twilenvlete.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 395.

449.

König Eduard II. von England an die Sheriffs von London: befiehlt, die in Folgeleistung der Anordnung von 1317 Januar 28 — Nr. 381 — beschlagnahmten Güter, die Mitgliedern der deutschen Hanse in England gehören, freizugeben. — Hartford Bridge, 1319 August 15.

a) *Abschrift* secundam. b) *Später über der Zeile nachgetragen.* c—c) *Am Rande später hinzugefügt.*

1) *Vgl. Nr. 272, 273, 348.*

Rex vicecomitibus Londoniensibus salutem. Cum nuper ad prosecucionem Willelmi de Wyddeslade civis et mercatoris nostri Londoniensis nobis suggerentis ipsum quedam bona et mercimonia sua de averio ponderis ad valenciam trescentarum librarum, videlicet quinque balas amigdalarum ad valenciam duodecim librarum et decem solidorum et tria dolia, que continebant duo milia quadringentas quaterviginti et octo libras zucri in pane, ad valenciam centum quinquaginta et quinque librarum et decem solidorum ac crocum ad valenciam decem et novem librarum et duodecim solidorum necnon quibibes ad valenciam decem et septem librarum et octo solidorum ac eciam duas balas piperis ad valenciam decem et septem librarum et quindecim solidorum et sex denariorum necnon unam balam brasilii ad valenciam decem et septem librarum tresdecim solidorum et sex denariorum et clavos[a] gariophili ad valenciam triginta et unius librarum et septem solidorum ac eciam maces ad valenciam viginti et octo librarum et quatuor solidorum, in quadam navi Laurencii Pollessone de Brabancia apud le Sclus in Flandria posuisse usque in Angliam ad commodum suum inde faciendum ducenda et quosdam malefactores tam de partibus Hanonie, Holandie et Selandie quam de villis Colonie, Dortmunde, Rikelynghous, Lubike, Osenbrugge, Menstre, Grippeswold, Sussalt et Hamburghe ac aliunde de partibus Alemannie marinarios[b] in dicta navi existentes in costera maris prope Wyntertone in comitatu Norffolk armata potencia insultasse et bona et mercimonia predicta ab hominibus predicti mercatoris nostri in dicta navi tunc existentibus abstulisse et se cum eisdem bonis et mercimoniis, quo voluerunt, transtulisse bona et mercimonia illa eidem mercatori nostro taliter detinendo in ipsius mercatoris nostri dampnum non modicum et status sui depressionem manifestam, pro eo, quod comes Holandie et Selandie pro se ac burgimagistri scabini consules et ballivi de dictis villis Colonie, Dortmund, Rikelynghous, Lubyke, Osenbrugge, Menstre, Grippeswold, Sussalt et Hamburghe, quos per litteras nostras separatim rogavimus speciales, ut dicto mercatori nostro de bonis et mercimoniis suis predictis sic ablatis et sibi detentis debitum iusticie complementum ac de dampnis, que sustinuit ea occasione, emendas racionabiles fieri facerent, nichil inde ad rogatus nostros facere curaverunt, set eidem mercatori nostro super hoc defuerunt omnino in iusticia exhibenda, sicut maior et communitas civitatis nostre Londoniensis per litteras suas patentes communi sigillo suo signatas nobis significarunt, vobis preceperimus, quod omnia bona et mercimonia hominum et mercatorum tam de potestate dicti comitis quam hominum et mercatorum dictarum villarum Colonie, Dortmund, Rikelynghous, Lubyke, Osenbrugge, Menstre, Grippeswold, Sussalt et Hamburghe, que infra eandem civitatem inveniri contigerit, usque ad summam dictarum trescentarum librarum ac eciam dampnorum suorum predictorum legitime taxandorum arestari faceretis, pretextu cuius mandati nostri bona et mercimonia ad valenciam sexaginta et decem librarum super Hermannum le Skippere mercatorem Alemannie arestata prefato Willelmo in partem satisfaccionis trescentarum librarum predictarum fecimus liberari,[1] ac licet post-

a) *Vorlage* claves. b) *Vorlage* marinariis.

1) *Die betreffende Urkunde, York, 1318 Dezember 20, ist von Kunze, Hanseakten aus England, Nr. 64, abgedruckt.*

modum volentes[a] prefato mercatori nostro super recuperacione residui dictarum trescentarum librarum ac centum librarum, ad qua[s] dampna, que prefatus Willelmus sustinuit, in hac parte estimantur, subvenire, vobis preceperimus, quod omnia bona et mercimonia hominum et mercatorum tam de potestate dicti comitis quam hominum et mercatorum dictarum villarum Colonie, Dortmund, Rikelynghous, Lubyke, Osenbrugge, Menstre, Grippeswold, Sussalt et Hamburghe, que infra ballivam vestram inveniri contigerit, usque ad summam ducentarum et triginta librarum, que adhuc restant levande de dictis trescentis libris necnon et dictarum centum librarum pro dictis dampnis estimatarum, ut est dictum, sine dilatione arestari et salvo custodiri faceretis, quousque prefato Willelmo de predictis trescentis et triginta libris ad plenum fuisset satisfactum vel aliud a nobis super hoc haberetis in mandatis, intencionis tamen nostre non extitit nec existit, quod vos pretextu eiusdem mandati nostri bona et mercimonia mercatorum aliquorum de Hansa Alemannie infra regnum nostrum faceretis aliqualiter arestari: nos igitur nolentes, quod mercatores de Hansa predicta, quorum bona et mercimonia nuper in civitate predicta inventa pretextu dicti mandati nostri arestari fecistis, ut accepimus, indebite pregraventur, vobis precipimus, quod bona et mercimonia mercatorum de Hansa predicta, si que in civitate predicta pretextu mandati nostri predicti fecistis arestari,[b] et sine dilatione[b] dearestari[c] et mercatoribus de Hansa predicta, quorum sunt, liberari faciatis bona et mercimonia mercatorum eorundem nullatenus arestando occasione supradicta, donec aliud a nobis super hoc habueritis in mandatis.[1] Teste rege apud Herefordebrigge, XV. die Augusti.

Rot. lit. claus. 13. Edw. II. 18 im Public Record Office zu London. Am Rande: Pro mercatoribus de hansa Londoniensi.

Gedruckt: Lüb. UB. II, Nr. 1053.

Verzeichnet: Hans. UB. II, Nr. 341; Calendar of the Close Rolls. Edw. II. 1318—1323, S. 155; Pommersches UB. V, Nr. 3285; Dortmunder UB. I, Nr. 350 Anm. 1; Westfäl. UB. VIII, Nr. 1357.

a) *Über der Zeile nachgetragen.* b—b) *Über der Zeile nachgetragen.* c) *Verbessert aus* arestari.

1) *Auf Grund dieser Verfügung befahl der König am 17. September 1319, die Güter der Kaufleute Hermann Swarte aus Soest, Konrad ate Broke und Tidemann ate Way aus Greifswald freizugeben, da der Ältermann der deutschen Hanse zu London, Johann Lange, bezeugt habe, daß die Genannten zur Hanse gehörten (Kunze, Hanseakten aus England, Nr. 67; Calendar of the Close Rolls. Edward II. 1318—1323, S. 158). Nachdem indessen William de Widdeslade ihre Zugehörigkeit zur Hanse bestritten hatte, trug der König in einem aus Westminster vom 20. Februar 1320 datierten Schreiben (Verzeichnet: Hans. UB. II, Nr. 352)* maiori et vicecomitibus Londoniensibus *auf, Londoner Kaufleute, die überseeischen Handel trieben, unter Eid aussagen zu lassen* (quod ... per sacramentum tam proborum et legitimorum hominum ac mercatorum de eadem civitate [Londoniensi] partes transmarinas cum bonis et mercimoniis suis frequentancium ... diligenter inquiratis), *ob das Zeugnis des Ältermanns richtig sei und die genannten Kaufleute tatsächlich zur Hanse gehörten. Der Text dieses Schreibens, von dem eine Abschrift sich im Records Office der Guildhall zu London im Liber E, fol. 101 b und 102 befindet, stimmt mit dem oben abgedruckten Schreiben vom 15. August 1319 bis zu den Worten* haberetis in mandatis *(S. 347, Zeile 11 von oben) fast wörtlich überein. Die von 18 englischen Kaufleuten abgegebene Erklärung, die in dem erwähnten Liber E auf fol. 102 unter dem 21. März 1320 eingetragen ist (Verzeichnet: Hans. UB. II, Nr. 356), lautete dahin, daß die drei deutschen Kaufleute zu der Zeit, als ihre Waren mit Beschlag belegt wurden, Mitglieder der Hanse nicht gewesen seien* (quod predicti Hermannus, Conredus et Tidemannus non fuerunt mercatores de Hansa Almannie tempore, quo bona et mercimonia sua ad sectam Willelmi de Wydeslade per vicecomites Londonienses virtute cuiusdam brevis domini regis eisdem vicecomitibus directi arestata fuerunt).

450.

Der Pfarrer Johann in Bergedorf erklärt sich [auf Befehl des Bischofs Marquard von Ratzeburg und des päpstlichen Legaten Jacobus de Rota][1] *über seine Pfarreinkünfte. — [1319 August].*[2]

Ego Johannes sacerdos et plebanus in Bergherdorpe ad reditus ecclesie mee II talenta denariorum cum tribus mansis, sexaginta pullos; sunt eciam oblationes mee in pascha II marce, in pentecosten X solidi, in nativitate XII solidi, et prebendas per totum annum sunt XIIII solidi et de hiis omnibus do omni anno X marcas.

Original, Pergament, im Hauptarchiv zu Neu-Strelitz, mit Rest des abhangenden Siegels.

451.

Die Grafen Gerhard III., Johann III. und Adolph VII. von Holstein verkaufen die Zehnten und den Butterzins des Dorfes Grönland im Kirchspiel Süderau in der Kremper Marsch an den hamburgischen Domherrn und Notar Johann Bertrams Sohn und den ständigen Vikar im Dom Nikolaus, den Sohn Volzekos von der Mühlenbrücke.[3] *— Hamburg, 1319 September 8.*

In nomine Domini amen. Gerardus, Johannes et Adolphus Dei gratia comites Holtsatie et Stormarie et Scowenborch universis presencia visuris vel audituris salutem cum noticia veritatis. Propter hominum labilem memoriam expedit acta, que fiunt in tempore, voce testium et scripti patrocinio perhennari. Idcirco ad notitiam tam presencium quam futurorum cupimus lucide pervenire nos de consensu nostro unanimi et in solidum ac consilio nostrorum fidelium vasallorum Johanni notario filio Bertrammi canonico Hamburgensi atque Nicolao filio Volsekonis de Ponte Molendini dicte ecclesie perpetuo vicario dimisisse resignasse et vendidisse pro legitimo precio, quod ab eis recepimus in numerata pecunia, decimas nostras tocius ville dicte Gronlande cum toto censu butiri eiusdem ville site in parrochia Suderowe et in palude Crempen, pro quibus quidem decimis singulis annis dantur temporibus ad hoc statutis triginta due marce denariorum Hamburgensium ratione census perpetui, quod odingh dicitur, iure hereditario ac vigore proprietario libere et absque ullo impedimento perpetuo possidendas. Is vero census medius dabitur in festo Walburgis virginis[4] et medius in festo sancti Jacobi[5] subsequente. Damus eciam predictis Johanni et Nicolao omnem libertatem proprietatem usufructum utilitatem ac iusticiam, quas nos in eisdem decimis hactenus habuimus, et in ipsos earumdem decimarum proprietatem, que eghendom dicitur, similiter et omne ius, quod nobis et nostris

1) *Ergänzt nach der Angabe im Meckl. UB. VI, S. 454 Anm.*
2) *Die Datierung ergibt sich aus den ebendort gemachten Ausführungen. Die dabei erwähnte Taxe des Pfarrers zu Altengamme vom 23. August 1319 ist nach einer Mitteilung des Hauptarchivs zu Neu-Strelitz nicht mehr vorhanden.*
3) *Vgl. die Urkunde vom 12. März 1312, Nr. 256.*
4) *Mai 1.*
5) *Juli 25.*

successoribus competit et in futurum quomodolibet competere poterit, in totum et integraliter transferentes. Insuper adicimus, ut predicti divisim vel coniunctim in parte vel in toto has decimas et earundem decimarum redditus ac etiam dictum censum butiri licite hereditare vendere donare seu obligare poterint pro omni sua voluntate et utilitate, cuicunque vel quibuscunque eis visum fuerit expedire, eciam ecclesiis, personis ecclesiasticis sive secularibus, iure et proprietate superius annotatis. Preterea hec proprietas et libertas apud quemlibet vel quoslibet harum decimarum et censuum possessores perpetuo permanebit. Quibus eciam presens scriptum in omnibus articulis volumus suffragari nec a nobis et nostris successoribus instrumento alio indigent super istis. Item istarum decimarum seu redditūum ac censuum butiri tercia pars ad Johannem predictum et due partes ad Nicolaum eciam predictum equaliter pertinere noscuntur. Si vero quisquam has decimas seu censum aut possessores earumdem vel eiusdem impecierit occupaverit vel inbrigaverit, nos ab omnibus deoccupare deliberare et disbrigare volumus et debemus. In predictorum vero testimonium et signum perpetuum presentem literam sigillorum nostrorum munimine roboramus. Huius eciam rei testes sunt Johannes decanus, Hinricus thesaurarius, Bruno cantor ecclesie Hamburgensis, Marquardus de Westense, Borchhardus Otteshude, Ditlevus de Bocwolde, Sabellus de Lovenborch et Lodewicus Posth milites nostri, Ludeko Volsekonis, Bertrammus Tolnere et plures alii fide digni. Actum et datum Hamborch, anno Domini MCCCXIX, in nativitate beate Marie virginis.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 114, Privilegia comitum CI. Überschrift: Super decima in Gronlande et censu butiri pertinente ad vicarias Nicolai Volcekini.

Gedruckt: Staphorst, Hamb. Kirchengesch. I2, S. 235f.; Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 398, aus einer neueren Kopie im Staatsarchiv zu Schleswig, in der statt Gronlande *irrtümlich* Sommerlandt *steht.*

Verzeichnet: Schütze, Chron. Verz., Nr. 246.

452.

Herzog Rudolf I. von Sachsen-Wittenberg und Markgräfin Agnes von Brandenburg bestätigen und erweitern die Rechte der Städte Berlin und Kölln und bestimmen u. a.: Volumus eciam, quod pauperes cives civitatum premissarum cum suo frumento non minus quam divites suo tempore, cum decreverint, civitatem Honburch ac reliquas civitates frequentent navigando, nec aliquis miles aut vasallus debet uti mercimoniis emendo vel vendendo tamquam civis palam aut occulte. — *Berlin, 1319 September 30* (Actum et datum Berlyn, anno Domini millesimo tricentesimo decimo nono, in crastino die Michahelis archangeli).

Original, Pergament, im Stadtarchiv zu Berlin, mit dem an roten Seidenfäden anhängenden, beschädigten Reitersiegel des Herzogs mit Rücksiegel; das an gelben Seidenfäden angehängte Siegel der Markgräfin fehlt.

Gedruckt: Fidicin, Beitr. z. Gesch. der Stadt Berlin II., S. 17ff.

Verzeichnet: Hans. UB. II, Nr. 343.

453.

Herzog Rudolf I. von Sachsen-Wittenberg und Markgräfin Agnes von Brandenburg bestätigen und erweitern die Rechte der Stadt Spandau und bestimmen u. a., wie in

der Urkunde für Berlin und Kölln, Nr. 452: Volumus etiam, quod pauperes civitatis cives eiusdem cum suo frumento non minus quam divites tempore suo, cum decreverint, civitatem Hanburch ac reliquas civitates frequentent navigando, nec aliquis miles aut vasallus debet uti mercimoniis emendo vel vendendo palam tamquam civis aut occulte. — *Berlin, 1319 September 30* (Actum et datum Berlyn, anno Domini MCCCXIX, sequenti die Michahelis).

Original, Pergament, im Stadtarchiv zu Spandau, mit dem an roten Seidenfäden anhängenden, beschädigten Reitersiegel des Herzogs mit Rücksiegel. Das Siegel der Markgräfin fehlt, es ist überhaupt nicht angehängt worden.

Gedruckt: Riedel, Cod. dipl. Brandenb. I 11, S. 25f., nach einer Abschrift im Spandauer Kopialbuche Nr. 5.

454.

Der päpstliche Nuntius Mag. Jacobus de Rota erteilt dem hamburgischen Domherrn Mag. Pelegrin und dem Schöneberger Pfarrer Mag. Peter (venerabilibus viris magistro Pelegrino canonico Hamburgensi et magistro Petro plebano in Sconenberge) *den Auftrag, die päpstlichen Entscheidungen über die Erhebungen für die päpstliche Kammer auf der Ratzeburger Synode zu verkündigen. — Lübeck, 1319 Oktober 22* (Datum sub sigillo nostro in Lubeke, secunda feria post XI milia virginum, anno Domini MCCCXIX).

Original, Pergament, im Hauptarchiv zu Neu-Strelitz, mit Rest des anhängenden Siegels.
Gedruckt: Mecklenb. UB. VI, Nr. 4132.

455.

Acht Prioren der Predigerbrüder, darunter der Prior des hamburgischen Klosters (Nos fratres . . prior provincialis fratrum ordinis predicatorum per provinciam Saxonie . . prior Magdeburgensis . . prior Bremensis . . prior Lubicensis . . prior Halberstadensis . . prior Hildensemensis . . prior Sosaciensis . . prior Hamburgensis . . domorum prefati ordinis) *beurkunden den zwischen der Stadt Braunschweig und den dortigen Predigerbrüdern über ihre Zulassung geschlossenen Vergleich.*[1] — *Braunschweig, 1319 Oktober 31.* (Actum et datum Bruneswich, anno Domini MCCC decimo nono, in vigilia omnium sanctorum).

Original, Pergament, im Braunschweigischen Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, mit den abwechselnd an grünen und an roten Seidenfäden anhängenden Siegeln der acht Prioren nebst denen des Braunschweiger Priors und seines Konvents.

Gedruckt: Braunschw. UB. II, Nr. 866 als Transsumpt in der der Geistlichkeit, dem Rate und den Bürgern zu Braunschweig am gleichen Tage erteilten, im Stadtarchiv zu Braunschweig aufbewahrten Schutzurkunde des Herzogs Ottos des Milden von Braunschweig.

456.

Bischof Marquard von Ratzeburg stiftet im Ratzeburger Dom zwei Vikarien und überweist ihnen die Zehnten aus den im Kirchspiel Bergedorf gelegenen Dörfern Escheburg

1) *Vgl. dazu Deutsche Städtechroniken XVI, S. XVff.*

und Börnsen (decimas villarum Escheborg et Borneshem in parrochia Bergherdorpe sitarum). — *Ratzeburg, 1319 Oktober 31.* (Datum et actum Raceborch, anno Domini MCCC decimo nono, in vigilia omnium sanctorum, pontificatus nostri anno undecimo).

Original, Pergament, im Hauptarchiv zu Neu-Strelitz, mit den anhängenden, leicht beschädigten Siegeln des Bischofs und des Propstes der Ratzeburger Kirche Ekkehard; das ebenfalls angehängte Siegel des Ratzeburger Domkapitels fehlt.
Gedruckt: Mecklenb. UB. VI, Nr. 4135.

457.

Der Rat von Lüneburg beurkundet, daß Johann Ridder den Vorstehern des Heiligen Geist-Hospitals zu Hamburg eine Salzrente verkauft habe.[1] — *Lüneburg, 1319 November 2.*

Nos consules civitatis Luneborgh Albertus de Molendino, Nicolaus Schilsten, Volcmarus de Sacco, Bertoldus Longus, Hermannus de Arena, Heyno de Lubeke, Hinricus de Parchem, Hermannus cum Cuna, Hermannus Hoth, Nicolaus Garlop, Eylemannus de Selden, Hartwicus de Salina tenore presentium recognoscimus et publice protestamur, quod honestus vir Johannes dictus Miles quondam Cristiani dicti Militis filius felicis memorie unanimi consilio et consensu omnium legitimorum heredum suorum vendidit honestis viris Woldero de Ponte Molendini et Johanni dicto de Luneborgh burgensibus et procuratoribus domus infirmorum sancti spiritus in Hamborgh duos choros salis quolibet mense in salina Luneborgh in superiori domo Berdinghe in sartagine, que vocatur gunchpanne, iacente ad manum dextram, cum itur in ipsam domum, ad predictam domum sancti spiritus in Hamborgh iure hereditario libere perpetuo pertinendos. Super quo nostre civitatis sigillum presentibus duximus litteris in evidens testimonium apponendum. Datum Luneborgh, anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono, in commemoratione omnium animarum.

Original, Pergament, mit anhängendem, beschädigtem Siegel. — Rückaufschrift (14. Jahrh.): Sancto spiritui in Hamborg super duobus choris in salina Luneborgensi, *und von späterer Hand (15. Jahrh.):* in dem huse Berdinge, *ferner oben links in der Ecke:* VI.

458.

Der Glaser Hermann nimmt den Sohn des Jakob Planslager als Lehrling an. — [Um 1319].

Hermannus glaswarthe recepit puerum Jacobi Planslagere cum sex marcis denariorum sub hac forma: Dictum puerum pascet et vestiet per octo annos; quibus evolutis liber erit ipse puer a Hermanno predicto, sed infra dictos octo annos idem puer faciet laborem Hermanni supradicti, et pecunia apud eundem Hermannum permanebit. Si vero contigerit ipsum Hermannum infra dictos VIII annos decedere, puero sic indocto, quod non posset opere suo panem et cerevisiam deservire, reddentur eidem VI marce supradicte. Sed si infra primum annum sepedictus puer decederet, tunc amicis propioribus eius tres marce

1) *Vgl. auch Nr. 224.*

debent reddi. Pro hac conditione idem Hermannus bona sua omnia, que possidet et adhuc medio tempore possessurus est, obligavit.

Liber pignorum et pactorum fol. 63b.[1]

Gedruckt: Ztschr. f. hamb. Gesch. VI, S. 551; Keutgen, Urk. z. städt. Verfassungsgesch., S. 418.

459.

Bischof Heinrich von Lübeck an den hamburgischen Dompropst und lübeckischen Domherrn Leo: will Leos Fernbleiben von der bischöflichen Visitation in Lübeck nicht mit dem angedrohten Banne ahnden, da es durch die Feindseligkeiten des Grafen Gerhard von Holstein veranlaßt worden sei. — 1320 Februar 1.

Hinricus Dei gracia Lubicensis ecclesie episcopus honorabili viro domino Leoni preposito Hamburgensi ac canonico suo Lubicensi salutem in Domino. Cum propter inimicicias capitales, quas patimini a comite Gherardo et a suis, ad visitationem nostram ad presens Lubeke secure venire non potuistis, sentenciam excommunicationis, quam in scriptis tulimus, quoad personam vestram presentibus relaxamus. Datum anno Domini MCCCXX, in vigilia purificacionis virginis, nostro sub secreto.

Original, Pergament, mit abhangendem Siegel des Bischofs.

460.

Bischof Marquard von Ratzeburg verkauft den Bauern in Malzow ein Stück Land. — Ratzeburg, 1320 Februar 2 (Datum Ratzeborg, anno Domini MCCCXX, in festo purificationis beate Marie virginis).

Unter den Zeugen: magister Pelegrinus canonicus Hamburgensis.

Gedruckt: Jahrb. d. V. f. Mecklenb. Gesch. II, S. 294 nach dem Original im Besitze der Dorfschaft Malzow; Mecklenb. UB. VI, Nr. 4167.

461.

Die Bischöfe von Schwerin und Lübeck und der Administrator des Erzbistums Bremen erneuern zusammen mit dem Bischof von Ratzeburg die am 21. Februar 1315 zwischen verschiedenen Kirchenfürsten, Domkapiteln und der bremischen Geistlichkeit geschlossene Übereinkunft gegen den Erzbischof von Bremen. — Hamburg, 1320 Februar 19.

Hermannus Dei gracia Zwerinensis, Hinricus Lubicensis ecclesiarum episcopi et Johannes filius illustris principis domini Ottonis ducis Lunenborgensis scolasticus et

1) *Auf fol. 56 desselben Buches befindet sich ein Lehrvertrag von 1303 Juni 26:* Buteko aurifaber debet Hinrico filio Wunnowen XI marcas denariorum, pro quibus fovebit et vestiet dictum Hinricum et instruet artem suam fideliter ad sex annos. Quibus retroactis restituet dicto Hinrico pecuniam memoratam. Actum Johannis et Pauli. Instabit tamen Jacobi. — *Gedruckt: Ztschr. f. Hamb. Gesch. VI, S. 552; Keutgen, Urk. z. städt. Verfassungsgesch., S. 418.*

administrator ecclesie Bremensis universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Cum olim reverendus in Christo pater dominus Johannes archiepiscopus Bremensis antecessores nostros episcopos prelatos capitula et universum clerum civitatis diocesis et tocius provincie Bremensis multis iniuriis et variis gravaminibus afficeret, quia singuli et singulares ecclesie ac persone contra huiusmodi iniurias ob ipsius potenciam se defendere non valebant, reverendus pater dominus Borchardus olim Lubicensis episcopus bone memorie cum venerabili patre domino Marquardo episcopo Raceborgensi ac aliis prelatis et capitulis civitatis dyocesis et provincie predictarum, ut, quantum possent, huiusmodi iniuriis et gravaminibus per eundem dominum Johannem archiepiscopum ipsis illatis efficaciter resistere[nt], quandam unionem inter se fecerunt sub tali tenore verborum: *[folgt Urkunde von 1315 Februar 21, Nr. 329].* Nos igitur Marquardus Dei gracia Raceborgensis episcopus predictus, licet unioni supradicte interfuimus et sigillum nostrum alias[a] apposuimus, et nos Hermannus Zwerinensis et Henricus Lubicensis ecclesiarum episcopi antedicti tunc in minori officio constituti, nos eciam Johannes scolasticus antedictus, licet interfuimus et secundum statum nostrum, in quo tunc eramus, consenserimus unioni predicte, tamen ad maiorem firmitatem et robur dicte unionis iterato secundum statum nostrum, in quo nunc sumus constituti, sepedictam unionem innovamus et approbamus eamque nos ratam habere et super omnes suas clausulas et articulos in ea contentos firmiter observare et in nullo ab eadem unione recedere bona fide invicem promisimus et promittimus in hiis scriptis, nisi forte nobis omnibus et singulis communiter placuerit cum domino archiepiscopo supradicto composicionem facere generalem vel nisi per sedem apostolicam seu alium iudicem vel iudices competentes aliud fuerit diffinitum. In cuius rei testimonium presentem litteram inde confectam sigillorum nostrorum munimine iussimus roborari. Datum et actum Hamborch, anno Domini millesimo CCCXX, duodecimo kalendas Marcii.

Original, Pergament, im Hauptarchiv zu Neu-Strelitz. Die abhangenden Siegel sind nicht mehr vorhanden. — Auf der Falte unten links: 13. *Rückaufschrift (15. Jahrh.):* Concordia episcoporum contra dominum Johannem archiepiscopum; *darüber:* 13.

Gedruckt: Lisch, Maltzahn. Urk. I, S. 321; Mecklenb. UB. VI, Nr. 4172.

462.

Das Kloster Reinfeld verkauft dem hamburgischen Ratsherrn Bertram Schele[1] *ein Stück Land auf dem Gorieswärder, das zusammen mit einer Rente aus Grimmekes Land nach seinem und seiner Frau Margareta Tode zur Stiftung einer Mahlspende zu ihrem und Nikolaus Ridders Gedächtnis verwandt werden soll. — 1320 Februar 22.*

Universis presens scriptum visuris nos frater Hermannus abbas[b] totusque conventus

a) *Lies* aliis? b) *Vorlage* albas.

1) *Der Ratsherr Bertram Schele oder ein älterer Träger desselben Namens stiftete außerdem eine Memorie im Hamburger Dom, vgl. Necrol. Cap. Hamb., Ztschr. f. hamb. Gesch. VI, S. 95:* XVII. kal. Julii *(Juli 16)* obiit Bertrammus Luscus laicus, qui pro sua et anima uxoris sue comparavit 1 tal., quod hodie in choro dabitur presentibus in vigiliis et in missa de decima in Nienbroke.

in Reynevelde tenore presencium protestamur virum discretum et honestum dominum B[ertrammum] dictum[a] Schele consulem in Hamburg a nobis emisse unum stucke agrorum in Grogeswerder pro triginta marcis denariorum Hamburgensium, ut ipse et uxor sua Margareta percipiant inde fructum tempore vite ipsorum. Post mortem amborum hoc ipsum stucke agrorum et unam marcam singulis annis in Grimmeken stucke occidentali tollendam idem dominus B[ertrammus] contulit conventui nostro ad servicium refectoriale quolibet anno in festo beati Nycolay episcopi[1] ministrandum, ut per hoc ipsorum memoria apud nos in devotione iugiter habeatur. Similiter et memoria domini Nycolay filii domini Johannis Militis pari devotione celebretur. Ceterum predictam marcam iidem[b] dominus B[ertrammus] et uxor eius pro tredecim marcis denariorum reemere possunt, quando hoc ipsorum placuerit voluntati, et tunc cum eisdem XIII marcis denariorum redditus debent emi, quanto plures possunt, et apponi ad dictum stucke et haberi memoria de eisdem, ut superius est expressum. Datum anno Domini MCCCXX, in kathedra sancti Petri apostoli.

Liber contractuum fol. 27b. — Voran steht die Bemerkung: Exscriptum privilegii domini abbatis[c] de Reyvelde (!), quod tangit Ber[trammum] Luscum et uxorem suam in hunc modum.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 406.

463.

Der hamburgische Ratsherr Bertram Schele urkundet über seinen Kauf von Land auf dem Gorieswärder, s. Nr. 462. — [1320, Februar 22].

Universis presentia visuris ego Bertrammus dictus Scele consul in Hamburg tenore presentium recognosco me unum stucke agrorum in Grogeswerder emisse a domino Hermanno abbate et conventu in Reynevelde pro triginta marcis denariorum Hamburgensium ad percipiendos fructus de ipsis agris tempore vite mee et uxoris mee Margharethe. Post mortem vero nostram hoc idem stucke agrorum assigno et do predicto conventui in Reynevelde, et cum hoc unam marcam in Grimmeken stucte occidentali anno quolibet percipiendam, ut habeant post mortem nostram servicium refectoriale annis singulis in die beati Nycolay,[1] ut per ipsius servicii recordacionem apud eos memoria nostri maiori devocione conservetur. Ceterum predictam marcam ego et uxor mea predicta reemere possumus pro XIII marcis denariorum, quando hoc nostre placuerit voluntati, et tunc cum eisdem redditus emi debent, quanto plures possunt, et apponi ad dictum stucke, quod a prefatis dominis abbate et conventu comparavimus, et haberi memoria nostri de eisdem, ut superius est expressum.

Original, Pergament, im Reichsarchiv zu Kopenhagen, Kloster Reinfeld, mit dem anhängenden wohlerhaltenen Siegel des Ratsherrn Bertram Schele. — Rückaufschriften: 1. (14. Jahrh.): Gorgeswerdhere; *2. (15. Jahrh.):* Bertramus Schele; *3. (spätere Vermerke):* N. 36. Sine dato. Sigillum depictum.

Gedruckt: Hamb. UB. I, Nr. 932, hinter den Urkunden von 1300, nach einer Abschrift von Langebek in Kopenhagen; Schlesw. Holst. Lauenb. US. II, S. 575, nach dem Original mit der Datierung: Ende des 13., Anfang des 14. Jahrh.; Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. II, Nr. 411, nach der Langebekschen Abschrift, mit der Datierung: 1270—1290, und noch einmal Nr. 968 nach dem Original, mit der Datierung: um 1300.

a) *Auf Rasur.* b) *Vorlage* isdem. c) *Vorlage* albatis.

1) *Dezember 6.*

464.

Graf Adolf VII. von Holstein beurkundet den Verkauf von Stockelsdorf durch den Ritter Burchard von Otteshude an den lübeckischen Bürger Emelrich Pape. — Hamburg, 1320 Februar 25 (Datum et actum Hamborch, anno Domini MCCC vicesimo, in festo beati Mathie apostoli, sexto kalendas Marcii).

Gedruckt: Lüb. UB. II, Nr. 384, nach dem Original im Stockelsdorfer Gutsarchiv, woselbst die Urkunde sich indessen jetzt nicht mehr befindet. Ihr Verbleib war bisher nicht zu ermitteln.

465.

Der Bischof Engelbert von Osnabrück verkündigt den geistlichen und weltlichen Angehörigen der Kirchenprovinz Bremen unter Transsumierung der Urkunde Nr. 412, daß er vom Papste mit der Wiedereinsetzung des Erzbischofs von Bremen beauftragt sei, befiehlt ihnen, gegen die Wiedereinsetzung keinen Widerstand zu leisten, und teilt ihnen mit, daß er zur Ausführung des päpstlichen Auftrages den Propst von Friedland, den Propst von Neukloster und den Ratzeburger Domherrn Johann von Barnecow zu seinen Subdelegierten ernannt habe. — Osnabrück, 1320 März 27.

Enghelbertus Dei gracia Osnaburgensis ecclesie episcopus executor ad infrascripta una cum infrascriptis collegis suis a sede apostolica deputatus reverendis in Christo patribus singulis episcopis in Bremensi provincia constitutis et venerabilibus et discretis viris dominis . . preposito et capitulo Bremensis ecclesie ac singulis ipsius ecclesie canonicis necnon et quibuscumque aliis dignitates personatus administraciones seu officia in eadem Bremensi ecclesia optinentibus, quocumque nomine censeantur, ac singulis abbatibus prioribus decanis archidiaconis collegiis capitulis conventibus et quibuscumque aliis dignitates personatus administraciones seu officia in civitate et diocesi ac provincia Bremensibus optinentibus, quocumque nomine censeantur, necnon ducibus comitibus nobilibus ac omnibus et singulis aliis clericis et laicis, quos infrascriptum tangit negocium vel tangere poterit in futurum, salutem in Domino et mandatis apostolicis firmiter obedire. Noveritis nos litteras sanctissimi patris et domini domini Johannis divina providencia pape XXII. cum filo canapis, vera bulla plumbea ipsius domini pape bullatas, non viciatas, non abrasas, non cancellatas nec in aliqua sui parte corruptas, sed omni suspicione carentes nobis presentatas cum ea, qua decuit, reverencia recepisse ipsasque coram nobis et testibus infrascriptis per infrascriptum notarium publicum legi fecimus diligenter. Quarum litterarum tenor per omnia talis est: *[folgt Urkunde des Papstes Johann XXII. von 1318 März 27, Nr. 412].* Nos igitur Enghelbertus Osnaburgensis episcopus executor predictus volentes mandatum apostolicum nobis in hac parte directum reverenter exequi, ut tenemur, vos et quemlibet vestrum auctoritate apostolica, qua in hac parte fungimur, primo secundo et tercio ac peremptorie requirimus et monemus communiter et divisim vobis nichilominus et cuilibet vestrum in virtute sancte obediencie districte precipiendo mandantes, quatenus infra sex dies a presentacione seu notificacione presencium vobis et vestrum cuilibet facta immediate sequentes, quorum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos

vobis universis et singulis pro tercio et peremptorio termino ac monicione canonica assignamus, eundem dominum Johannem archiepiscopum Bremensem vel procuratorem seu procuratores ac vicarium seu vicarios suos eius nomine ad corporalem possessionem vel quasi bonorum omnium mobilium et immobilium, iurium et iurisdictionum spiritualium et temporalium, meri et mixti imperii ad dictum dominum archiepiscopum sive suam mensam archiepiscopalem spectancium, plene et integre, quantum in vobis est, admittatis et reduci ad corporalem possessionem vel quasi omnium iurium predictorum per subdelegatos nostros inferius comprehensos sine molestia et contradictione aliqua permittatis eidemque domino archiepiscopo Bremensi seu eius vicario seu vicariis in spiritualibus et temporalibus devote pareatis et humiliter intendatis, sicut vero vestro prelato et metropolitano legitime restituto per dominum papam predictum. Nos eciam, quantum in nobis est, nomine eiusdem domini archiepiscopi vicarium[a] officialem et procuratorem ipsius per nostrum annulum[b] sibi traditum ad possessionem vel quasi omnium iurium predictorum reducimus et decernimus corporaliter reducendum per se vel procuratorem seu procuratores, vicarium seu vicarios eius per subdelegatos nostros predictos, et a predictis administratoribus seu gestoribus, clericis vel laicis, cuiuscumque status dignitatis et condicionis extiterint, permittatis super administratis et gestis per eos eidem domino archiepiscopo vel procuratori seu procuratoribus, vicario vel vicariis suis nomine ipsius archiepiscopi libere poni computum et plenariam rationem. Volumus insuper et vobis et cuilibet vestrum sub penis predictis precipimus et mandamus, ne dictum dominum archiepiscopum impediatis, quominus ipse per se suosque vicarios seu procuratores et officiales suos plena et libera administracione bonorum iurium et iurisdictionum suarum ecclesie civitatis et diocesis ac provincie Bremensium in spiritualibus et temporalibus uti possit, sicut alii archiepiscopi Bremenses, qui fuerint pro tempore, usi fuerunt hactenus vel de iure uti potuerunt, quodque, si forte premissa non adimpleveritis aut aliquid in contrarium feceritis vel mandatis nostris huiusmodi, immo verius apostolicis non parueritis cum effectu, in vos omnes et singulos prepositum et canonicos ecclesie Bremensis ac abbates priores decanos archidiaconos et singulos alios clericos et laicos contradictores et rebelles ac impedientes dictum dominum archiepiscopum vel procuratorem seu procuratores, vicarium seu vicarios suos super premissis in aliquo,[c] dantes auxilium consilium vel favorem publice vel occulte, quominus dictus dominus archiepiscopus ad corporalem possessionem omnium bonorum et iurium predictorum reduci valeat et pacifice possidere ac fructus redditus et proventus libere cum integritate percipere, cuiuscumque status dignitatis ordinis vel condicionis existant, ex nunc prout ex tunc in hiis scriptis singulariter in singulos predicta monicione premissa excommunicacionis, in capitula vero conventus et collegia civitates villas terras[d] et castra, que omnia et singula premissa non adimpleverint cum effectu, interdicti in hiis scriptis sententias promulgamus et vestras ecclesias civitates villas terras[d] et castra ecclesiastico supponimus interdicto, alias contra vos et quemlibet vestrum ad penas alias processuri, prout nobis videbitur procedendum. Vobis vero dominis episcopis, quos ob reverenciam vestre dignitatis nolumus prefata nostra

a) *Über der Zeile.* b) *Übergeschrieben ist* per birretum. c) *Im Transsumpt folgt* aut impedientes ipsum *mit Zeichen der Tilgung.* d) terras *übergeschrieben.*

sentencia sic ligari, sed, si contra premissa vel aliquid premissorum feceritis per vos vel submissam personam publice vel occulte, ingressum ecclesie interdicimus in hiis scriptis; si vero dictum interdictum per alios sex dies prefatos sex immediate sequentes sustinueritis, vos in hiis scriptis suspendimus a divinis; verum si prefatas interdicti et suspensionis sentencias per alios sex dies prefatos duodecim immediate sequentes sustinueritis, quod absit, animis induratis, vos ex nunc prout ex tunc in hiis scriptis excommunicationis sentencia innodamus, absolucione omnium et singulorum, qui prefatas nostras sentencias vel earum aliquam incurrerint, nobis vel superiori nostro tantummodo reservata. Prefatas quoque litteras apostolicas et hunc nostrum processum volumus penes eundem dominum archiepiscopum vel procuratores seu vicarios suos remanere et non per vos vel vestrum aliquem contra ipsius domini archiepiscopi vel procuratorum seu vicariorum suorum voluntatem quomodolibet detineri; contrarium vero facientes prefatis sentenciis per nos latis in modum, in quo late sunt, ipso facto volumus subiacere. Mandamus tamen eidem domino archiepiscopo et procuratoribus seu vicariis suis, ut vobis, si petieritis, faciant vestris sumptibus copiam de premissis. Ceterum, cum ad execucionem huiusmodi ulterius faciendam non possumus quoad presens personaliter interesse aliis negociis occupati, venerabilibus et discretis viris preposito Vredilandie Havelbergensis diocesis, preposito sanctimonialium in Novo Claustro Zwerinensis diocesis et domino Johanni de Barnecowe canonico Raceborgensis ecclesie, quibus et eorum cuilibet in solidum super execucione dicti mandati apostolici et nostri committimus tenore presencium vices nostras, donec eas ad nos duxerimus revocandas, mandantes sub pena excommunicacionis, quam trium dierum monicione premissa in ipsos et ipsorum quemlibet ex[a] nunc prout ex tunc ferimus in hiis scriptis, ac ipsos et ipsorum quemlibet[a] volumus incurrere ipso facto, si mandata nostra, immo verius apostolica contempserint seu distulerint adimplere, ac eis in virtute sancte obediencie districte precipimus, quatenus ipsi vel eorum aliquis, qui requisitus fuerit, ad vestram Bremensem ecclesiam personaliter accedant, si comode et secure fieri poterit, alioquin ad Hamborgensem ecclesiam Bremensis diocesis aut ad aliquam cathedralium ecclesiarum provincie Bremensis vos citent vel citari faciant et supradictas nostras moniciones sentencias et precepta et litteras apostolicas et hunc nostrum processum coram nobis vel personis aliis quibuscumque vel in quibuscumque aliis locis, ubi expediens fuerit, vel ad noticiam vestram pervenire poterit, communiter vel divisim, denuncient legant et publicare procurent, ac eundem dominum archiepiscopum, procuratorem et procuratores, vicarium seu vicarios suos eius nomine in corporalem possessionem omnium bonorum mobilium et immobilium, iurium et iurisdictionum temporalium et spiritualium ad ipsum dominum archiepiscopum sive ad mensam suam archiepiscopalem spectancium plene et integre reducant et reductos eciam defendant et a prefatis administratoribus seu gestoribus, clericis vel laicis, cuiuscumque status dignitatis vel condicionis extiterint, faciant super administratis et gestis per eos vicario seu vicariis supradictis reddi[b] computum et plenariam racionem, ipsos ad satisfaciendum prefato domino archiepiscopo seu procuratori vel procuratoribus aut vicario seu vicariis supradictis[b] eius nomine de fructibus redditibus

a—a) ex nunc *bis* quemlibet *ist eingeschlossen durch die über der Zeile geschriebenen Silben* va—cat.
b—b) reddi *bis* vicariis supradictis *ist eingeschlossen durch* va—cat.

et proventibus, quos de bonis et iuribus prelibatis medio tempore perceperunt vel percipere potuerunt, salvis tamen moderatis necessariis et utilibus expensis, quas pro administracione et gestione huiusmodi consteterit eos fecisse, predictos administratores seu gestores huiusmodi auctoritate nostra compellant et, si forte administratores sive gestores predicti, cuiuscumque status ordinis vel condicionis extiterint, solvendo non fuerint, in subsidium satisfactionis huiusmodi vos prefatos prepositum et capitulum Bremensis ecclesie, qui fuistis in culpa in ordinando administratores seu gestores huiusmodi, prefato domino archiepiscopo vel procuratori seu procuratoribus, vicario seu vicariis suis eius nomine de fructibus et redditibus supradictis infra trium mensium spacium compellant satisfacere cum effectu et omnia alia et singula faciant, que nobis in dictis litteris apostolicis committuntur. In ceteris autem, que dicto domino archiepiscopo vel procuratori seu procuratoribus, vicario seu vicariis suis eius nomine super predictis nocere possent, eisdem subdelegatis nostris potestatem omnimodam denegamus, per presentem autem processum nostrum nostris nolumus nec intendimus[a] preiudicare collegis, quando ipsi vel eorum alter possint in huiusmodi negocio procedere, sicut eis placuerit et videbitur expedire. In quorum omnium testimonium presentem processum in formam publici instrumenti per infrascriptum notarium publicum scribi et publicari mandavimus et sigilli nostri appensione muniri. Datum et actum Osembrughe in curia nostra, sub anno a nativitate Domini MCCC vicesimo, indictione tercia, mensis Marcii die XXVII., presentibus honorabilibus viris et discretis dominis Hermanno Belonvilonensis ecclesie episcopo, magistro Hermanno de Visbeke preposito in Bramesche, magistro Rothgero de Aldendorpe doctore decretorum et magistro Hinrico de Verda Osnaburgensis ecclesie canonico et magistro Johanne de Priswalc vicario ibidem testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Rodolfus de Wismaria quondam dictus Erph clericus Raceborgensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius presentacioni dictarum litterarum apostolicarum monicioni sentenciarum prolacioni commissioni reductioni et aliis predictis omnibus una cum dictis testibus interfui et ea omnia et singula de mandato domini episcopi Osnaburgensis executoris prefati fideliter scripsi et publicavi et in hanc publicam formam redegi meoque signo consueto et nomine roboravi in testimonium premissorum sub anno indictione die mense et loco predictis.


Nach dem Transsumpt in dem Notariatsinstrument von 1320 April 14, Nr. 466. Gedruckt: Mecklenb. UB. VI, Nr. 4177 im Auszug.

466.

Der Notar Rudolf von Wismar transsumiert auf Befehl des Pfarrers der Kirche St. Marien zu Wismar Heinrich die Urkunde des Bischofs Engelbert von Osnabrück von 1320 März 27, Nr. 465. — Wismar, 1320 April 14.

In nomine Domini amen. Anno a nativitate eiusdem MCCC vicesimo, indictione tercia, mensis Aprilis die XIIII., in presentia mei notarii infrascripti et testium subscriptorum discretus vir dominus Hinricus rector ecclesie sancte Marie virginis in Wismaria Raceborgensis diocesis quendam processum venerabilis patris domini Enghelberti Osnaburgensis ecclesie episcopi manu publica mei infrascripti notarii publici scriptum et ipsius domini episcopi sigillo maiori et minori sigillatum super restitucione venerabilis patris et domini domini Johannis sancte Bremensis ecclesie archiepiscopi produxit in medium mandans mihi eidem notario, ut eundem processum de verbo ad verbum fideliter transscriberem et signo meo consueto et nomine roborarem. Tenor vero ipsius processus talis erat: *[folgt die Urkunde des Bischofs Engelbert von Osnabrück von 1320 März 27, Nr. 465].* Acta sunt hec Wismarie, anno indictione mense et die predictis, presentibus dominis Hildebrando et Petro in Korin et in Bighendorpe ecclesiarum rectoribus, Gerardo Culen et Martino Meppen presbyteris testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

a) nec intendimus *ist eingeschlossen durch* va—cat.



Et ego Rodolfus de Wismaria quondam dictus Erph clericus Raceborgensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius premissis omnibus et singulis interfui et ea propria manu scripsi et in hanc publicam formam redegi meoque signavi signo solito et consueto[1] rogatus.

Original, Pergament. — Rückaufschrift (14. Jahrh.): Processus domini episcopi Osnaburgensis et ipsius subdelegacio, *ferner (17. Jahrh.):* Nr. 44 (?).

467.

Das Kloster Reinbek verkauft dem Hamburger Bürger Ditmar eine Rente, die nach seinem Tode zu einer Memorie für ihn und seine Eltern im Hamburger Dom verwendet werden soll.[2] — Reinbek, 1320 April 19.

Omnibus presencia visuris et audituris nos Daniel prepositus, Alheydis priorissa totusque conventus ancillarum Christi in Reynebeke volumus esse notum, quod discreto viro Dithmaro laico civi Hamburgensi ad usum ecclesie Hamburgensis vendidimus trium marcarum redditus pro quinquaginta marcis denariorum usualium in allodio nostro Reynebeke de agricultura eiusdem allodii annis singulis in vigilia beati Martini in civitate Hamborch omni impedimento postposito persolvendas. Quos quidem redditus, sicut expediti sumus, prefatus Titmarus tantum ad vite sue tempora percipiet eoque ab hoc

1) *Das nebenstehend wiedergegebene Notariatszeichen ist auf zwei Drittel der Originalgröße verkleinert.*
2) *Die Gedächtnisfeier für Ditmar wurde am 25. Juni, die für seinen Vater Dietrich am 23. Oktober und die für seine Mutter Gisela am 1. August begangen. Necrol. Cap. Hamb., Ztschr. f. Hamb. Gesch. VI, S. 89, 133, 102.*

seculo decedente memoria sua de una marca ac memoria patris eius de una necnon et matris sue memoria de una marca similiter dabitur in choro Hamburgensi in anniversario eorundem presentibus in vigiliis et in missa. De speciali tamen gracia obtinuimus, quod prefatos trium marcarum redditus in die beati Michaelis pro quinquaginta marcis denariorum reemere poterimus, quandocumque nobis visum fuerit expedire. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum Reynebeke, anno Domini MCCCXX, sabbato post dominicam Misericordia Domini.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 84b, Privilegia conventuum VIII. Überschrift: Super tribus marcis in allodio Reynebeke ad memorias.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 410.

468.

Graf Johann III. von Holstein bestätigt nach dem Vorgange seines Vetters, des Grafen Adolf VII. von Holstein, den Verkauf von Renten in den Dörfern Sasel und Bergstedt durch den Ritter Heinrich von Wedel an das hamburgische Domkapitel. — Ahrensfelde, 1320 Mai 1.

Omnibus presencia visuris et audituris nos Johannes Dei gracia domicellus terre Holsacie et Stormarie salutem et bone voluntatis affectum. Noveritis, quod, cum strenuus miles dominus Hinricus Pi[n]guis[a] dictus de Wedele pro se et heredibus suis vendiderit honorabilibus viris dominis . . preposito . . decano totique capitulo ecclesie Hamburgensis triginta marcarum redditus in villis Sasle et Bergstede in certis mansis utriusque ville iure hereditario pacifice possidendos, nos ob favorem memoratorum . . prepositi . . decani et capituli prefatam venditionem per dilectum patruelem nostrum Adolfum domicellum dicte terre Holsacie et in Scowenborch ratificatam pro nobis eciam et nostris heredibus ratificamus et tenore presencium confirmamus. Quod sub appensione sigilli nostri recognoscimus in hiis scriptis. Datum et actum Arnoldesfelde, anno Domini MCCC vicesimo, in festo beatorum Philippi et Jacobi apostolorum.

Original, Pergament, mit Rest des abhangenden Sekretsiegels des Grafen (Abb. Milde, Siegel der Holstein-Schauenb. Grafen aus den Archiven der Stadt Lübeck Tafel VI, Nr. 29). — Rückaufschrift (14. Jahrh.): Super XXX marcarum redditibus in Bergstede et Sasle.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 412.

469.

Notariatsinstrument über den Protest des Klerikers der Münsterschen Diözese Werner Caupo als Prokurators der Bischöfe von Lübeck, Ratzeburg und Schwerin sowie der Domkapitel von Bremen, Lübeck, Schwerin und Hamburg gegen die Zulassung des angeblich wahnsinnigen Ratzeburger Priesters Heinrich von Dassow als Vikars und Generaloffizials des Erzbischofs von Bremen und über seine Appellation in dieser Angelegenheit an den päpstlichen Stuhl. — 1320 Mai 2.

a) *Or.* Piguis.

In nomine Domini amen. Anno a nativitate eiusdem MCCC vicesimo, indictione tercia, mensis Maii die secunda, in presencia discretorum virorum et dominorum Cristiani prepositi Vredilandie Havelbergensis diocesis, Nycolai prepositi monasterii sanctimonialium in Novo Claustro Zwerinensis diocesis et Johannis de Barnecowe canonici ecclesie Raceburgensis Premonstratensis ordinis executorum subdelegatorum a venerabili in Christo patre domino Engelberto Osnaburgensis ecclesie episcopo executore delegato una cum collegis suis a sanctissimo in Christo patre domino Johanne XXII. sacrosancte Romane ecclesie summo pontifice in causa restitucionis venerabilis patris domini Johannis archiepiscopi Bremensis ac mei notarii infrascripti et testium subscriptorum Wernerus dictus Caupo clericus Monasteriensis diocesis reverendorum in Christo patrum dominorum Hinrici Lubicensis, Marquardi Raceborgensis et Hermanni Zwerinensis ecclesiarum episcoporum ac honorabilium virorum dominorum prepositi et capituli Bremensis necnon prepositi et capituli Lubicensis ac prepositi et capituli Zwerinensis et prepositi et capituli Hamborgensis procurator eorundem dominorum suorum procuratorio nomine quasdam protestaciones et excepciones ac appellacionem sub eo tenore et forma, que sequitur, proposuit et interposuit in hec verba:

Coram vobis honorabilibus viris dominis Cristiano preposito Vredilandie Havelbergensis diocesis, Nycolao preposito monasterii sanctimonialium in Novo Claustro Zwerinensis diocesis et Johanne de Barnecowe canonico ecclesie Raceborgensis Premonstratensis ordinis, qui vos geritis pro executoribus subdelegatis a venerabili in Christo patre domino Enghelberto Osnaburgensis ecclesie episcopo executore delegato una cum collegis suis a sanctissimo in Christo patre domino Johanne XXII. sacrosancte Romane ecclesie summo pontifice in causa restitucionis reverendi patris domini Johannis archiepiscopi Bremensis ego Wernerus dictus Caupo clericus Monasteriensis diocesis reverendorum in Christo patrum dominorum Hinrici Lubicensis, Marquardi Raceborgensis et Hermanni Zwerinensis ecclesiarum episcoporum ac honorabilium virorum dominorum prepositi et capituli Bremensis necnon prepositi et capituli Lubicensis ac prepositi et capituli Zwerinensis ac prepositi et capituli Hamborgensis procurator eorundem dominorum meorum procuratorio nomine propono et publice protestor, quod nec ipsi nec aliquis eorum prefatum dominum archiepiscopum umquam aliquo tempore spoliarunt aut spoliari mandaverunt seu spoliacionem suam, si qua quandoque eidem facta exstitit, quod non credunt, ratam habuerunt. Immo semper desideraverunt, ut ad ecclesiam suam predictam rediret feliciter gubernaturus eandem, nam ipsi parati erant omnem obedientiam et reverentiam sibi impendere, quam deberent, licet ipse hoc minus attenderit, sed potius obligatis fortaliciis castris et possessionibus dicte ecclesie ipsam et dictos dominos meos necnon totam suam provinciam ac clerum et populum sibi commissum se temere a diocesi et provincia suis absentans, nullo inibi relicto vicario, deseruit omnis defensionis et gubernationis presidio dampnabiliter destitutos. Verum quia prenominatus dominus archiepiscopus nonnullis suspensionum excommunicacionum et irregularitatum vinculis ex certis causis et legitimis coram reverendo patre domino Johanne Gaghitani sancti Theodori diacono cardinali ex speciali commissione sanctissimi patris et domini domini Johannis pape XXII. in iudicio datis et exhibitis, super quibus etiam adhuc questio apud

sedem apostolicam pendet, coram ipso existit liquido irretitus, ipsi, quamvis de iure non teneantur, ob reverentiam tamen sacrosancte sedis apostolice et, ut omnis sinistre suspicionis cesset occasio, parati sunt eundem dominum archiepiscopum et quamlibet personam legitimam pro eo ad officium sui vicariatus admittere et admittunt, si et in quantum de iure fuerint admittendi, non intendentes tamen propter hoc renuntiare vel in aliquo preiudicare legitimis suis defensionibus et obiectibus coram prefato domino cardinali ex commissione predicta, ut premittitur, exhibitis et pendentibus seu quibuscumque iuris auxiliis et defensionibus aliis, que ipsis contra sepedictum dominum archiepiscopum vel personas pro eo intervenientes competunt vel competere poterunt in futurum. Sane cum Hinricus de Darthsowe presbyter Raceborgensis diocesis, qui se asserit procuratorem vicarium et officialem generalem per predictum dominum Johannem archiepiscopum Bremensem in spiritualibus et temporalibus in civitate diocesi et provincia Bremensis ecclesie constitutum, sit inhabilis, ego procurator predictus dico et excipiendo propono nomine quo supra contra eundem Hinricum, quod ipse ad tantum ministerium et officium, ad quod se constitutum asserit, exercendum non est aliquatenus admittendus ex eo et pro eo, quod ipse aliquando lapsus in furiam insanivit, adeo quod propter nimii furoris sui vehementiam diebus pluribus funibus ligatus exstitit et postmodum sepe in locis, ubi moratus est, actus exercuit furibundos, ex quibus dissenciones et scandala plurima provenerunt, de quibus etiam actibus suis furibundis fuit et est apud clerum et populum, inter quos conversatus est, graviter diffamatus, nec adhuc insanire desinit incitans dominos terrarum milites et armigeros preter omnem necessitatem et in casibus a iure non concessis, quin immo ante aliquam sedis apostolice et sue auctoritatis litterarum exhibicionem notificacionem seu publicationem, ut personas ecclesiasticas capiant ac bona ecclesiastica diripiant et invadant, ipsis super hiis ex parte dicti domini archiepiscopi inpunitatem promittens, ex quibus omnibus et singulis et pluribus aliis suis actibus suus furor liquido demonstratur. Item dictus Hinricus inhabilis est ex eo, quod ipse duo curata beneficia sine dispensacione simul tenuit pacifice, primo scilicet ecclesiam parrochialem in Cothlowe et quandam aliam ecclesiam parrochialem sitas in Marchia, quas quidem ecclesias pro ecclesia in Pole Lubicensis diocesis postmodum permutavit, quam etiam curatam ecclesiam in Pole post assecucionem prepositure in Rene Raceborgensis diocesis simul cum eadem prepositura, cui cura animarum est annexa, de facto tenuit fructus percipiens utriusque, et demum eandem ecclesiam parrochialem in Pole, in qua nullum ius habebat, pro ecclesia curata in Darthsowe dicte Raceborgensis diocesis permutans ipsam parrochialem ecclesiam in Darthsowe simul cum predicta prepositura in Rene pluribus annis de facto tenuit, percipiendo pacifice fructus et redditus earundem. Item idem Hinricus inhabilis est ex eo, quod fenerator est et exercuit usurariam pravitatem. Item predictus Hinricus inhabilis est ex eo, quod est excommunicatus maiori excommunicacione a canone pro eo, quod, cum quandam monialem dicti monasterii in Rene ex certa causa regulariter includere debuisset, ipse formam iuris enormiter excedens pedes eius nimis inpudenter stringebat in trunco, qui vulgariter cippus vocatur, in quo fures et latrones ponuntur, et ultra hoc in eam seviens manus ipsius adeo graviter, quod se movere non poterat, per quedam artissima ferramenta eidem trunco cum clavis affixit.

Item prefatus Hinricus inhabilis est ex eo, quod homicida est, quia, cum quodam tempore in furore sui animi cum quibusdam monialibus dicti monasterii rixatus fuisset et eisdem minas asperas intulisset, ex insecucione ipsius quedam monialis eiusdem monasterii in Rene nomine Elizabet de Hamborch perterrita ad terram cecidit et ex hoc eadem nocte exspiravit sic, quod sepulta fuit die proxima subsequente. Unde ego Wernerus predictus nomine procuratorio quo supra do et propono dictas exceptiones coniunctim et divisim omni iure et modo, quibus melius possum, easque peto instanter suo ordine admitti offerens me ipsas coram vobis et coram quocumque iudice competenti legitime probaturum nec astringo me et dictos dominos meos ad probandum omnia et singula premissa, sed ad ea tantum, que pro intencione mea et dominorum meorum prefatorum sufficere videbuntur, salvis aliis exceptionibus et defensionibus memoratis dominis meis competentibus et competituris. De quibus et quod supradicta possim corrigere reformare et declarare protestor. Peto etiam nomine quo supra, ut processus quoslibet factos pro receptione seu admissione sepedicti Hinrici de Darthsowe et eius substituti ad procurationis vicariatus seu officialatus huiusmodi officium seu ipsos processus quomodolibet tangencia et quicquid secutum est ex eis, quantum in vobis est, revocare ac ipsorum execucioni supersedere curetis, donec de veritate prefatarum exceptionum, cum vere et legitime appareant, plenius cognoscatur.

Quibus exceptionibus et peticionibus ex parte memoratorum dominorum sic propositis ac probacione earundem sic oblata, prefati domini Cristianus et Nycolaus et Johannes de Barnecowe executores subdelegati, deliberacionibus pluribus prehabitis, exceptiones iam pretactas[a] et probaciones earum expresse admittere recusarunt dicentes, quod virtute mandati eis directi de eisdem exceptionibus cognoscere non valebant, sed processus suos executorios revocabant eatenus, quatenus plus et amplius in ipsis quam in aliorum videlicet predicti domini Osnaburgensis episcopi et prefati domini Hinrici de Darthsowe processibus continetur, addicientes nichilominus, quod execucioni ulterius faciende supersedere non possent nec vellent. Unde prefatus procurator reputans se et dominos suos prefatos in premissis contra iusticiam pregravatos eorumdem dominorum suorum procuratorio nomine, prout sequitur, ad sedem apostolicam appellavit:

Et quia vos, memorati executores, exceptiones huiusmodi et probaciones super hiis vobis oblatas admittere recusatis in predictorum dominorum meorum iniuriam preiudicium et gravamen, ego Wernerus procurator prefatus senciens ex premissis dominos meos et eorum quemlibet pregravari et formidans verisimiliter ipsos posse gravari de facto in futurum procuratorio eorumdem dominorum meorum nomine ad sedem apostolicam in hiis scriptis provoco et appello supponens eosdem dominos meos ac clerum et subditos eorum statum et iura eorum quelibet ecclesiastica et mundana et omnes ipsis adherentes seu adherere volentes proteccioni sedis eiusdem et apostolos instanter instancius instantissime nomine quo supra mihi dari peto protestans, quod hanc appellationem innovare emendare reformare notificare et publicare intendo, ubi et quando fuerit oportunum.

Acta sunt hec anno indictione mense et die predictis, presentibus dominis Wiperto

a) *Neben der im Original mit* Cristianus *beginnenden Zeile steht am Rande:* Nota.

abbate monasterii in Cysmar Lubicensis diocesis, Johanne de Hattorpe et Johanne de Cosvelde et Sandero Scriptore consulibus civitatis Lubicensis predicte multisque aliis clericis et laicis fide dignis testibus ad premissam vocatis specialiter et rogatis.

(Notariatszeichen)[1] Et ego Rodolfus de Wismaria quondam dictus Erph clericus Raceborgensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius premissis omnibus et singulis interfui et ea propria manu scripsi et in hanc publicam formam redegi meoque signavi signo solito et consueto rogatus.

Original, Pergament. — Rückaufschriften: 1. (14. Jahrh.): Appellatio contra executores; *2. (17. Jahrh.):* Instrumentum notariale 1320 super spoliatione.

Gedruckt: Mecklenb. UB. VI, Nr. 4193.

470.

Der Ritter Albrecht Zabel aus Lauenburg verkauft und verläßt Einkünfte aus seinem Dorfe Lotbek an den Priester Rothmar, den Sohn des verstorbenen hamburgischen Bürgers Godeko. — Hamburg, 1320 Mai 8.

Coram universis in perpetuum presentia visuris vel[a] audituris ego Albertus Zabel de Lovenborch miles profiteor presentibus et protestor, quod verorum heredum meorum accedente pleno consensu[b] vendidi et resignavi honesto viro domino Rothmaro presbitero filio quondam Godekonis civis Hamburgensis bone memorie redditus et censum tocius ville mee Lotbeke, videlicet censum et redditus trium chororum siliginis et duodecim solidorum Hamburgensis monete, iure hereditatis libere perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendos[c] pro centum quadraginta marcis denariorum Hamburgensium[d] michi integraliter persolutis hac addita conditione, quod idem dominus Rothmarus poterit dictam villam sive redditus obligare vendere vel donare cuicumque sue placuerit voluntati. Ipse eciam autem ille, cui iidem redditus obligati venditi vel donati fuerint, poterunt colonos et agrorum cultores instituere vel destituere, quocien[s]cumque sibi visum fuerit expedire, censum quoque predictum per inpigneracionem, dum necesse fuerit, licite poterunt[e] extorquere. Ceterum si, quod absit, coloni dicte ville per me vel meos heredes exactionibus serviciis vel aliis angariis in tantum gravati fuerint, quod dicto domino Rothmaro vel cui obligaverit vendiderit aut donaverit non possint annis singulis solvere debitam pensionem, tunc ego et heredes mei de aliis nostris bonis quicquid defecerit ipsis dabimus expedite. Super omnibus eciam et singulis premissis ego prestabo sibi pro natis et nascituris warandiam debitam atque iustam. Ad quam quidem warandiam ipsis prestandam et inviolabiliter observandam honesti viri dominus Elerus de Rowedelstorpe miles, Marquardus Stake et Johannes de Humersbotele famuli se una mecum et ego cum ipsis nos eidem domino Rothmaro presentibus obligamus in solidum fide data. Testes huius rei sunt honesti viri dominus Henricus de Wedele miles, Bertrammus Luscus,

a) *Transsumpt* seu. b) *Transsumpt* consensu pleno. c) *Fehlt im Transsumpt.* d) *Abschrift* Harburgensium, *Transsumpt* Hamburgensium. e) *Fehlt im Transsumpt.*

1) *Abbildung s. Nr. 466.*

Johannes de Holdenstede, Hinricus Winandi, Johannes de Edemiz, Nicolaus Fransoyser et Nycolaus de Colonia cives Hamburgenses et plures alii fide digni. In cuius rei testimonium meum et Marquardi Staken ac Johannis de Hummersbotele[a] confideiussorum meorum sigilla presentibus sunt appensa. Datum et actum Hamborgh, in festo ascensionis Domini,[b] anno eiusdem millesimo CCC vicesimo.[c]

Abschrift im Harvestehuder Kopialbuche fol. 28, Überschrift: De Lotbeke, *verglichen mit der Abschrift eines Transsumpts von 1331 Januar 20, ebendort fol. 39.*

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 413.

471.

Der Ritter Albrecht Zabel aus Lauenburg verpfändet dem Priester Rothmar, dem Sohne des verstorbenen hamburgischen Bürgers Godeko, seine Mühle in Volksdorf als Ersatz für ausfallenden Zins im Dorfe Lotbek. — Hamburg, 1320 Mai 14.

Universis presencia visuris Albertus Zabel de Lovenborch miles salutem in Domino. Quia ego cum consensu meorum heredum vendidi honesto viro domino Rothmaro filio quondam Godekonis civis Hamburgensis bone memorie totum censum ville mee Lotbeke, videlicet tres choros siliginis et XII solidos denariorum Hamburgensium annuatim, iure hereditario perpetue possidendos,[d] prout in litteris super hoc confectis[1] plenius invenitur, et quod nunc quidam de agris dicte ville colonis deficientibus sint inculti, ne dictus dominus Rothmarus ex hoc in aliquo defraudetur aut careat sua debita pensione, ego cum plena voluntate meorum heredum obligo sibi molendinum meum in Volquardistorpe, ut ex ipso molendino singulis annis recipiat quicquid in prefata villa sibi defecerit de redditibus supradictis. Potest et licite molendinarium instituere et destituere et censum suum de molendinario pignoribus, dum necesse fuerit, extorquere, donec dicta villa talibus cultoribus inhabitetur et colatur, qui possint ipsi singulis annis et debito tempore solvere suos redditus memoratos. Et tunc iste littere mihi restituentur nec habebunt ulterius aliquam roboris firmitatem, primis tamen litteris[1] semper integris manentibus atque salvis. Testes aderant honorabiles viri domini Johannes decanus, Henricus thesaurarius, magister Pelegrimus canonicus ecclesie Hamburgensis, Johannes de Monte, Nicolaus de Luneborch, Rychardus Wrak, Johannes de Edemet(!), Nicolaus Franzoyser consules civitatis Hamburgensis et plures alii fide digni. In cuius rei testimonium sigillo meo presencia roboravi. Actum et datum Hamborch, feria quarta infra octavas ascensionis Domini, anno Domini MCCC viscesimo.

Abschrift im Harvestehuder Kopialbuche fol. XL, Überschrift: De Lotbeke.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 415.

a) *Transsumpt* Johannis Hummersbutle. b) *Transsumpt* Christi. c) *Transsumpt* viscesimo. d) *Abschrift* possidendis.

1) *S. Nr. 470.*

472.

Vogt und Schöffen von Ypern beurkunden, daß die Yperner Bürger Paskin Voghelin und Vinzenz Pille den Genter Johann Coevoet bevollmächtigt haben, ihre Forderungen an den Salzwedeler Bürger Heinrich Bernier einzuziehen.[1] *— 1320 Juni 1.*

Universis presentes litteras inspecturis advocatus et scabini ville de Ypra salutem in Domino. Notum sit omnibus, quod coram nobis personaliter comparentes Paskinus Voghelin et Vincentius Pille comburgenses nostri Johannem dictum Coevoet oppidanum Gandensem suum constituerunt et ordinaverunt verum et legitimum procuratorem et nuncium specialem quantum ad petendum et recuperandum tres libras et duos solidos grossorum Turonensium, in quibus prefato Paskino Voghelin, ac quatuor libras Turonensium etiam grossorum, in quibus prefato Vincentio Pille Henricus Bernier oppidanus in Zoltweide tenetur efficaciter obligatus, dantes et concedentes eidem procuratori suo plenariam potestatem et speciale mandatum petendi exigendi et recipiendi nomine et ad opus ipsorum debita supradicta, acquirendi et agendi pro acquirendis eisdem, quitandi quitum seu quitos clamandi prefatum Henricum debitorem et alios, quorum interesse potest, ac litteras quitationum tribuendi cuiuscumque tenoris existant de receptis necnon omnia alia et singula faciendi, que in debitorum receptionibus et quitationibus requiruntur et que ipsi coniunctim vel divisim facerent aut facere possent, si personaliter interessent, etiam, si mandatum quodcumque exigerent speciale, promittendi bona fide et sub obligatione et ypotheca suorum bonorum ratum et gratum tenere et habere perpetuo, quicquid per dictum procuratorem suum petitum receptum quitatum actum et procuratum fuerit in premissis aut in aliquo premissorum sine repetitione a dicto Henrico de illis aut contradictione aliqua in futurum. In cuius rei testimonium sigillum ville Yprensis presentibus ad preces et instanciam dictorum nostrorum comburgensium est appensum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo, prima die mensis Junii.

Original, Pergament, mit anhängendem, beschädigtem Siegel der Stadt Ypern mit Rücksiegel, das die Umschrift hat: CLAVIS S' YPRENSIS.

473.

Papst Johann XXII. beauftragt den Thesaurar der hamburgischen Kirche, in der Klagsache des Klerikers Johann Huyre gegen den Rat zu Parchim wegen verweigerter Präsentation zu einer von Reinward Medow in der Pfarrkirche St. Georg zu Parchim gestifteten Vikarie zu entscheiden. — Avignon, 1320 Juni 1.

Johannes episcopus servus servorum Dei dilecto filio . . thesaurario ecclesie Hamburgensis Bremensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Exposuit nobis Johannes dictus[a] Huyre clericus Zverinensis diocesis, quod quondam Reynwardus dictus Medowe opidanus opidi de Parchim laicus dicte diocesis de salute propria cogitans in

a) *Nachträglich zwischengefügt.*

1) *Vgl. die Quittung der beiden genannten Yperner Bürger von 1322 Mai 5.*

sua ultima voluntate precepit quoddam altare ad honorem beati Nicolai a consulibus dicti opidi erigi de bonis suis in aliqua ecclesiarum opidi antedicti et de quibusdam perpetuis annuis redditibus lenware vulgariter nuncupatis existentibus in Roma et in Moedericz villis eiusdem diocesis ad eum spectantibus quandam perpetuam vicariam constitui. Et ad eam loci diocesano dictum clericum presentari a consulibus supradictis mandavit in eadem sua ultima voluntate. Dictusque clericus teneretur pro anima ipsius laici in eodem altari missarum solennia cotidie celebrare. Et licet predicti consules dicto laico sublato de medio in parrochiali ecclesia sancti Georgii dicti opidi de licencia ipsius diocesani et consensu rectoris ipsius parrochialis ecclesie altare huiusmodi erexissent et de redditibus huiusmodi de licencia ipsius diocesani vicariam constituissent eandem, ipsi tamen consules dictum clericum ad prefatam vicariam predicto diocesano presentare sine aliqua racionabili causa denegant minus iuste, ab eodem clerico infra tempus debitum legitime requisiti, in ipsius clerici non modicum preiudicium et gravamen, propter quod pia eiusdem defuncti intencio defraudatur. Quocirca discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audias causam et appellacione remota debito fine decidas faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia odio vel timore subtraxerint, censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum Avinione, kalendas Junii, pontificatus nostri anno quarto.

Original, Pergament, im Ratsarchiv zu Parchim, mit an Hanfschnur anhängender Bleibulle. — Vermerke der päpstlichen Kanzlei: 1. unten links, durch die Falte verdeckt: V (*= V grossi*), *darunter* P. de Caun̄; *2. auf der Falte rechts:* R[egistrata], *darunter* Jac[obus] G; *links davon von anderer Hand:* + On (?); *3. auf dem Rücken oben in der Mitte:* Gerhardus de Rozstoch. — *Spätere Rückaufschrift:* Medow had S. Niclas altar gestifftet in S. Georgii kirche u. solches aus den lhenwharen, so er in Mederitz und Rhoma gehabt, dotirt. 4to pontificatus anno Johannis pape XXII. — Nr. 16.

Gedruckt: Cleemann, Chronik von Parchim, S. 249; Mecklenb. UB. VI, Nr. 4199.

474.

[Papst Johann XXII.] verleiht dem hamburgischen Domherrn Andreas [Stephani] von Lübeck,[1] *der bereits ein Kanonikat nebst einer Pfründe in der hamburgischen Kirche besitzt, eine Domherrnstelle und die nächste frei werdende Pfründe in der Lübecker Kirche. — Avignon, 1320 Juni 5.*

Dilecto filio Andree de Lubek canonico ecclesie Lubicensis. Ad illorum provisionem apostolice liberalitatis dexteram libenter extendimus, quibus ad id litterarum scientia, morum ac vite honestas et alia merita probitatis laudabiliter suffragantur. Hanc itaque circa te consideracionem habentes ac volentes tibi graciam facere specialem canonicatum ecclesie Lubicensis cum plenitudine iuris canonici ac prebendam nulli alii de iure debitam, si qua in dicta ecclesia vacat, ad presens cum omnibus iuribus et pertinenciis suis apostolica tibi auctoritate conferimus et providemus de illis. Si vero nulla prebenda nunc vacat in ecclesia supradicta, nos prebendam inibi proximo vacaturam, que similiter

1) *Vgl. über ihn Necrologium Capituli Hamburgensis, Ztschr. f. Hamb. Gesch. VI, S. 112 und Anm.*

de iure nulli alii debeatur conferendam, tibi, cum vacaverit, donacioni apostolice reservamus decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super hiis a quoque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, non obstantibus de certo canonicorum numero et aliis quibuscumque statutis et consuetudinibus contrariis eiusdem ecclesie iuramento confirmacione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, seu si aliqui apostolica vel alia quavis auctoritate in eadem ecclesia in canonicos sint recepti vel ut recipiantur insistant, seu si super provisionibus sibi faciendis de canonicatibus et prebendis in dicta ecclesia speciales vel de beneficiis ecclesiasticis in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, eciam si per eas ad inhibicionem reservacionem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus preterquam auctoritate nostra in ecclesia ipsa receptis et prebendas vel beneficia exspectantibus in eadem te in assecucione dicte prebende volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem aliorum prebendarum et beneficiorum preiudicium generari, seu si venerabili fratri nostro . . episcopo et dilectis filiis capitulo Lubicensi vel quibuscumque aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad recepcionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint quodque de canonicatibus et prebendis ipsius ecclesie vel[a] de beneficiis ecclesiasticis ad eorum collacionem provisionem vel quamvis aliam disposicionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem et qualibet alia dicte sedis indulgencia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi nostre gracie inpediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiuscumque toto tenore debeat in nostris litteris mencio specialis aut quod in ecclesia Hamburgensi Bremensis diocesis canonicatum et prebendam nosceris obtinere et quod hodie tibi de officio cellararia nuncupato in dicta ecclesia Lubicensi vacante tibi duximus providendum, seu si presens non fueris ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus ipsius ecclesie Lubicensis solitum iuramentum, dummodo in absencia tua per procuratorem ydoneum et, cum ad ecclesiam ipsam Lubicensem accesseris, corporaliter illud prestes. Nulli [ergo omnino hominum liceat hanc paginam][b] nostre collacionis provisionis reservacionis et constitucionis [infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum].[b] Datum Avinione, nonas Junii, anno quarto.

Registrum Vaticanum 70, fol. 385b und 386, im Vatikanischen Archiv zu Rom. Verzeichnet: Mollat, Jean XXII, Lettres communes III, Nr. 11567.

475.

Graf Adolf VII. von Holstein schließt mit seinem Vetter, dem Grafen Johann III. von Holstein, einen Teilungsvertrag. — Hatzburg, 1320 Juni 6 (Datum Hatesborch, anno Domini MCCCXX, feria sexta ante dominicam, qua cantatur Factus est Dominus).

a) *Folgt durch daruntergesetzte Punkte getilgt* aliis. b) *Im Text steht* etc. *Ergänzt aus gleichlautenden Originalurkunden, z. B. Mecklenb. UB. VI, Nr. 4062; Die Papsturkunden Westfalens I. Teil, Nr. 550.*

In der Urkunde heißt es: Item villam Eyleckestorpe prelibatus domicellus Johannes absque omni contradictione nostra vel nostrorum perpetuo possidebit. . . . Item nobis dimisit pretactus domicellus Johannes, quod villam Smalenbeke redimere poterimus ad nostros usus, si eiusdem reempcio nobis placuerit, quod si a nobis[a] dictam reempcionem visum fuerit expedire, eo modo, quo ipse predictam villam habuit redimendam.

Original, Pergament, im Reichsarchiv zu Kopenhagen, Gottorper Archiv. Das angehängte Siegel fehlt. Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Urkundensamml. II, Nr. 40; Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 417, mit dem unrichtigen Datum Mai 30.

476.

Die Schöffen der Stadt Gent beurkunden, indem sie sich namentlich an den Rat von Bremen wenden, daß Gilebert Grutre und Balduin Rijm als Vormünder der Kinder des Jordan Rijm Johann Coevoet bevollmächtigt haben, ihre ausstehenden Forderungen an verschiedene Tuchkaufleute in Deutschland und benachbarten Gegenden einzuziehen. — 1320 Juni 17.

Universis presentes litteras inspecturis et specialiter viris providis et discretis dominis iudicibus scabinis et consulibus in Bremen scabini ville Gandensis salutem cum notitia veritatis. Noverint universi, quod coram nobis personaliter comparentes Gilebertus dictus Grutre et Balduinus dictus Rijm oppidani nostri tutores seu curatores liberorum Jordani dicti Rijm quondam oppidani nostri Johannem dictum Coevoet latorem presentium suum verum et legitimum constituerunt et ordinaverunt procuratorem quoad petendum exigendum et consequendum pecuniarum quantitates, in quibus plures et diversi mercatores pannorum in Alemannia et circumvicinis partibus commorantes eisdem liberis ex causa successionis sunt obligati de venditionibus pannorum eis a dicto Jordano venditorum et deliberatorum, prout dicti oppidani nostri asserebant coram nobis, quos quidem debitores lator presentium bene nominabit, dantes et concedentes predicto procuratori suo potestatem et mandatum speciale dictas pecuniarum summas, si opus fuerit, petendi et consequendi et dictos debitores et quemlibet eorum conveniendi et eas recipiendi eisque receptis ipsos et quemlibet ipsorum quitandi super eisdem, prestandi in eorum animas cuiuslibet generis sacramentum et omnia alia et singula faciendi, que in premissis fuerint facienda et que dicti oppidani nostri facerent seu facere possent, si premissis personaliter interessent, ratum et gratum habentes et habituri, quicquid per dictum procuratorem suum pro ipsis et eorum nomine in premissis actum fuerit sive dictum. Preterea universitatem vestram attentius requirimus et rogamus, quatinus dicto procuratori auxilium et consilium impendatis, ut per vos dicta debita valeat adipisci, tantum in premissis pro nobis facientes, quantum nos pro vobis et vestrum quolibet velletis esse facturos in casu consimili vel maiori, istis litteris post annum a data presentium minime valituris. In quorum omnium premissorum testimonium et munimen sigillum nostrum ville Gandensis presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo, die Martis ante festum beati Johannis bapthiste.

Original, Pergament, mit abhangendem, beschädigtem Siegel der Stadt Gent mit dem Sekret als Rücksiegel in grünem Wachs.

a) *Lies:* placuerit vel si nobis?

477.

Die Schöffen der Stadt Gent beurkunden, daß Gertrud, Jakob Bettes Witwe, und ihre Kinder Johann Coevoet bevollmächtigt haben, ihre ausstehenden Forderungen an verschiedene Tuchkaufleute in Deutschland und benachbarten Gegenden einzuziehen. — 1320 Juni 17.

Universis presentes litteras inspecturis scabini ville Gandensis salutem in Domino. Noverint universi, quod coram nobis personaliter comparentes domicella Gertrudis relicta et liberi quondam domini Jacobi dicti Bette oppidani nostri Johannem dictum Coevoet latorem presentium suum verum et legitimum constituerunt et ordinaverunt procuratorem quoad petendum exigendum et consequendum pecuniarum quantitates, in quibus plures et diversi mercatores pannorum in Alemannia et circumvicinis partibus commorantes eisdem oppidanis nostris sunt obligati de venditionibus pannorum, prout dicti oppidani nostri asserebant coram nobis, quos quidem debitores lator presentium bene nominabit, dantes et concedentes predicto procuratori suo potestatem et mandatum speciale dictas pecuniarum summas, si opus fuerit, pro ipsis et eorum nomine et ad opus eorundem oppidanorum nostrorum petendi et consequendi et undique super dictis pecuniarum quantitatibus consequendis eos et quemlibet eorum conveniendi et eas recipiendi eisque receptis ipsos et quemlibet ipsorum quitandi super eisdem, prestandi in eorum animas cuiuslibet generis sacramentum et omnia alia et singula faciendi, que in premissis fuerint facienda et que etiam ad expeditionem complementum et perfectionem premissorum requirentur ac necessaria fuerint et opportuna, ratum et gratum habentes et habituri, quicquid per dictum procuratorem suum pro ipsis et eorum nomine in premissis actum fuerit sive dictum. Preterea universitatem vestram attentius requirimus et rogamus, quatinus predicto procuratori in premissis adhibere velitis iusticie complementum et facere, ut dicti oppidani nostri dicta debita sua valeant adipisci tantum in premissis pro nobis facientes, quantum nos pro vobis et vestrum quolibet velletis esse facturos in casu consimili vel maiori, istis litteris post annum a data presentium minime valituris. In quorum omnium premissorum testimonium et munimen sigillum nostrum ville Gandensis presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo, die Martis ante festum beati Johannis bapthiste.

Original, Pergament, mit abhangendem, beschädigtem Siegel der Stadt Gent mit dem Sekret als Rücksiegel in grünem Wachs.

478.

Die Schöffen der Stadt Gent beurkunden, daß Balduin aus der Volrestrasse[1] und die Erben seiner verstorbenen Gemahlin Elisabeth Johann Coevoet bevollmächtigt haben, ihre ausstehenden Forderungen an verschiedene Kaufleute in Deutschland und benachbarten Gegenden einzuziehen. — 1320 Juni 17.

Universis presentes litteras inspecturis scabini ville Gandensis salutem in Domino.

1) Vgl. Nr. 479.

Noverint universi, quod coram nobis personaliter comparentes dominus Balduinus de Vico Fullonum et heredes domicelle Elisabeth quondam uxoris sue oppidani nostri Johannem dictum Coevoet latorem presentium suum verum et legitimum constituerunt et ordinaverunt procuratorem quoad petendum exigendum et consequendum pecuniarum quantitates, in quibus plures et diversi mercatores pannorum in Alemannia et circumvicinis partibus commorantes eisdem oppidanis nostris sunt obligati de venditionibus pannorum, prout dicti oppidani nostri asserebant coram nobis, quos quidem debitores lator presentium bene nominabit, dantes et concedentes predicto procuratori suo potestatem et mandatum speciale dictas pecuniarum summas, si opus fuerit, pro ipsis et eorum nomine et ad opus eorundem oppidanorum nostrorum petendi et consequendi et undique super dictis pecuniarum quantitatibus consequendis eos et quemlibet eorum conveniendi et eas recipiendi eisque receptis ipsos et quemlibet ipsorum quitandi super eisdem, prestandi in eorum animas cuiuslibet generis sacramentum et omnia alia et singula faciendi, que in premissis fuerint facienda et que etiam ad expeditionem complementum et perfectionem premissorum requirentur ac necessaria fuerint et opportuna, ratum et gratum habentes et habituri, quicquid per dictum procuratorem suum pro ipsis et eorum nomine in premissis actum fuerit sive dictum. Preterea universitatem vestram attentius requirimus et rogamus, quatinus dicto procuratori in premissis adhibere velitis iusticie complementum et facere, ut dicti oppidani nostri dicta debita sua valeant adipisci, tantum in premissis pro nobis facientes, quantum nos pro vobis et quolibet vestrum velletis esse facturos in casu consimili vel maiori, istis litteris post annum a data presentium minime valituris. In quorum omnium premissorum testimonium et munimen sigillum nostrum ville Gandensis presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo, die Martis ante festum beati Johannis bapthiste.

Original, Pergament, mit abhangendem, beschädigtem Siegel der Stadt Gent mit dem Sekret als Rücksiegel in grünem Wachs.

479.

Balduin aus der Volrestrasse[1] bevollmächtigt Johann Coevoet, seine ausstehenden Forderungen einzuziehen. — 1320 Juni 24.

Noverint universi tam presentes quam futuri, quod ego Balduinus dictus extra Volrestrate in hiis scriptis publice protestando recognosco, quod Johannem dictum Coevoet latorem presentium meum verum et legitimum constituo procuratorem super omnibus et singulis diversis meis debitis, que meus procurator antedictus tempore et loco viva voce nominabit, dans et concedens predicto meo procuratori plenariam potestatem et speciale mandatum predicta mea debita omnia et singula petendi moniendi recipiendi et de receptis quiticlamandi ac omnia et singula super premissis faciendi, que egomet facerem seu facere possem, si premissis personaliter interessem, et que necessaria fuerint seu opportuna, promittens, quod, quicquid per dictum meum procuratorem actum dictum factum fuerit

1) In Gent, s. J. Vuylsteke, Gentsche stads- en baljuwsrekeningen 1280—1336, S. 666₃₃. — Vgl. Nr. 478.

in premissis seu procuratum, ratum gratum et firmum tenere(!) in futurum. In cuius rei testimonium sigillum meum proprium presentibus litteris est appensum. Datum anno Domini MCCC vicesimo, in die nativitatis beati Johannis baptiste.

Original, Pergament, mit anhängendem, beschädigtem Siegel des Ausstellers.

480.

Der päpstliche Nuntius Jacobus de Rota befiehlt den ständigen Vikaren im Hamburger Dom Heinrich von Buxtehude und Nikolaus Voltzekini, die vom Domkapitel für ihn als päpstlichen Kollektor in der bremischen Kirchenprovinz verauslagten Beträge von den Pfründeninhabern in der Stadt Hamburg und der hamburgischen Propstei wieder einzuziehen. — 1320 Juli 5.

Jacobus de Rota sedis apostolice nuncius collector fructuum beneficiorum vacantium camere domini nostri pape per totam Bremensem provinciam deputatus discretis viris domino Hinrico de Buxtehude et Nicolao Voltzekini perpetuis vicariis ecclesie Hamburgensis salutem et mandatis apostolicis firmiter obedire. Cum capitulum Hamburgense pro nostro securo conductu et pecunia[a] domini nostri pape ad suam cameram deferenda[a 1] necnon pro dampnis interesse et expensis inde subsecutis exposuerit quadraginta marcas denariorum Hamburgensium et tota prepositura Hamburgensis secundum tenorem nostrarum apostolicarum litterarum et de iure teneatur ista onera supportare, vobis et cuilibet vestrum in solidum, alio inpedito vel nolente interesse, sub pena excommunicationis, quam canonica monicione in vos et vestrum quemlibet in hiis scriptis proferimus, si non feceritis, quod precipimus, committimus et mandamus, quatenus dictas XL marcas inter beneficiatos omnes in ipsa civitate et prepositura Hamburgensibus constitutos, exemptos et non exemptos, equanimiter pro rata bonorum suorum dividatis, cuilibet iuxta suas facultates suam partem inponendo et ad compellendum ipsos et quemlibet ipsorum de solvendo, quod sibi sic rite et canonice fuerit inpositum per censuram ecclesiasticam, prout ad nos pertinet, tenore presencium vobis concedimus plenariam potestatem. Super quibus omnibus et singulis concedimus vices nostras. Datum anno Domini MCCCXX, III. nonas Julii, sub nostro sigillo.

Original, Pergament, mit abhangendem, stark beschädigtem Siegel. — Rückaufschrift (14. Jahrh.): Super collectura decime papalis.

481.

Der hamburgische Propst Leo vergleicht sich mit dem hamburgischen Domkapitel über verschiedene Kompetenzstreitigkeiten. — Hamburg, 1320 Juli 8.

Universis presentes litteras inspecturis nos Leo Dei gracia prepositus ecclesie Hamburgensis cupimus esse notum, quod, cum iam dudum dissensiones inter nos ex una

a) *Original* pecunie . . . deferende.

1) *Vgl. die Abrechnung des Jacobus de Rota über die Einnahmen aus der hamburgischen Propstei in der Anmerkung zu Nr. 446.*

et capitulum nostre Hamburgensis ecclesie parte ex altera exorte fuissent super articulis infrascriptis, super ipsis inter nos et idem capitulum diligenti tractatu prehabito sic exstitit per ordinem concordatum et finaliter declaratum: Primo quod, cum constet, quod parrochiales ecclesie civitatis Hamburgensis . . decano et capitulo Hamburgensi sint subiecte et iuridictio in rectores ecclesiarum huiusmodi et in clericos ministros eorum ac clerum . . civitatis ad . . decanum Hamburgensem omnino pertinet,[a] nichil eis auctoritate nostra precipere valeamus, sicut nec idem . . decanus et . . capitulum extra civitatem in parrochiis nostris aliquid iuridictionis poterit exercere. Item cum iure sit cautum, quod . . prelatus sine speciali consensu sui . . capituli non possit constituciones seu statuta condere seu beneficiatos suis beneficiis privare, nec volumus nec debemus quaslibet constituciones seu statuta edere nec aliquos beneficiatos in nostra . . prepositura beneficiis suis privare sine consensu nostri . . capituli speciali.[b] Item quocienscumque futuris temporibus questuarii ad nos venerint requirentes litteras nostras sive mandata nostra pro fidelium elemosinis colligendis, non dabimus ipsis super hoc litteras nostras neque alia mandata vel exhortaciones pro ipsis faciemus, nisi hoc fuerit de illorum, qui structure seu fabrice Hamburgensis ecclesie pro tempore prefuerint, beneplacito et consensu, et tunc demum, si litteras nostras habere voluerint, recipiemus ab ipsis questuariis servicium aliquod pro scriptura et sigillo, sicut hactenus est consuetum. Item cum inter prenominatum nostrum . . capitulum et clerum nostre iuridictioni subiectum talis facta sit unio, quod idem clerus nobiscum et cum . . capitulo debet communibus exspensis et sumptibus defendere causas et lites contra reverendum . . patrem dominum Johannem archiepiscopum Bremensem pendentes, nos debemus predictum clerum et quemlibet de huiusmodi clero ad erogacionem seu contribucionem pecunie ad huiusmodi defensionem pro preterito tempore non solute necnon pro futuro tempore exsolvende fideliter et efficaciter conpellere, sicut et quando predicto nostro . . capitulo vel ipsius maiori parti, in quantum ius requirit, magis videbitur expedire. Preterea super articulis aliis inter nos et iam dictum . . capitulum in concertacionem deductis, cum non sint perpetui, nos una cum dilectis avunculis nostris domino Ludolfo milite et Hinrico famulo fratribus dictis Scarpenberch memorato . . capitulo fideiussoriam prestitimus caucionem, quod omnia premissa et singula necnon modos et ordinaciones in predictis hoc scripto non specificatis placitatos ad effectum debemus perducere temporibus prefinitis. Cum autem pretacta extra scripturam placitata, pro quibus caucionem fecimus, fuerint adimpleta, cessabit et extincta manebit omnis dissensionis materia et actio, que inter predictum . . capitulum et nos fuerat suscitata vel potuit quomodolibet suscitari. Et nos ab hac hora inantea non impediemus . . decanum et sepedictum . . capitulum in iure ipsis quomodolibet competenti. Et nos Johannes decanus et . . capitulum ecclesie Hamburgensis predicte recognoscimus omnia et singula diligenti deliberacione prehabita placitata et ordinata esse cum consensu nostro. Quamobrem, cum idem Leo prepositus noster vocem habeat in . . capitulo nostro et plenum ius canonici, ipsum ad tractatus capitulares sine contradictione qualibet admittemus nec ipsum perturbare volumus nec debemus in iure suo tam racione . . prepositure quam canonice sibi

a) *Randbemerkung (15. oder 16. Jahrh.) im Liber copialis Capituli:* Nota pertinentia ecclesiarum Hamburgensium. b) *Desgl.:* Require huiusmodi capitula de officio prepositi infrascripta(?) fere(?) omnia.

quomodolibet competenti. Et nos Ludolfus miles et Hinricus famulus fratres dicti Scarpenberch antedicti recognoscimus, quod fide data in solidum cum dicto .. preposito promisimus capitulo supradicto, quod idem .. prepositus omnia premissa et singula inviolabiliter servare debeat et efficaciter adimplere. In quorum omnium et singulorum testimonium sigilla omnium nostrum, de quibus mencio fit superius, presentibus sunt appensa. Datum Hamborch, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo, octavo idus Julii.

Original, Pergament, in zwei Ausfertigungen. Or. A: Die angehängten vier Siegel fehlen, die beiden mittleren Siegelbänder erhalten. — Auf der Falte: LIIII. *Rückaufschrift (14. Jahrh.):* Declaratio quorundam articulorum inter prepositum et capitulum observandorum; *wiederholt von einer Hand des 17. Jahrhunderts; außerdem:* R. — *Or. B mit vier anhängenden Siegelbändern und einem Rest des ersten Siegels. — Auf der Falte:* LIIII. *Rückaufschrift (17. Jahrh.):* Declaratio quorundam articulorum inter praepositum et capitulum observandorum, *und:* R.

Abschriften: 1. im Liber copialis Capituli fol. 73, Privilegia capitularia LIIII, irrtümlich mit dem Datum MCCCXXVIII, ydus Julii. *Überschrift:* Declaracio quorundam articulorum inter prepositum et capitulum servandorum; *2. in einem kleinen Kopialbuche des Domkapitels (14. Jahrh.), bezeichnet:* Bona, iura, privilegia, ordinationes ...... ecclesiae metropolitanae Hamburgensis, *fol. 17b und 18. Überschrift:* De ordinacione inter capitulum et prepositum.

482.

Der Propst des Klosters Harvestehude, Willekin, teilt dem Bischof Engelbert von Osnabrück mit, daß er in Folgeleistung des ihm erteilten Auftrages das bischöfliche Mandat, das die Ernennung der Pröpste von Friedland und Neukloster und des Ratzeburger Domherrn Johann von Barnekow zu Subdelegierten in der Restitutionsangelegenheit des Erzbischofs von Bremen[1] *widerruft, am 5. Juli zu Lübeck verkündet und die Genannten auf den 12. Juli nach Hamburg und, als sie dort nicht erschienen, auf den 24. Juli nach Osnabrück zitiert habe. — 1320 [zwischen Juli 12 und 24].*

Et vos, reverende pater domine Enghelberte Osnaburgensis ecclesie episcope, noveritis per me Willekinum prepositum monasterii in Herverdeshudhe, quod statim post recepcionem mandati vestri presentis, scilicet anno Domini MCCCXX, IIII. nonas Julii,[2] transivi ad civitatem Lubicensem ibique die inmediate sequenti primo in ecclesia cathedrali publice, ubi Vredelandie Havelbergensis dyocesis et Novi Claustri Zverinensis dyocesis .. prepositi ac Johannes de Barnecowe canonicus regularis Raceburgensis ecclesie executores vestri subdelegati edictum citacionis sue generaliter proposuerant et deinde processus suos et execucionem ipsis per vos nuper commissam in causa restitucionis venerabilis patris domini Johannis[a] archiepiscopi Bremensis contra honorabiles viros dominos .. prepositum et .. decanum ac capitulum Bremensis ecclesie ac contra omnes de provincia Bremensi fecerant et publicaverant, ego presentes vestras litteras auctoritatem ipsis per vos commissam revocantes una cum litteris vestris citatoriis michi et .. preposito

a) *Folgt ausradiert* Bre.

1) *Vgl. Nr. 465.*
2) *1320 Juli 4.*

in Utersten et nostrum cuilibet directis presentibus annexis in reverendi patris domini Hinrici episcopi et sui capituli Lubicensis ac aliquot canonicorum regularium Raceburgensis ecclesie presencia ac coram magna multitudine cleri et populi ibidem congregata ac deinde coram discretis et providis viris proconsulibus et consulibus seu scabinis et rectoribus et demum coram conventibus fratrum predicatorum et minorum eiusdem civitatis Lubicensis publice et manifeste legi denunciavi et publicavi intelligibiliter, peremptorie citans eosdem .. Vredelandie et .. Novi Claustri .. prepositos ac Johannem de Barnecowe, ut coram me IIII. ydus predicti mensis Julii[1] in ecclesia Hamburgensi hora tercia comparerent audituri et visuri litteras vestras revocatorias supradictas quodque in presencia vestra Osenbrugghe in instanti vigilia beati Jacobi apostoli[2] comparerent processus suos, si sua interesse crederent, defensuri, scientes, reverende pater, certissime, quod predicta in loco insigni ipsis magis vicino propter potenciam quorundam virorum nobilium et terrarum dominorum,[a] per quorum districtum me transivisse oportuit, dominum Hinricum de Dartzowe, qui se gerit pro vicario dicti domini .. archiepiscopi, ac prenominatos .. prepositos et Johannem de Barnecowe in sua feritate potenter fovencium exequi secure per me vel per alium non poteram nec audebam. Et hoc fui coram memoratis .. dominis .. episcopo et capitulo .. fratribus predicatoribus et minoribus ac proconsulibus consulibus scabinis et rectoribus publice protestatus. Prefatis eciam .. Vredelandie et Novi Claustri prepositis ac Johanne de Barnecowe nec per se nec per procuratores aliquatenus dicto anno Domini MCCCXX, IIII. idus Julii, in ecclesia Hamburgensi in termino ipsis et eorum cuilibet assignato comparentibus predictas litteras vestras revocatorias una cum litteris vestris citatoriis publice legi insinuavi et publicavi in iam dicta Hamburgensi ecclesia coram honorabilibus viris dominis .. preposito .. decano et capitulo eiusdem ecclesie et proconsulibus consulibus seu scabinis et rectoribus et pluribus clericis et laycis fide dignis ad hec vocatis specialiter et rogatis referens coram eis, qualiter vestra mandata fui in civitate Lubicensi per ordinem executus et qualiter vices vestras ipsis commissas propter inordinatos processus per ipsos habitos revocastis. Et obtuli me nichilominus ad exhibendum easdem vestras litteras et ad tradendum ipsarum copiam ipsis et cuilibet, qui sua crederet interesse, citans eciam sepedictos .. Vredelandie et .. Novi Claustri prepositos ac Johannem de Barnecowe denuo et peremptorie, ut coram vobis in predicta vigilia beati Jacobi apostoli Osenbrugge compareant iuxta mandatum vestrum processus suos, si voluerint, defensuri. Que omnia et singula vobis per ordinem fideliter insinuo et intimo presentibus litteris hiis vestris litteris transfixis mei sigilli munimine roboratis. Acta sunt hec anno diebus et locis predictis, presentibus testibus memoratis.

Original, Pergament. Das angehängte Siegel fehlt, Siegelband erhalten. — Rückaufschrift (17. Jahrh.): Citatio quaedam episcopi et capituli Lubecensis 1324. No 17, *darunter mit Bleistift:* D 79. — *Diese Urkunde, die dem Mandat des Bischofs von Osnabrück angeheftet und ihm übersandt werden sollte, ist entweder das nicht zur Absendung gelangte Original oder eine zweite, in Hamburg zurückbehaltene Ausfertigung.*

Verzeichnet: Mecklenb. UB. VI, S. 518.

a) *Or.* dominos.

1) *1320 Juli 12.*
2) *1320 Juli 24.*

483.

[Papst Johann XXII.] befiehlt dem Bischof von Verden, dem Abt des Klosters St. Adalbert in der Diözese Münster und dem Propst der Ratzeburger Kirche, benannte Widersacher des Erzbischofs Johann von Bremen, darunter das hamburgische Domkapitel und mehrere hamburgische Domherren, vor den päpstlichen Stuhl zu laden. — Avignon, 1320 Juli 17 oder 27.

Venerabili fratri . . episcopo Verdensi et dilecto filio . . abbati monasterii in Adalbert Monasteriensis diocesis ac . . preposito ecclesie Razeburgensis salutem [et apostolicam benedictionem].[a] Commissi nobis a Domino pastoralis officii debitum exequimur, ut debemus, cum subditorum actus nepharios cohercemus et eorum excessus, qui limam apostolice correctionis exposcunt, non dimittimus incorrectos, ut ipsi de commissis debitam non effugiant ultionem et alii a talibus pene formidine in posterum arceantur. Sane per venerabilem fratrem nostrum Johannem archiepiscopum Bremensem in nostra et fratrum nostrorum presentia fuit olim propositum cum querela, quod, cum ipse ad correctionem excessuum suorum subditorum procederet et intenderet in suis civitate diocesi ac provincia visitationis officium iuxta sui officii debitum et, prout in eis multorum notoria crimina exigebant, secundum formam canonicam exercere, venerabilis frater noster Marquardus episcopus Razeburgensis et Hermannus dictus Moltzan tunc Zwerinensis prepositus ac Henricus de Bocholt tunc pro preposito Lubicensis ecclesiarum se gerens, qui siquidem Hermannus pro Zwerinensi et Henricus pro Lubicensi episcopis se gerunt, Bremensis et Hamburgensis dicte diocesis necnon Zwerinensis et Lubicensis prefatorum (!) ac Razeburgensis provincie prefate dicto archiepiscopo iure metropolitico subiectarum capitula et singulares persone de dictis Bremensi et Hamburgensi capitulis una cum quibusdam aliis eorum in hac parte complicibus, velut male sibi conscii, ut dictum archiepiscopum super huiusmodi exercicio visitationis prepedire valerent et propterea correctionem suorum declinarent excessuum, contra dictum archiepiscopum et in subversione status eius nequiter conspirarunt et sub iniquitate conspirationis huiusmodi prefati capitulum et persone ipsius ecclesie Bremensis in dictis civitate et diocesi presumpserunt generaliter inhibere, ne aliquis ei quomodolibet obediret neque crisma per ipsum reciperet consecratum, aliud crisma per dictum episcopum Razeburgensem consecratum in eisdem civitate et diocesi de suis recipi manibus temeritate propria faciendo, prefatum quoque archiepiscopum omnibus bonis iuribus et iurisdictionibus ad mensam suam archiepiscopalem spectantibus, conflatis publice contra eum rebellionis spiritibus, spoliarunt et Johannem de Lunemborgh gerentem se pro ipsius ecclesie Bremensis scolastico et in administratorem spiritualium et temporalium eiusdem ecclesie Bremensis dicto archiepiscopo in eadem diocesi tunc existente ac exequente inibi huiusmodi sui officium debitum presumptuosis ausibus assumpserunt. Idemque Johannes de Lunemborgh administrationi huiusmodi temere se ingessit ac eam excommunicationis etiam vinculo ab ipso archiepiscopo auctoritate ordinaria innodatus pro eo, quod canonice monitus non dimittebat eandem, exercuit, prout adhuc etiam dicitur exercere, ac cetera, que sunt ordinis, per venerabilem fratrem nostrum Cononem[b] episcopum dictum Margaritensem ibidem faciunt exerceri. Rursus

a) *In der Abschrift steht* etc. b) *Abschrift* Cononensem.

tam Johannes quam capitulum Bremense predictam electionem factam de dicto Henrico ad dictam Lubicensem ecclesiam confirmavit ac ipsum et dictum Hermannum, tunc electum Zwerinensem confirmatum, per alios antistites fecerunt temeritate propria in episcopos consecrari, eodem archiepiscopo renitente penitus et invito. Prefatus insuper archiepiscopus tunc in eadem diocesi existens pretextu conspirationis huiusmodi ductus apud laicos in contemptu a nonnullis filiis Belial, nobilibus armigeris et laicis, proditionaliter captus extitit et cunctis bonis ac rebus, que tunc penes se habebat queve multe valentie magnique precii existebant, violenter et immaniter spoliatus fuit, quoque, reverentia et timore nominis divini postpositis et non absque magno fidelium scandalo in personam suam manibus iniectis sacrilegis, verberatus et vulneratus, deportatus in exilium et carceri mancipatus. Cumque postmodum, dicto archiepiscopo ac Francone dicto Doneldey canonico Bremensi procuratore dictorum Bremensis et Hamburgensis capitulorum ac personarum singularium eorundem procuratorio nomine pro ipsis in nostra et fratrum nostrorum presentia constitutis, dictus procurator coram nobis et eisdem fratribus nostris inter alias causas per eum contra dictum archiepiscopum allegatas proposuisset ipsum archiepiscopum existere furiosum, de quo manifeste contrarium apparebat, recognovit tamen coram nobis et eisdem nostris fratribus sua sponte, quod prefati capitulum Bremense in dictis civitate ac diocesi alium administratorem posuerant loco archiepiscopi antedicti, nos igitur conspicientes evidenter fore mentis compotem archiepiscopum memoratum et causas huiusmodi allegatas frivolas reputantes tam ex hiis et ob recognitionem huiusmodi quam ex aliis causis legitimis prefatum archiepiscopum ad bona iura et iurisdictiones prefata, quibus fuerat a dictis capitulo Bremensi et personis singularibus ipsius, ut premittitur, spoliatus, de dictorum fratrum nostrorum consilio restituendum fore decrevimus eumque ad illa restitui mandavimus[1] iusticia suadente. Verum predicta Bremense et Hamburgense capitula, ut dicto archiepiscopo super restitutione huiusmodi obviarent, prout adhuc etiam obviare ac eum super illa impedire dicuntur, pretextu cuiusdam rescripti apostolici ab eis in forma communi obtenti, maliciose fecerunt ipsum in illis partibus ad iudicium evocari ac eum tunc, sicut et adhuc, apud sedem apostolicam constitutum, conficta in non comparendo contumacia contra eum, nulla erga ipsum iuxta iuris exigentiam modestia observata, excommunicationis vinculo innodari et etiam condempnari in non modica pecunie quantitate.[2] Dictique capitulum Bremense dictum Johannem de Lunenborch in scolasticum eiusdem ecclesie Bremensis et tam capitulum Bremense quam Johannes Lunenborch predicti Johannem dictum Grans monachum monasterii de Rastete ordinis sancti Benedicti dicte diocesis in abbatem ipsius monasterii, Leonem in prepositum et Johannem de Campo in decanum ipsius Hamburgensis ecclesie et nonnullos alios in aliis partibus et dignitatibus, quamquam alias hec ipsis non competerent, intruserunt ac predicti Hermannus et Henricus episcopalis denominationis gerendo titulum exercere omnia, que ad officium pastorale pertinent, non formidant ipsique monachus abbatiam dicti monasterii, Johannes de Lunenborch scolastriam Bremensis, Leo preposituram et Johannes de Campo decanatum Hamburgensis ecclesiarum predictarum aliique sic intrusi alios personatus et dignitates detinent occupatos in eorum perniciem animarum. Predicti autem Johannes

1) *Vgl. Nr. 412.*
2) *Vgl. Nr. 419.*

de Lunenborch et capitulum Bremense Henricum de Borch laicum dicte diocesis ipsius archiepiscopi vasallum, quem dictus archiepiscopus detineri faciebat exigentibus suis demeritis in custodia carcerali, de ipsa custodia penitus relaxarunt ac ei et quibusdam aliis subditis eiusdem archiepiscopi, quorum bona ipse archiepiscopus propter crimen proditionis ab eis in personam suam commissum eidem mense duxerat finaliter confiscanda et que ipse archiepiscopus pluribus annis possederat, bona ipsa restituere presumpserunt, eisdem capitulo Hamburgensi et personis ipsius Johanni de Lunenborch et capitulo Bremensi predictis impedientibus[a] in premissis auxilium consilium et favorem. Dictusque Henricus de Borch post suam relaxationem huiusmodi castrum Octernberge prefate diocesis ad mensam eandem pertinens adhibita sibi multitudine satellitum nocturno tempore occupavit, familiares ipsius archiepiscopi inibi existentes vulneravit et abinde violenter eiecit ipsumque castrum detinuit occupatum et in aliis bonis eiusdem mense intulit et inferre non desinit multa dampna. Et, licet dictus procurator coram nobis et eisdem fratribus nostris contra dictum archiepiscopum nonnulla crimina procuratorio nomine supradicto proponi fecisset ipsique procuratori volenti et consentienti mandassemus, ut se inscriberet ad penam sibi nostro arbitrio infligendam, si deficeret in probando in Romana curia ipsum archiepiscopum super huiusmodi contra eum propositis criminibus infamia laborare, dictus tamen Franco nulla inscriptione super hoc per eum facta latenter absque licentia nostra discessit de curia prelibata. Quare nobis eodem archiepiscopo humiliter supplicante, ut super hiis, ex quibus grandia pericula et scismata exorta fuisse in dictis partibus proponebat, dignaremur de oportuno remedio providere, nos volentes in predictis et aliis morem observare debite gravitatis venerabili fratri nostro Berengario episcopo Tusculanensi commisimus oraculo vive vocis, ut, an predicti episcopi Henricus de Boccolth et Hermannus, Bremense et Hamburgense capitula et persone singulares eorum aliique supradicti super huiusmodi per eundem archiepiscopum propositis publica, ut idem archiepiscopus asserebat, infamia laborarent, apud dictam sedem informationem reciperet per indaginem non solennem et, quicquid inde inveniret, nobis referre curaret. Ceterum, quia postmodum per fidelem et plenam ipsius episcopi Tusculanensis relationem nobis innotuit, quod prefati Marquardus et Cono episcopi et Hermannus et Henricus de Bocolth, Bremense et Hamburgense capitula necnon Volquinus prepositus, Fredericus decanus et Hildeboldus cantor, Thidericus de Brema, Octo de Lovemborgh, Johannes de Lunenberghe et idem Johannes de Lunenborch, Borchardus Grello, Octo de Oldemborch, Johannes Bule, supradictus Franco et Johannes dictus Parvus Bremensis, dicti Leo et Johannes de Campo, Henricus dictus Dux, qui gerit se pro scolastico, Johannes de Luchekenborch, Pellegrinus, Winnerus de Hamborch et Andreas dictus Stephani Hamburgensis ecclesiarum predictarum canonici, monachus et Henricus de Borch supradicti super huiusmodi excessibus, in quibus proponuntur aliqui videlicet ipsorum communiter et quidam ex eis divisim, ut promittitur, excessisse, reperti sunt apud bonos et graves, quorum testimonia tam super infamia huiusmodi quam super fide diversorum sigillorum appensorum in quibusdam litteris exhibitis coram eodem episcopo Tusculanensi per archiepiscopum eundem ad informandum eum de dicta conspiratione prefatus episcopus Tusculanensis reperiit, huiusmodi publica

a) *Lies prebentibus?*

infamia laborare: nos intendentes exigente iustitie debito, quin immo conscientie stimulo impellente, si de predictorum veritate constiterit, procedere contra eos, ne ipsi in exempli perniciem transeant aliorum, discretioni vestre sub excommunicationis pena, quam vos, si secus feceritis, incurrere volumus, eo ipso per apostolica scripta districte percipiendo mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum, qui super hoc fuerit requisitus, infra decem dies post receptionem presentium memoratos Marquardum et Cononem episcopos, Hermannum et Henricum de Bocholt, Volquinum, Fredericum, Hildeboldum, Henricum dictum Ducem et reliquos prenominatos canonicos, monachum et Henricum de Borch, Bremense et Hamburgense capitula predicta, contra quos, ut predicitur, infamia huiusmodi est probata, ex parte nostra perentorie citare curetis, ut infra trium mensium spacium post citationem huiusmodi prefati Marquardus et Cono episcopi, Hermannus et Henricus de Bocholt, Volquinus, Fridericus, Hildeboldus, Henricus dictus Dux et alii prenominati canonici, monachus et Henricus de Borch personaliter, Bremense autem et Hamburgense capitula prelibata per procuratores ydoneos ad omnia sufficienter instructos cum omnibus actis iuribus et munimentis eorum, si qua eis competunt in premissis, conspectui apostolico personaliter se presentent recepturi pro meritis ac nostris et apostolicis mandatis humiliter parituri. Diem vero citationis huiusmodi et quicquid super hiis duxeritis faciendum nobis per vestras litteras harum de verbo ad verbum seriem continentes studeatis quantocius fideliter intimare. Datum Avinione, XVI.[a] kalendas Augusti, anno quarto.

Registrum Avinionense Nr. 13, fol. 542 ff., verglichen mit der Abschrift im Registrum Vaticanum Nr. 70, fol. 533 ff. Die durchstrichene Abschrift im Reg. Avin. ist, infolge starker Beschädigung der betreffenden Blätter am unteren Rande, unvollständig.

Gedruckt: Riezler, Vatikan. Akten zur deutschen Geschichte in der Zeit Kaiser Ludwigs des Bayern Nr. 204, stark gekürzt.

Verzeichnet: Mollat, Jean XXII., Lettres communes III, Nr. 11836.

484.

Das hamburgische Domkapitel ernennt den ständigen Vikar im Dom Konrad von Dannenberg zum Bevollmächtigten in seinem Verfahren gegen den Vikar und Generaloffizial des Erzbischofs von Bremen Heinrich von Dassow. — Hamburg, 1320 August 8.

Universis presentes litteras inspecturis seu audituris, quorum interest vel interesse poterit, Leo Dei gracia prepositus, Johannes decanus et capitulum ecclesie Hamburgensis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Noveritis, quod nos formidantes verisimiliter, quod dominus Hinricus de Dartzowe presbiter Raceburgensis dyocesis, qui se gerit pro vicario procuratore et officiali generali per venerabilem patrem dominum Johannem archiepiscopum Bremensem in spiritualibus et temporalibus in Bremensi provincia constituto, seu quilibet executores delegati seu subdelegati auctoritate sedis apostolice in causa

a) *So in der Abschrift im Reg. Avin., die Abschrift im Reg. Vatic. hat VI.*

restitucionis venerabilis patris domini Johannis Bremensis archiepiscopi vel quivis alii commissarii nobis et ecclesie nostre ac clero et populo nobis subiecto, non obstantibus nec attentis nostris appellacionibus ab iniquis processibus per eundem dominum Hinricum et pro ipsius recepcione alias factis ad sedem apostolicam interpositis, sint gravamina denuo contra iusticiam illaturi, cupientes, quod, prout nobis est possibile, futuris periculis obviare, deliberacione diligenti prehabita, constituimus discretum virum Conradum de Dannenberghe perpetuum vicarium in eadem nostra ecclesia nostrum verum et legitimum procuratorem ac nuncium specialem ad proponendum denuo inhabilitates et exhorbitaciones contra eundem dominum Hinricum de Dartzowe et ad exhibendum, quociens et ubi oportunum fuerit, eciam coram quibuscumque iudicibus ordinariis et executoribus delegatis et subdelegatis quomodolibet ac processuum quorumcumque publicatoribus seu denunciatoribus causas sue inhabilitatis et exhorbitacionis ad tantum ministerium, ad quod se constitutum asserit, exercendum, dantes et concedentes nichilominus eidem nostro procuratori plenariam potestatem probandi huiusmodi inhabilitates exhorbitaciones seu crimina ac proponendi et probandi alias quascumque excepciones recusaciones et defensiones nobis competentes vel in futurum competituras, quandocumque et ubicumque expediens fuerit, nos et nostram ecclesiam cum clero et populo nobis subiecto defendendi petendi protestandi, vias nullitatum allegandi, mandata moniciones sentencias et quoscumque processus quorumcumque iudicum ordinariorum seu executorum a sede apostolica deputatorum sive executorum auctoritate eiusdem sedis vel qualibet alia subdelegatorum seu subdelegandorum vel commissariorum inpungnandi seu elidendi necnon iudices et executores huiusmodi et eorum quemlibet tamquam suspectos seu suspectum recusandi, causas suspicionis probandi, potestatem seu auctoritatem ipsis seu eorum cuilibet commissam vel eciam committendam enervandi secundum canonicas et legitimas sanctiones, in animas nostras, si necesse fuerit, prestandi cuiuslibet generis iuramentum, appellandi, apostolos petendi et recipiendi, appellacionem prosequendi et innovandi, alium seu alios procuratores substituendi ac substitutos seu alios a nobis constitutos procuratores revocandi, quociens sibi expedire videbitur, ac alia omnia et singula procurandi et faciendi, que in premissis et eorum quolibet oportuna fuerint, eciam, si mandatum exigant speciale, gratum et ratum habituri, quicquid per dictum procuratorem nostrum aut substitutum seu substituendos ab ipso procuratum seu factum fuerit in premissis seu quolibet premissorum, promittentes nichilominus sub ypotheca rerum nostrarum pro eodem nostro procuratore et pro quolibet ab ipso substituto iudicatum solvi, si necesse fuerit, cum omnibus suis clausulis, ut sic idem noster procurator et quilibet[a] ab eo substituendi a satisfactionum oneribus releventur. Protestamur eciam, quod per predicta nequaquam intendimus renunciare directe vel indirecte appellacionibus quibuslibet in hoc negocio ex parte nostra alias ad sedem apostolicam interiectis. Datum Hamborch sub sigillo nostro, quo ad causas utimur, anno Domini MCCCXX, VI. ydus Augusti.

Original, Pergament, mit dem abhangenden Siegel ad causas *der hamburgischen Kirche. — Rückaufschrift (15. Jahrh.):* Mandatum capituli Hamburgensis contra procuratorem archiepiscopi Bremensis etc., *darunter von späterer Hand:* Procuratorium.

a) *Original* cuilibet.

485.

Graf Adolf VII. von Holstein bestätigt den Verkauf des Dorfes Berge im Kirchspiel Rensefeld durch die Brüder Johann, Otto und Siegfried von Bockwolde an den lübeckischen Bürger Emelrich Pape. — Hamburg, 1320 September 8. (Testes sunt fideles nostri Conradus de Winningehusen, Johannes Buscho, Zabel de Lovenborch milites et Marquardus Stake et quam plures alii fide digni. Datum Hamborch, anno Domini MCCC vicesimo, in nativitate beati Marie virginis genetricis Dei).

Original, Pergament, im Landesarchiv zu Oldenburg, mit dem an grünen Seidenfäden anhängenden Reitersiegel des Grafen mit Rücksiegel (Abb.: Milde, Siegel der Holstein-Schauenb. Grafen, Tafel 6, Nr. 31 und 32).

Gedruckt: UB. des Bistums Lübeck, Nr. 489.

486.

Der Rat von Lüneburg beurkundet, daß der lüneburgische Ratsherr Dietrich Thodo dem Bardowieker Stiftsherrn Nikolaus Johannis Bertoldi und dem ständigen Vikar im Hamburger Dom Nikolaus Decani eine Salzrente zum Besten der von dem Hamburger Domherrn Wulf gestifteten Memorien und Mahlspende[1] verkauft habe. — Lüneburg, 1320 November 2.

Nos consules civitatis Luneborch Gerbertus Magistri Putei, Johannes Abbenborch, Volcmarus de Sacco, Bertoldus Longus, Hermannus de Arena, Johannes Om, Marquardus Weddissen, Thidericus Thodo, Borchardus de Luchowe, Albertus Hollo, Eylemannus Beve, Johannes Viskule innotescimus presentibus et posteris presencium per tenorem, quod Thidericus Thodo inter nos numeratus unanimi consilio et consensu omnium legitimorum heredum suorum vendidit domino Nicolao Johannis Bertoldi canonico ecclesie Bardewicensis et domino Nicolao Decani perpetuo vicario ecclesie Hamburgensis duo plaustra salis quolibet flumine in salina Luneborch in domo Muntsinge in sartagine, que vocatur ghuncpanne, iacente ad manum dextram, cum itur in ipsam domum, ad tres memorias et unum servicium refectoriale domini Lupi dicte ecclesie canonici perpetuo libere pertinenda. In cuius contractus evidenciam testimonii pleniorem presens scriptum exinde confectum nostre civitatis sigillo fecimus communiri. Datum Luneborch, anno Domini MCCCXX, in crastino omnium sanctorum.

Abschrift im Liber copialis Capituli fol. 144b, Privilegia civitatum XX. Überschrift: Super duobus plaustris salis pertinentibus ad servicium refectoriale et memorias domini Lupi.

1) *Über diese Stiftung heißt es in dem Necrologium Capituli Hamburgensis (Ztschr. f. Hamb. Gesch. VI, S. 21 ff.) unter dem 8. April (S. 63):* Anno Domini MCCCXII obiit Lupus huius ecclesie canonicus, qui fecit servicium refectoriale VI marcarum in die Katharine *(Nov. 25)*, et in matutinis cantabitur Aule celestis pro ultimo responsorio. Item ordinavit tres memorias, unam pro se hodie, alias pro patre suo et matre, quamlibet de II marcis, canonicis et vicariis presentibus in vigiliis et in missa de bonis in Kercstenbeke, *ferner unter dem 25. November (S. 144):* Hic instituit Lupus huius ecclesie canonicus servicium refectoriale VI marcarum, hoc addito, quod responsorium Aule celestis cantabitur pro responsorio ultimo in matutinis, et campanario II sol. de salina Luneburgensi ministrandum.

487.

Die Brüder Ludolf und Heinrich Scarpenberch verpfänden dem Kloster Harvestehude eine Rente aus dem Hamburger Zoll zur Bestreitung des Unterhalts der dem Kloster zur Erziehung übergebenen beiden Töchter Ludolfs. — Linau, 1320 November 8.

Universis presentia visuris vel audituris nos Ludekinus miles et Hinricus famulus fratres dicti Scarpenberch eorundem tenore cupimus fore notum, quod monasterio sanctimonialium in Valle Virginum obligando ponimus quatuor marcarum redditus, quos habemus in telonio in civitate Hamburgensi, pro quadraginta marcis denariorum Hamburgensium. Quam quidem pecuniam ego Ludkinus suprascriptus eidem monasterio solvere teneor pro expensis sumptuum, quos mee filie ambe in eodem monasterio ratione discendi mores et virtutes consument atque consumpserunt, hiis tamen conditionibus duabus inclusis, quarum una hec est: si predicte mee filie ad plenum quatuor annis in prefato monasterio non persisterent, tunc, quantus defectus et diminutio in annis deficeret, tantum nobis provisores dicti monasterii recompensive complere tenerentur in marcis quadraginta. Altera hec est: si prefate mee filie annis quinque in dicto monasterio persisterent, tunc predictos quatuor marcarum redditus eidem monasterio pro marcis quinquaginta poneremus, et hoc usque in diem, quo nobis placeret pro tanta pecunia reemptio reddituum predictorum. Insuper si interim prelibato[a] monasterio in predictis redditibus aliquod gravamen vel impedimentum ingrueret tam a dominis terre quam a civibus civitatis Hamborch vel saltem a quocumque, ab eo nos pretactum monasterium eripere deberemus liberum et indempne. Testes huius sunt: Leo prepositus ecclesie Hamburgensis, Johannes de Monte, Alardus Inperterritus, Hinricus de Hetvelde, Hinricus Blomenberch consules Hamburgenses et alii quam plures fide digni. In cuius evidentiam nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum Linowe, anno Domini MCCCXX, in die Wellehadi episcopi.

Original, Pergament, mit Spuren der beiden abhangenden Siegel. — Rückaufschriften: 1. (14. Jahrh.): Littera, quam habuit conventus in Herwerdeshude super redditibus in theloneo, quos habet nunc ecclesia; *2. (15. Jahrh.):* Quatuor marcarum redditus in theolonio. R[egistrata].

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 428.

488.

Graf Johann III. von Holstein verpfändet seinen Hof Moorfleth im Billwärder nebst einem Zehnten an Johann Mildehovet. — Schloß Steinburg, 1320 November 10.

Universis presencia visuris et audituris Johannes domicellus Dei gracia Holtzacie Stormarieque comes salutem in omnium salvatore. Ad noticiam omnium tam presencium quam futurorum deducere cupimus per presentes presencium tenore publice recognoscentes, quod nos matura deliberacione atque sanis consiliis nostrorum consiliariorum et fidelium prehabitis dilecto nobis vasallo Johanni dicto Mildehovet curiam nostram in pallude, que dicitur Billenwerder, sitam Urenwlet dictam cum quadam decima supra sex mansos et dimidium mansum pro quadringentis et quinquaginta marcis denariorum Lubycensium

a) *Or.* preliberato.

obligavimus, nobis tamen facultatem liberam dictam curiam pro memorata summa pecunie redimendi, quandocumque nobis oportunum fuerit, reservantes. Si vero prefatus Johannes antedictam curiam alteri pro suo commodo et utilitate pro memorata pecunia obligare proposuerit et decreverit, dummodo convenienti et utili nobis et dicte terre Billenwerdere dictam curiam cum suis attinenciis obligaverit, illi recognicionem cuiusdam obligacionis, que in vulgari dicitur weddescath, facere debemus et tenemur. Protestamur insuper et recognoscimus, quod, si dictus Johannes vel aliquis suo nomine in dicta curia aliqua edificia, que et qualia existant, preter edificaciones propugnaculorum, quas in dicta curia facere minime debet, de novo preter edificia in curia ad presens existencia edificaverit et construxerit, cum quibus dictam curiam emendaverit, ipsa tempore redempcionis dicte curie secundum estimacionem virorum discretorum plenarie persolvemus. In horum omnium et singulorum evidens testimonium sigillum nostrum, quod secretum dicitur, presentibus duximus apponendum. Datum in castro nostro Stenborch, anno Domini MCCCXX, proxima secunda feria ante Martini, presentibus dominis Danyele preposito in Reynebeke, Detlevo de Bochwolde milite ac aliis pluribus fide dignis ad hec vocatis specialiter et rogatis.

Original, Pergament. Das abgehängte Siegel ist abgerissen. Ein Reitersiegel, nicht das Sekretsiegel, des Grafen Johann III. (Abb.: Milde, Siegel der Holstein.-Schauenb. Grafen, Tafel 6, Nr. 28) liegt lose bei. — Rückaufschriften: 1. (14. Jahrh.): kk. R[egistrata]; *2. (15. Jahrh.):* Super curia in etc. Billenwerder. R[egistrata]. A.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 429.

489.

Graf Gerhard III. von Holstein beurkundet einen Vertrag mit dem Rate und den Bürgern Hamburgs über die Beilegung etwaiger Zwistigkeiten, die zwischen ihnen und seinen Untertanen entstehen, verspricht ihnen seine Vermittlung bei Streitigkeiten mit Leuten, die nicht zu seinen Untertanen gehören, und bestätigt ihre Privilegien. — Segeberg, 1320 November 18.

Gerhardus Dei gratia comes Holtsacie et Stormarie universis presentia visuris seu audituris salutem in Domino cum noticia veritatis. Noverint universi, quod propter fidelia obsequia nostris progenitoribus et nobis per dilectos nostros consules et cives Hamburgenses gratanter exhibita sepius et impensa cum ipsis concedamus in hunc modum, videlicet, si ipsi consules aut cives quenquam de nostris vasallis aut hominibus pro quacunque re vel causa voluerint incusare, nos ordinamus, quod talis noster vasallus aut subditus eisdem consulibus aut civibus satisfaciet in amicitia vel in iure. Sed si versa vice quisquam de nostris vasallis aut hominibus consules et universitatem predictos incusaverit communiter aut singulariter quemquam ex eis, nos similiter ordinabimus, quod talis noster vasallus aut subditus ab eisdem ius aut amicitiam recipiet ac etiam debebit iusticia vel amicitia contineri. Preterea si quisquam extra nostrum dominium, cuiuscunque conditionis aut status existat, contra dictos nostros consules et cives quicquam actionis seu dissensionis habuerit aut ipsi contra talem, pro cuius reformatione nostri indiguerint et nos duxerint evocandos,

ad hoc cum ipsis, si quoquo modo potuerimus, personaliter veniemus et, si in persona propria facere non potuerimus, nostros milites destinabimus placitaturi cum ipsis et pro ipsis, quod huiusmodi dissensio vel actio in iure vel amicitia terminetur. Si vero eis ius vel amicitiam non poterimus placitare, tunc debebimus ipsis locum et tempus prefigere, ubi ad nostram presentiam perveniant. Et in quocunque tunc nos cum ipsis et ipsi nobiscum concordaverimus, quid contra tales iniuriatores fuerit faciendum, hoc absque difficultate qualibet faciemus. Ceterum omnia ipsorum privilegia et universas libertates et gracias ratificamus et presentibus confirmamus. Testes aderant strenui viri Marquardus et Wulf de Westense, Zabellus de Lovenborch, Thetlevus de Wensine et Johannes de Slamerstorp milites nostri. Datum et actum Segeberge, in octava beati Martini episcopi, anno Domini millesimo CCC vicesimo.

Original anscheinend verloren. Ein um die Mitte des 17. Jahrhunderts aufgenommenes Verzeichnis der in der Trese im hamburgischen Rathause aufbewahrten Dokumente führt die damals noch vorhandene Urkunde mit folgendem Regest an: Eberhardus (*so statt* Gerhardus) vergleich mit dem raht zu Hamburg, wo denen burgern etwas schadet auff seine underthanen, des wil er beylegen mit freundtschafft oder mit recht, desgleichen sollen sie seinen unterthanen wieder thun. 1320.[1]

Abschrift auf Papier aus dem 16. Jahrhundert. — Rückaufschrift: De originalia van dyssen copien in der lade. *Dieser Vermerk bezieht sich zugleich auf die Abschrift einer Urkunde von 1344 Oktober 14, die in der Schlesw. Holst. Lauenb. US. II, Nr. 166 und Anm. 1 gedruckt ist.*

490.

Graf Gerhard III. von Holstein urkundet zugunsten des hamburgischen Bürgers Johann Ridder und seiner Neffen wie die Grafen Johann III. und Adolf VII. in Nr. 411 und Nr. 413. — Segeberg, 1320 November 21.

Gerhardus Dei gracia comes Holtsacie et Stormarie universis in perpetuum presentia visuris seu audituris salutem in Domino cum noticia veritatis. Quia nobiles viri domini Henricus pater noster dilectus, Gerhardus et Adolfus patrui nostri pie recordationis quondam comites Holtsacie, Stormarie et Scowenborch Johanni dicto Militi et suis fratruelibus nostris civibus in Hammenborch ac ipsorum veris heredibus redditus sexaginta marcarum denariorum Hammenburgensium in nostro theoloneo et ungeldo in Hammenborch quolibet anno percipiendos de pr[ima pecu]nia[a] inde proveniente et octo choros annone in antiquo molendino dicte civitatis, videlicet [duos][a] tritici vel triticei brasii et sex siliginis, insuper redditus septem marcarum denariorum [Hammenburgensium][a] in eodem molendino in solidum iure pheodali porrexerunt, nullo tamen a predictis burg[ensibus][a] et suis heredibus de dictis bonis armorum servitio requisito, quod herevart vulgariter

a) *Loch im Pergament.*

1) *Über den Vertrag und die ihm voraufgehenden Irrungen zwischen Hamburg und den holsteinischen Adligen und Landsassen berichten Tratziger (S. 70ff. der Ausgabe von Lappenberg); Spangenberg, Chronicon der Grafen von Holstein, S. 119; (Stelzner), Versuch einer zuverlässigen Nachricht von dem kirchl. und polit. Zustande der Stadt Hamburg, I, S. 228; Westphalen, Mon. ined. IV, S. 24f. Vgl. auch Ballheimer, Zeittafeln zur Hamb. Gesch. III, S. 9.*

n[omin]atur,[a] prout littere super hoc confecte lucidius protestantur: nos predictorum Johannis Militis et suorum fratruelium nobis dilectorum servitiis inclinati dictam collacionem, universas et singulas litteras patris et patruorum nostrorum ipsis datas ratificamus et presentibus confirmamus necnon predicta bona eisdem Johanni Militi, suis fratruelibus, videlicet Henrico et Johanni, ac ipsorum fratribus filiis quondam Winandi necnon ipsorum iustis heredibus iure conferimus pheodali nullum ab ipsis, ut premittitur, servitium, quod herevart dicitur, requirentes. Testes aderant famosi viri dominus [Dani]el[b] [prepositus][b] in Reynebeke, Marquardus de Westense, Bertoldus de Rennowe, Johannes de [Sl]amerstorpe[b] et Thetlevus de Wensyne milites nostri et plures alii fide digni necnon Henricus de Hetfelt et Henricus Blomenberch fideles nostri. Datum et actum Segheberghe, in profesto beate Cecilie, anno Domini millesimo CCC vicesimo.

Original, Pergament, stark verwittert, mit dem an grünen Seidenfäden anhängenden Siegel des Grafen (Abb.: Milde, Siegel der Holstein.-Schauenb. Grafen, Tafel 7, Nr. 38). — Rückaufschrift zwischen den Siegelfäden: R[egistra]ta, *darüber:* K.

Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. Reg. u. Urk. III, Nr. 430.

491.

Notariatsinstrument über die im Dom zu Lübeck erfolgte Verlesung einer Urkunde von 1320 November 22, in der der Vikar des Erzbischofs von Bremen, Heinrich von Dassow, allen in Betracht kommenden Geistlichen der Stadt, Diözese und Provinz Bremen befiehlt, die Verhängung der Suspension über die Bischöfe von Schwerin und Lübeck nebst den von ihnen geweihten Geistlichen und des Interdikts über die von den beiden Bischöfen geweihten Kirchen, Altäre, Kapellen und Friedhöfe zu verkünden. — Lübeck, 1320 November 24.

In nomine Domini amen. Anno a nativitate eiusdem MCCC vicesimo, indictione quarta, mensis Novembris die XXIIII., in presencia mei notarii infrascripti et testium subscriptorum discretus vir dominus Nycolaus Preen rector ecclesie in Darthsowe Raceburgensis diocesis quoddam mandatum nomine honorabilis viri domini Henrici de Darthsowe vicarii reverendi patris et domini domini Johannis Bremensis ecclesie archiepiscopi sigillo eiusdem vicarii sigillatum in ecclesia Lubicensi legit, cuius tenor per omnia talis erat:

Venerabilibus et discretis viris dominis . . prepositis . . abbatibus et decanis archidiaconis et omnibus ac singulis iurisdictionem ecclesiasticam habentibus necnon universis ecclesiarum rectoribus seu vicerectoribus per civitatem diocesin et provinciam Bremenses constitutis, ad quos presens scriptum pervenerit, Henricus vicarius reverendi in Christo patris ac domini domini Johannis sancte Bremensis ecclesie archiepiscopi salutem et resistere errori et insistere veritati. Cum venerabiles patres domini Hermannus quondam Moltsan, qui pro Zwerinensis, et Hinricus quondam de Bocholte, qui pro Lubicensis ecclesiarum se gerunt episcopis absque licencia et auctoritate dicti domini archiepiscopi, prout est omnino notorium, sint contra sanxiones canonicas in episcopos temere consecrati, constat claro clarius, quod, licet receperint ordinis episcopalis caracterem, nullatenus

a) *Loch im Pergament.* b) *Schrift völlig ausgelöscht.*

tamen ipsius ordinis et officii sui execucionem recipere sic poterant, et nichilominus tum clericos civitatum et diocesium predictarum necnon civitatis et diocesis Bremensis et undecumque venientes religiosos et seculares ordinare, ecclesias et cappellas, altaria et cymiteria consecrare et reconciliare ac alias officium pastorale excercere in animarum suarum et multorum perniciem, Dei timore postposito, non formidant. Cumque huiusmodi error et abusus communis non solum in civitate et diocesi, sed in tota provincia Bremensi et vicinis civitatibus diocesibus et provinciis sit actualiter omnibus et exemplo et sequela perniciosus ac infectivus et ideo per nos merito, in quantum nobis ex alto concessum fuerit, extirpandus, mandamus vobis et cuilibet vestrum auctoritate nobis commissa sub pena excommunicacionis, quam, sex dierum monicione premissa, quorum duos pro primo, duos pro secundo, reliquos pro tercio peremptorio termino ac monicione canonica vobis prefigimus, in vos et quemlibet vestrum ex nunc, prout ex tunc, si mandatis nostris non obediveritis seu obedire distuleritis, ferimus in hiis scriptis, quatinus vos, domini prepositi abbates decani archidiaconi et alii iurisdictionem ecclesiasticam habentes, in ecclesiis iurisdictioni vestre subiectis per rectores et vicerectores earum denunciari mandetis, et vos, rectores et vicerectores ecclesiarum omnes et singuli supradicti, in ecclesiis vestris et ubicumque expedire videbitur denuncietis et denunciari facietis predictos dominos Hermannum et Hinricum episcopos et omnes ac singulos clericos seculares et religiosos cuiuscumque ordinis civitatis diocesis et provincie Bremensium predictarum ab eisdem episcopis ordinatos, a iure suspensos et interdictos, quibus eciam et ipsorum cuilibet execucionem sui officii in ordinibus suis sic susceptis in hiis scriptis interdicimus et quos ab officio eorum in hiis scriptis suspendimus, interdictos et suspensos ab officio necnon ecclesias altaria cappellas cymiteria per eosdem episcopos consecratas et consecrata, reconsiliatas[a] et reconsiliata, a iure interdictas et interdicta, et que et quas et quorum quodlibet et quarum quamlibet eciam in hiis scriptis interdicimus et ecclesiastico interdicto supponimus, interdictas et interdicta et ecclesiastico interdicto suppositas et supposita, quousque super huiusmodi dispensacione iuxta canonicas sanxiones poterit provideri. Prohibemus insuper omnes et singulos clericos et laicos civitatis diocesis et provincie predictarum Bremensium, cuiuscumque status ordinis vel condicionis extiterint, sub pena excommunicacionis, quatinus a predictis dominis Hermanno et Hinrico episcopis ordines consecraciones reconsiliaciones confirmaciones absoluciones aut aliqua sacramenta de cetero non recipiant nec ab ipsis nec ab ordinatis ab eisdem divina audiant nec alio quocumque modo ipsos et ordinatos ab ipsis in huiusmodi errore et abusu foveant auxilio consilio vel favore directe vel indirecte, publice vel occulte, quousque mereantur dispensacionis beneficium optinere. Alioquin mandamus vobis omnibus et singulis sub pena excommunicacionis late in eundem modum, quo superius per nos lata est, quatinus omnes et singulos clericos et laicos supradictos contra prohibicionem nostram facientes, quos, premissa triginta dierum monicione, quorum decem dies pro primo, decem pro secundo et reliquos pro tercio et peremptorio termino et monicione canonica ipsis et ipsorum cuilibet prefigimus, in hiis scriptis singulariter excommunicamus, vos, predicti prelati et ecclesiasticam iurisdictionem habentes, denunciari mandetis in ecclesiis iurisdictioni vestre subiectis, et vos, rectores

a) *Or.* reconsiliatos.

et vicerectores, denuncietis et denunciari faciatis excommunicatos publice et generaliter et, postquam ipsorum nomina ad noticiam vestram pervenerint, nominatim et specialiter in ecclesiis vestris, quousque de transgressione dicte inhibicionis nostre satisfecerint, singulis diebus dominicis et festivis. In signum autem execucionis et obediencie vestre mandamus vobis prepositis abbatibus decanis et archidiaconis predictis sub pena predicta in modum, quo lata est, quatinus sigilla vestra presentibus appendatis et eas nobis integras Wismariam remittatis absolucione sublacione et relaxacione a predictis sentenciis nobis vel superioribus nostris tantummodo reservatis. Datum Wismarie, anno Domini MCCC vicesimo, in die Cecilie virginis, sub sigillo vicariatus Bremensis.

Acta sunt hec anno indictione mense die et loco predictis, presentibus dominis Wiperto abbate monasterii in Cismaria ordinis sancti Benedicti Lubicensis diocesis, Ludero preposito ecclesie Zwerinensis, Sandero Hunonis et Conrado de Aterdorne consulibus Lubicensibus multisque aliis clericis et laicis fide dignis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

(*Notariatszeichen*)[1] Et ego Rodolfus de Wismaria quondam dictus Erph clericus Raceburgensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius suprascriptum mandatum transcripsi fideliter et exemplavi et in hanc publicam formam redegi meoque signavi signo solito et consueto rogatus.

Original, Pergament. — Rückaufschriften: 1. (14. Jahrh.): Instrumentum *(folgt ein nicht zu entzifferndes Wort)* super denunciacione episcoporum Lubicensis et Zverinensis post ipsorum personalem citacionem ad curiam et irritatione ordinum ab ipsis collatorum et consecracionis etc. et de subtractione obediencie; *2. (17. Jahrh.):* Instrumentum notariale super exemplatione mandati Hinrici de Darthsowe vicarii Johannis archiepiscopi Bremensis, ut Hermannus Zwerinensis, Hinricus Lubicensis episcopus, utpote absque licentia et autoritate archiepiscopi Bremensis consecrati per totam provinciam denuntientur excommunicati. Actum 1320, d. 24. Nov. Mandatum vero dat. Wismariae 1320 d. Caeciliae virginis.

Gedruckt: Lisch, Maltzahn. Urk. I, S. 331 ff.; Mecklenb. UB. VI, Nr. 4228.

492.

Bischof Marquard von Ratzeburg schenkt der Ratzeburger Kirche den Zehnten aus Bergedorf. — Ratzeburg, 1320 Dezember 5.

In nomine Domini amen. Marquardus Dei gratia ecclesie Razeburgensis episcopus omnibus in perpetuum. Quamvis ex iniuncto nobis pastorali officio a nobis exigitur sollicitudo omnium ecclesiarum nostrarum, decet tamen, ut memoriam ecclesie nostre Razeburgensis preponamus et fratres ibidem Domino servientes propencius[a] diligamus tamquam filios principales. Et, ut probacio dileccionis in exhibicione operis ostendatur, dilecte matri nostre ecclesie Raceburgensi predicte, que nos in suo gremio nutrivit, pro remedio anime nostre totam decimam ville nostre Bergerdorpe[b] pro nostra pecunia emptam liberaliter conferimus et donamus, de cuius decime proventibus custos dicte ecclesie per tempora vite nostre ornatus ad instinctum et informacionem nostram divino cultui comparabit

a) *A. u. C.* propecius. b) *B. u. b.* Bergherdorpe.

1) *Abbildung s. Nr. 466.*

et ornatus comparatos diligencius emendabit. Post obitum vero nostrum magister et dispensator serviciorum proventus dicte decime in memoria nostra anniversaria fratribus ibidem existentibus fideliter dividet more solito ministrando. In cuius protestacionem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Razeborch, anno Domini millesimo CCC vicesimo, nonas Decembris. Et nos Eghardus[a] prepositus, Johannes prior et totum capitulum dicte ecclesie Razeburgensis volentes, sicut decet, memoriam reverendi patris domini nostri Marquardi episcopi cum exacta diligencia peragere in signum ratihabicionis et consensus omnium predictorum sigilla nostra, scilicet Eghardi[b] prepositi et capituli predictorum, presentibus duximus apponenda. Datum Razeborch in nostro capitulo, anno et die predictis.

Abschriften: A. (14. Jahrh.) im Ratzeburger Kopialbuche II im Hauptarchiv zu Neustrelitz, S. 82. Überschrift: De decima Bergherdorpe et eius ordinacione. *B. (14. Jahrh.) ebendort, S. 42 (später nachgetragen). C. (15. Jahrh.) in den Bergedorfer Akten der Dreyerschen Registratur, Städtlein Bergedorf, Vol. XI. Gedruckt: Schlesw. Holst. Lauenb. US. II, Nr. 42.*

493.

Die Kirchengeschworenen zu St. Katharinen erhalten vom Hamburger Rat eine Summe Geldes, für die sie dem Inhaber der von Johannes Berchane gestifteten Vikarie eine jährliche Rente zu zahlen haben. — [1320].

Notandum, quod iurati ecclesie sancte Katherine receperunt a nobis consulibus LXXXX marcas denariorum de pecunia, quam habuimus ex parte vicarie, quam fecit Johannes Berchane, pro quibus dabunt servitori dicte vicarie singulis annis VI marcas denariorum, quousque solvant pecuniam supradictam. Pro hac vero pecunia atque censu socii nostri in consilio Ber[trammus] Luscus, Alardus Unververde, Her[mannus] Blomenberch, Al[bertus] de Holdenstede et Thi[dericus] supra Perde in solidum promiserunt. Quando autem tutores dicte vicarie a nobis hanc pecuniam rehabere volunt, tunc ipsam dabunt nobis, dummodo eis et nobis ad quartam partem anni predicatur.

Liber reddituum s. Catharinae 1300—1400, fol. 17b. Die Eintragung ist durchstrichen zusammen mit der vorher übergeschriebenen Bemerkung: Nota, iurati sancte Katerine restituerunt nobis XXX marcas de sequentibus denariis.

494.

Entwurf einer lübeckischen Verordnung wider die Vorkäuferei. — [Vor 1321?].[1]

Darin heißt es: Wil oc geman vissche kopen to gharende unde ghare to vorkopende, de mot he wol kopen also vele, alse her gharen wil unde nicht mer. Oc so mot en man wol brigen en unse borghere vissche, de he gharen wil jof vort vorkopen, van Hamborich unde Erteneborich unde der ghelike.

Originalentwurf, Papier, im Staatsarchiv zu Lübeck. Gedruckt: Lüb. UB. II, Nr. 402.

a) *B. Echardus.* b) *Echardi.*

1) *Über die Datierung s. Lüb. UB. II, Nr. 402 Anm. 4, 403 Anm. 1.*